

**Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.**

EPISTOLAE LEONIS LUDOVICI SZEPTYCKYJ

METROPOLITAE KIOVIENSIS CATHOLICI

(1778-1779)

COLLEGIT, PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1971

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM HYPATII BILYNSKYJ, PROTOARCHIMANDRITAE

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Series II. — «ANALECTA OSBM» — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Серія II.

Sectio III:

**DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE
IN TERRIS UCRAINAЕ ET BIELARUSJAE**
CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

**EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM
ET EPISCOPORUM**

VOL. VII
**EPISTOLAE LEONIS LUDOVICI SZEPTYCKYJ
METROPOLITAE KIOVIENSIS CATHOLICI**
(1778-1779)

IN MEMORIAM HYPATII BILYNSKYJ, PROTOARCHIMANDRITAE
ANNO CC AB OBITU EXPLETO

R O M A E

**Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.**

EPISTOLAE LEONIS LUDOVICI SZEPTYCKYJ

METROPOLITAE KIOVIENSIS CATHOLICI

(1778-1779)

COLLEGIT, PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

R O M A E 1 9 7 0

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM HYPATII BILYNSKYJ, PROTOARCHIMANDRITAE

IMPRIMI POTEST


Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 15.III.1971

P. PAULUS P. MYSKIEW
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 20. IV. 1971

HECTOR CUNIAL
Archiep.pus Soteropolitanus, Vicesgerens



P. HYPATIUS BILYNSKYJ, OSBM
Protoarchimandrita: 1747-1751; 1759-1771

1771 - 1971

HYPATIO . BILYNSKYJ · PROTOARCHIMANDRITAE

SUPERIORI . GENERALI . TOTIUS . ORDINIS

EX . PROVINCIA . UCRAINA · PRIMO

BISCENTESIMO . ANNO . AB . OBITU . EXPLETO

IN MEMORIAM

VITAE . OPERIS . VIRTUTISQUE

DICANT

IN . CHRISTO . ECCLESIA . ORDINEQUE
CONFRATRES

PRAEFATIO

Perscrutando Epistolas Leonis Ludovici Szeptyckyj, metropolitae Kioviensis catholici, hoc volumine editas earumque characterem, mens Lectoris verititur in Basilianos eorumque Protoarchimandritam — Superiorem Generalem, Hypatium Bilynskyj, qui plura negotia cum Leone Szeptyckyj, ut Episcopo Leopoliensi et Coadiutore Metropoliae Kioviensis, pertractare ex officio tenebatur, ut eiusdem instantiis et postulatis obstaret et responderet cum debita notitia rerum, quia et ipse ex hac regione proveniebat.

Cum anno currenti 1971 duo expleantur saecula ab obitu huius Viri, convenientissimum sane putavimus praesens volumen eius memoriae dicare, praemissis brevissimis notitiis, antequam in nostra Collectione eius epistolae in lucem edentur et eius figuram plenius illustrent.

Et quidem, natus est Hypatius in terra Peremysliensi die 23.4.1704; post studia primaria Ordinem Basiliandum ingressus est in monasterio Zydyczynensi an. 1729 et dein, studiis philosophico-theologicis Leopoli in Collegio Pontificio PP. Theatinorum absolutis, ordinatus sacerdos (1736), primum biennium ad latus permansit Metropolitae Athanasii Szeptyckyj et tandem fuit Superior monasterii Leopoliensis et Officialis eparchiae. Anno 1739 electus est Consultor neo-creatae Provinciae Protectionis B.V. Mariae seu Ruthenae eiusque nomine interfuit Capitulo Dubnensi Ordinis Basiliani an. 1743, quo Ordo in unum coaluit corpus monasticum, confirmavit s.d. «nexum» cum Metropolita et a PP. Benedicto XIV approbatus est littera decretali «Inter plures» (1744). Hoc eodem tempore Hypatius electus est Protohegumenus Provinciae Ruthenae et dein primus Protoarchimandrita totius Ordinis ex hac provincia oriundus (1747-1751); munere suo rite functo — electus est Consultor ad octennium, anno 1755 secunda vice Protohegumenus Provinciae Ruthenae et dein, anno 1759, secunda vice Superior Generalis (1759-1771), quo in officio obiit die 8 aprilis 1771, postquam ab anno 1768 etiam munere Archimandritae Lauroviensis fungebatur.

Hypatius Bilynskyj, ordine 21-us Superior Generalis a Congregatione Basiliatorum constituta (1617), plenam habuit partem in vita et negotiis Ordinis, Ecclesiae et Societatis sui temporis. Eius epistolae et instantiae, quae in variis Archivis conservantur, suo tempore et loco in lucem prodibunt in nostra Collectione Documentorum Romanorum Ecclesiae Unitae, quae eius figuram historicam plenius illustrabunt. Quaedam indicationes

bio-bibliographicae prostant iam nunc in opere M.M. Wojnar, OSBM, De Protoarchimandrita Basilianorum (Romae 1958) nec non in variis voluminibus nostrae Collectionis, ut ex.gr. in Actis et Litteris S.C. de Propaganda Fide, etc.

In genere dicendum est: si secunda medietas saec. XVIII «aetas aurea» Ordinis Basiliani devenit et recognoscitur, tunc eius fundamenta adscribenda sunt tribus imprimis Protoarchimandritis: Hypatio Bilynskyj (1747-1751, 1759-1771), Heraclio Lisanskyj (1751-1759) et Porphyrio Wazynskyj (1772-1780, 1788-1790) eorumque memoria in historia Ordinis Basiliani memoranda manet.

Figura Hypatii Bilynskyj physica oculis obicitur «mitra, cruce pectorali, baculo pastorali aliisque insigniis et indumentis iuxta ritum Ruthe-num gestari solitis exornata», quibus Protoarchimandritae inde ab anno 1751 ornati sunt privilegio Benedicti PP. XIV, instantे praeprimis nostro Hypatio (ctr. Benedictus XIV, 17.IX.1751). Eius vero figura moralis et religiosa plurimis resplendet coloribus, qui eius laudem, honorem et meritum commendant.

«ANALECTORUM OSBM» REDACTIO

INTRODUCTIO

Etsi tempus regiminis metropolitani Leonis Ludovici Szeptyckyj unum tantummodo annum comprehendat et omnium metropolitarum brevissimum sit, tamen — sequendo nostram methodum omnes epistolas metropolitarum in unum colligendi etiam temporibus antecedentibus datis — necessarium erat, ut huic brevissimo regimini totum nostrum volumen septimum *Epistolarum Metropolitarum Kioviensium Catholicorum* dicaremus. Nam non solum in sede Leopolitana eparchiali, sed paesertim longa periodo Coadiutoriae metropolitanae, per fere 15 annos protractae, ipse plurimum fecit in administratione totius metropoliae Kioviensis et plurima edidit documenta eius negotia spectantia.

Usque ad annum 1768 Leo Szeptyckyj fere unice rebus eparchiae Leopoliensis occupatus erat. Ab anno vero 1768, ab insurrectione populari denominata « kolijivščyna », ipse in res metropoliae sese immiscere debuit, postulando vicariatum generalem Metropoliae, dein administrationem totius Provinciae ecclesiasticae et demum iura et officia coadiutorialia propria; in omnibus hisce rebus duram luctam cum Coadiuto sustinere debuit et sustinuit, ob difficultates oppositas ex parte Metropolitani, ex eius charactere obortas.

Periodus haec proinde in Ecclesia Unita difficilis et tristis evenit, tum ob circumstantias politicas et sociales, tum ob difficultates ecclesiasticas generales, praesertim conviventiae cum non Unitis, tum demum ob haec dissidia hierarchica inter Coadiutum et Coadiutores. Iuvat memoria tenere, periodo hac evenisse primam divisionem Regni Poloniae inter Moscoviam, Austriam et Borussiam, qua re territorium Metropoliae Kioviensis hucusque unum in tres exdivisum est partes eiusque regimen et vita valde difficilis evasit.

Ad melius intelligendas epistolas nostri praesentis voluminis, videnda sunt volumina V, VI et VIII, quae dant documenta eiusdem periodi; praeter alia volumina nostrae Collectionis, ut ex.g. *Documenta Pontificum, Acta et Litterae S.C. de Propaganda Fide, Supplicationes et Audientiae* et quae serius publici fient iuris, ut ex.g. *Litterae Nuntiorum et Diplomata Principum* nec non *Epistolae Episcoporum*, etc.

In genere, omnia documenta praesentis voluminis sunt magni momenti

pro tota Ecclesia Unita eiusque historia, ut possit fidelius, rectius et verius describi et melius intellegi et explicari.

Ad redditam magis plenam hanc collectionem, quaedam documenta desumpsimus ex iam notis Collectionibus, innixi auctoritati auctorum.

Ipsis epistolis praemisimus sat copiosam collectionem documentorum biographicorum cum brevi biographia, ad modum tentaminis, nam historia huius periodi adhuc multum laborare debet temporibus futuris, prae-
sertim in campo biographicō principalium personarum, ex.g. Feliciani Wolodkovycz, Leonis Szeptyckyj, Jasonis Smogorzevskij etc., ut notitias biographicas in unum poneret et conciliaret cum omnibus eventibus.

In edentis epistolis modum hucusque observatum secuti sumus, in chronologia, forma, abbreviationibus et adnotationibus etc., unde nihil amplius notare credimus, nisi ut Lectorem nobis rebusque Ecclesiae Unitae praeteritis faventem inveniamus et gratiam Dei benedicentis et remunerantis nobis et benefactoribus nostris.

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

LEO LUDOVICUS SZEPTYCKYJ

I. Brevis biography

Leo Ludovicus Szeptyckyj natus est in Ucraina Occidentali seu s.d. Russia Rubra in nota familia loci, nobilium possessorum, quae tunc temporis habuit magnum influxum in vitam socialem, culturalem, religiosam et politicam regionis et claurit sua nobilitate, etiam in vita ecclesiastica.

Pater Leonis — Philippus, et mater — Elisabeth Chronowska proveniebant, ut videtur, e terra Peremysliensi, ex alia familia quam illa, quae dedit Athanasium Antonium Szeptyckyj, tunc temporis iam Episcopum Leopoliensem, patruum Leonis.

Natus est Ludovicus die 23 Augusti 1717 a., at iuvenis vixit sub patrui tutela, et scholas Leopolienses, praesertim Collegium PP. Theatinorum frequentavit, ut humanas doctrinas acquireret, ut videtur, Athanasio iam ad Metropoliam totius Russiae promoto (ab an. 1729) et sub eius influxu missus fuit Romam ad studia superiora. Romae etiam utriusque iuri studuit et lauream obtinuit nec non Academiam Ecclesiasticam absolutus est, unicus ex Ruthenis saec. XVIII.

In patriam reversus, Ordini Basiliano nomen dedit, assumpto nomine Leonis, et post novitiatum et professionem votorum, congruo tempore praeparationis elapso, ad Ordines Sacros promotus fuit primumque lustrum ad latus patruelis, ut concionator, ecclesiasticum peregit tirocinium. Religiosis eparchiae Leopoliensis et Peremysliensis in secundam Provinciam Ordinis Basiliani redactis et unitis (an. 1743), Leoni via ad dignitates ecclesiasticas late patuit et iam anno 1745 ei consensus Ordinis ad praelaturas ecclesiasticas datus est, quo obtento, mense decembri 1746, paucissimis diebus ante mortem patrui sui Athanasii, Archimandrita Mielecensis installatus est, benedictione accepta a Theodosio Rudnickij, Episcopo Luceoriensi, Ordinario loci.

Iam die 9 martii 1748 nominationem regiam in Episcopum Leopoliensem obtinuit et Athanasio, patruo suo, successit, consecratus vero fuit tantummodo die 14 maji 1749 in Archimandria Mielecensi, a Theophilo Godebskyj, assistantibus Theodosio Rudnickij et Adamo Oranskyj, Suffraganeo Kamenecensi ritus latini, — « Athanasio virtute simillimus pastor », ut affirmant auctores.

Episcopus Leopoliensis installatus statim se dedit suae eparchiae, ut eam omni ex parte sublevaret; exstructionem cathedrae S. Georgii continuavit et nova residentia ampliavit; educationi cleri eparchialis suas convertit curas et opes; confraternitatem stauropegiacam, quasi independentem et renitentem, suae auctorati subiecit; religiosos Basilianos ex officiis cathedralibus amovit et ad claustra remisit; imo, non obstante exemptione pontificia, a Benedicto PP. XIV obtenta, suae actoritati submittere contendebat, quo in tentamine per plurimos annos permansit.

Anno 1762 nominationem in Coadiutorem Metropoliae Kioviensis et Bullam provisionis Clementis XIII die 18 decembris obtinuit, sollemni iuramento anno 1763 emisso. Novo Regi Stanislao addictus fuit eiusque electionem simul cum terra Haliciensi subscrispsit et incoronationi sollemni interfuit, a quo anno 1767 ordinem accepti S. Stanislai semperque in Aula Regis hospes acceptus fuit.

Tempore s.d. « kolijivščyny » seu insurrectionis popularis in Ucraina Vicariatum generalem et dein Administrationem totius Metropoliae accepit et exercuit, non sine difficultatibus internis et externis, praesertim ex parte Coadiuti, qui ipsi invidiosus erat et rebus temporalibus nimis indulgebat.

Dissidium hoc fere ad ipsam mortem Metropolitae perduravit, etsi iam anno 1773, in s.d. « Concordia » inter Coadiutum et Coadiutores, compositum fuit, quae a Sede Apostolica probata fuit actu sollemni.

Ut Episcopus Leopoliensis et Coadiutor Metropoliae multum de clero curavit tum in spiritualibus tum in temporalibus neminemque ordinavit nisi bene praeparatum in scientiis. Ad sublevandum clerum eparchiale, anno 1771 Capitulum cathedrale Leopoliense et Haliciense restauravit, etiam ut religiosos Basilianos in officiis eparchiae substitueret; praeter sat frequentes, fere annuas visitationes suae eparchiae, duabus praesertim vicibus Ucrainam visitavit, ut apostasiam cleri et populi et defectionem ad non Unitos impediret, in dominiis russicis, post dismissionem Poloniae an. 1772, grassantem; haec enim exdivisio Regni Poloniae, in quo olim tota Ecclesia Ruthena Unita sita erat, eius iurisdictionem nullomodo impedivit, immo eius praesentiam magis necessariam reddebat. Leo vero erat bene acceptus in Polonia, Russia et Austria.

Leo Ludovicus Szeptycyj, etsi Ecclesiam Ruthenam strenue defendebat et transitum ad ritum latinum omnibus modis et mediis impediebat, suo tamen modo agendi et gubernandi reapse influxui disciplinae latinae non fuit extraneus, in vita sociali et culturali suae Ecclesiae, praesertim in administratione ecclesiastica. Ob eius merita coram Corona Poloniae, anno 1775 ordinem Aquilae Albae e manibus Regis accepit.

Prima medietate mensis februarii an. 1778 Felicianus Wolodkovycz,



ЛІВЪ
ШЕПТИЦКИЙ
Епѣзъ Лівъ.
1748-79.
Київ. Митрополитъ Ісаї
1767-79.

LEO LUDOVICUS SZEPTYCKYJ
Episcopus Leopoliensis-Metropolita Kioviensis
(1749-1779)

Metropolita Kioviensis, vita functus est in suo ultimo itinere ucrainensi eique statim successionis iure Leo successit et tum Varsaviae tum Vindobonae benigne acceptus est. Sed eius regimen sat breve fuit, nam post annum, tres menses et 11 dies, die 24 maji 1779, Radomisliae in Ucraina, et ipse repentine vita functus est in suo itinere ucrainensi, ad visitandam Metropoliam et firmandum clerum illis difficillimis temporibus. Vixit annos 61 et menses novem; archimandriam Mielecensem obtinebat annis 36, eparchiam vero Leopoliensem annis 30; metropoliam Kioviensem rexit per annum unum cum dimidio. Sepultus est a suo clero, congregato ad Synodum dioecesanam, in ecclesia Radomisliensi cum magna pompa, donec postea Leopolim translatus fuit ad cathedralm, quam perfecit.

Si licet paucis eius vitam et activitatem pastoralem delineare, dicendum est, Leonem Szeptyckyj, in sua vita sat brevi, etsi eventibus copiosa, activitatem suam pastoralem impeditam habuisse quatuor diuturnis litibus, quae tota eius vita perdurabant, nempe: cum hierarchia latina regionis, cum confraternitate stauropegiaca Leopoliensi, cum Ordine Basiliano et cum Metropolita-Coadiuto, in ulla harum victoriā obtinendo, quae eius vires et vigorem exhaustae sunt. Eius meritum ponendum est praeprimis in sublevatione morali et culturali eparchiae Leopoliensis: praesertim exstructione ecclesiae cathedralis et residentiae, sublevatione culturali et morali cleri eparchialis, erectione capitulorum cathedralium, defensione iurium cleri et ecclesiarum, cui rei etiam lites diuturnae inserriebant. Ne huic intento praeiudicium quoddam inferret, etiam eius relationes ad gubernia civilia explicari possunt, nempe: eius nimia fidelitas et servilitas Regno Poloniae eiusque rebus, eius nimia submissio desideriis et programmatibus Imperii Rossiaci et eius prompta submissio imperiis et mandatis novi Dominii Austriae.

Ut nostra brevia lineamenta biographica concludamus, iuvat hic referre verba cuiusdam auctoris: « Praesul Deo et hominibus dilectus, ecclesiae tuendae strenuus, regibus fidelissimus, Patriae proficus, proceribus Regni acceptissimus, cunctis amabilis et affabilis » (Chodykiewicz); et, si licet addere pro « domo nostra »: « Basilianis infensissimus ».

Quaedam minutiora cfr. infra in *Documentis biographicis* (nr. XIV), calamo eius notarii, Joannis Verchratskyj, conscripta.

II. Documenta biographica selecta

Brevibus notis biographicis, a nobis adductis, quaedam documenta strictius biographica alligare hic utile fore duximus; quae eius curriculum vitae ecclesiasticae et episcopalis ac tandem meropoliticae bene introducunt. Alia quam plurima elementa biographica ex ipsis eius epistolis colligere potes.

I.

Dubno, 18. X. 1745.

Consensus Religionis SBM promovendi ad praelaturas.

APF, *Udienze*, vol. 6, fol. 199-200.

MUH, vol. VI, pag. 222-228.

Instrumenta varia possessionem legitimam Abbatiae Mielecensis in persona Ill.mi et R.mi D.ni Leonis in Szeptyce Szeptycki, episcopi Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Podoliae enunciantia.

A. Consensus religionis promovendi ad praelaturas

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis Divi Basillii Magni congregationis Ruthenorum Porotoarchimandrita, cum suo consultorio. Venerabili et Admodum R.do in Christo Patri Leoni Szeptycki, provinciae Ruthenae professo presbytero, salutem in Domino.

Cum aequitas et iustitia postulet, ut ii quos merita et religiosae dotes ac qualitates distinguunt, praemiis religioni nostrae desuper concessis decorentur et ornentur, talesque dotes ac qualitates in persona Venerabilis et R.dae Paternitatis Vextrae elucere non ignoramus, hinc est quod eidem Venerabili et R.dae Paternitati Vestrae, ut ad vacantem aliquam in ritu nostro praelaturam, episcopatum scilicet vel abbatiam, intra limites suaee provinciae, per Ill.mum et Exc.mum D.num Archiepiscopum Metropolitanum totius Russiae, patronum nostrum colendissimum, secundum nexum in ultimo Capitulo nostro initum et a Sancta Sede approbatum, promoveri valeat, consensum nostrum dandum et concedendum esse duximus, prout quidem per praesentes (spe certa freti, quod Venerabilis et R.da Paternitas Vestra circa quamvis sui promotionem se Religiosum esse recordabitur, debitate Religionem suam prosequentium gratitudine) damus et concedimus; in maiorem autem fidem easdem manibus nostris subscribimus. Dabantur Dubnae, die 18 octobris 1745 anno. — Locus Sigilli. —

Polycarpus Mihuniewicz, O.D.B.M. generalis, m. pr. — Hippatius Bilinski, O.D.B.M. provincialis per Russiam. — Nicanor Ulinski, O.D.B.M.

protoconsultor generalis, rector Collegii Vladimiriensis. — Ambrosius Seredowicz, O.D.B.M. consultor generalis, Collegii Hoscensis rector, Superior Horodiscensis, m. pr. — Hyeronymus Kamczyc, O.D.B.M. consultor generalis, monasterii confraternitatis Luceoriensis Superior, m. pr. — Sylvester Artecki, O.S.B.M. secretarius generalis ex provincia Lithuania, m. pr. — Sylvester Kobylanski, O.D.B.M. secretarius generalis e provincia Ruthena, m. pr.

II.

*Varsavia, 16. X. 1746.**Praesentatio ad Abbatiam Mielecensem.***B. Praesentatio ad abbatiam Mielecensem**

Paulus Carolus in Bialykwel, Smolany, Rakow et Zaslaw, dux Lubartowicz Sanguszko, comes in Jaroslaw et Tarnow, supremus magni ducatus Lithuaniae mareschalcus, Cremenecensis, Czeksensis capitaneus, Ill.mo, Exc.mo et R.mo Domino Athanasio Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Kijoviensi, Metropolitanu totius Russiae, Episcopo Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi Podoliae debitam observantiam.

Ill.me, Exc.me et R.me D.me. Vacat ad praesens Abbatia Mielecensis ritus graeci latino uniti, iuris patronatus collationisque meae, post obitum R.mi Marciani Holownia, Abbatis Mielecensis, illius ultimi et immediati possessoris, ad quam quidem Abbatiam modo praemisso vacantem, ne cultus Domini promotio aliquod exinde patiatur detrimentum, R.mum Patrem Leonem Szeptycki, vitae probitate, morum integritate, prudentia ac aliis animi dotibus optime mihi conspicuum, Ill.mae et R.mae Dominationi Vestrae praesentandum esse duxi, prout hisce literis praesento, pro et cum eo rogans, quatenus hunc et non alium Ill.ma et R.ma Dominatio Vestra ad praefatam Abbatiam Mielecensem gratiose instituere, investire ac benedicere dignetur, regimen spiritualium et temporalium rerum, caeteraque omnia munus Abbatis concernentia ipsi plene committo, prout id ad officium Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae melius spectare et pertinere dignoscitur. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas, sigillo communiri mandavi. Datum Varsaviae, die 16 mensis octobris anno 1746. — Locus Sigilli.

Paulus dux Lubartowicz Sanguszko, supremus mareschalcus magni ducatus Lithuaniae.

Dominicus Martinus Broszkowski, suaे Celsitudinis secretarius.

III.

Leopolis, 20. XI. 1746.

Commissio ad benedicendum et instituendum in Abbatem Mielecensem.

C. Commissio ad benedicendum et instituendum in Abbatem
Mielecensem

Athanasius etc. Dilecto nobis in Christo Ill.mo et R.mo D.no Theodosio Rudnicki, eadem gratia Exarchae Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae, Episcopo Luceoriensi et Ostrogiensi, Archimandritae Zydaczoviensi, salutem in Domino.

Quandoquidem praesentatum nobis per Celsissimum principem Sanguszko, mareschalcum magni ducatus Lithuaniae, ad vacantem Abbatiam Mielecensem, uti eius patronum, R.mum in Christo Patrem Leonem Szeptycki, O.D.B.M. professum, ob ingravescensem corporis nostri debilitatem, quam ex Dei dispositione et voluntate eius sanctissima cogimur sustinere, soli pro munere metropolitanae iurisdictionis nostrae in Abbatem prae fate Abbatiae benedicere et instituere non valemus, iam vero perimentia negotia dictae Abbatiae sine mora ipsum ad occupandam eiusmodi praelaturam requirunt. Hinc est, quod nos munus hoc Ill.mae et R.mae Dominationi Vestrae duximus delegandum, delegamusque in Dei nomine per praesentes, rogantes Ill.mam et R.mam Dominationem Vestram quatenus, servatis omnibus de iure et consuetudine servandis, memoratum R.mum Leonem Szeptycki, iuxta praescriptum Pontificalis, in Abbatem altedictae Abbatiae Mielecensis benedicat et instituat, baculum pastoralem ipsi tradendo, annulum digito eius subarrhando, pectus cruce exornando et per positionem in faldistorio eundem intronisando, literasque institutionis et capienda possessionis (f. 199v) decernat et in forma solita relaxari mandet; idque auctoritate nostra Dilectioni Vestrae Ill.mae ad praemissa pro hac vice suffragante. Volumus autem, quod in instrumentis et literis institutionis, benedictionis et capienda possessionis specialis huiusmodi delegationis nostrae Ill.mae et R.mae Dominationi Vestrae facultas data exprimatur. In quorum fidem etc.

Datum Leopoli, die 20 novembris, v.s. 1746 anno.

IV.

Zydzaczym, 6. XII. 1746.

Instrumentum benedictionis.

D. Instrumentum benedictionis in abbatiam Mielecensem
Theodius Lubieniecki Rudnicki, Dei et Apostolicae Sedis gratia

Exarcha Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae, Luceoriensis et Ostrogiensis Episcopus, Archimandrita Zydaczoviensis, ad infrascripta ab Ill.mo, Exc.mo D.no D.no Athanasio Szeptycki, eadem gratia Archiepiscopo Metropolitano Kijoviensi totius Russiae, Episcopo Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi Podoliae, Archimandritae Kijowopieczarensi et Unioviensi. Universis et singulis praesentes visuris, lecturis, legive audituris, praesertim Venerabili et Admodum R.do ac Religiosis Patribus et Fratribus, Vicario totius religiosae communitatis Ordinis D.B.M. monasterii abbatialis Mielecensis salutem in Domino.

Noveritis, quia vigore specialis delegationis suprafati Ill.mi ac R.mi D.ni Archiepiscopi Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae etc. nobis seorsivo instrumento de dato eius Leopoli dei 20 novembris v. s. anno currenti 1746 datae, ad ecclesiam abbatialem Mielecensem post obitum R.mi in Christo Patris Martiani Hołownia, Ord. D.B.M., illius ultimi et immediati abbatis et possessoris vacantem, R.mum in Christo Patrem Leonem Szeptycki, O.D.B.M. professum, per Celsissimum principem Paulum Sanguszko, mareschalcum magni ducatus Lithuaniae, uti dictae Abbatiae patronum et collatorem legitimum, dicto Ill.mo D.no Metropolitano praesentatum, hac die in ecclesia nostra archimandritali Zydaczynensi, servatis omnibus de iure et de consuetudine servandis, ac praemissa per ipsum, iuxta praescriptum sacrorum canonum et Pontificalis, fidei catholicae professione, tum iuramento de eadem fide tenenda et observanda, ac quod dicto Ill.mo D.no Metropolitano successoribusque eius legitimis veram obedientiam praestabit, bona Abbatiae praefatae sine consensu eius non infeudabit, nec alienabit, imo alienata pro posse recuperare tenebitur, in Abbatem Mielecensem benediximus, et eundem ad memoratam Abbatiam, baculum pastoralem ipsi tradendo, annulum digito eius subarrhando, ac pectus eius cruce condecorando, instituimus per positionemque in falsistorio intronisavimus, mandantes authoritate nobis delegata, vobis suprascriptis Venerabili ac Admodum R.do et Religiosis Vicario caeterisque Patribus et Fratribus memoratae Abbatiae Mielecensis, necnon omnibus subditis ad eandem spectantibus et pertinentibus, quatenus altedictum R.mum Leonem Szeptycki pro Abate et Superiore suo advitali recognoscant, eidem debitam reverentiam exhibeant, et subditi sub poenis corporalibus obtemperent. Insuper eorundem praesentium tenore, authoritate nobis delegata committimus Admodum R.do in Christo Patri Ianuario Wasiutynski, Ord. D.B.M., quatenus memoratum R.dum Leonem Szeptycki, Abbatem Mielecensem, in actualem, realem et corporalem dictae Abbatiae bonorumque eius generaliter omnium posessionem inducat, intromittat et ponat. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas et sigillo nostro communitas dedimus

in residentia nostra abbatiali Zydaczynensi, post expeditam benedictionem die eadem, scilicet ipso festo s. Nicolari, quae erat iuxta vetus 6 decembris anno 1746. — Locus Sigilli. —

Theodosius L. Rudnicki, Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis m. pr. —

Gregorius Fedorowicz, apostolicus et causarum curiae suae Ill.mae Excellentiae ac consultorii Luceoriensis et Ostrogiensis notarius.

V.

Mielec, 10. XII. 1746.

Instrumentum installationis.

E. Instrumentum installationis ad Abbatiam Mielegensem

Ianuarius Wasiutynski, O.D.B.M., ab Ill.mo, R.mo D.no D.no Theodosio Lubieniecki Rudnicki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Exarcha metropoliae Kijoviensis et totius Russiae, Luceoriensi et Ostrogiensi Episcopo, Archimandrita Zydaczynensi, ad infra contenta delegatus commissarius.

Universis et singulis, quorum praesentes intererunt, notum facio, qualiter ego reproductis mihi literis commissionis a praedicto Ill.mo delegante datis et emanatis in personam meam sub die 6 decembris v. s. anno nunc currenti, quatenus Perillustrem et R.mum D.mum Leonem Szeptycki, Abbatem Milensem, in possessionem Abbatiae Milensis, ad quam praesentatus et benedictus ac institutus extitit, introducerem, immitterem et ponerem, satisfaciendo huic commissioni ad monasterium abbatiale Mielense personaliter condescendi, ibidemque invitatis Patribus et Fratribus religiosis Ord. D.B.M. ad residentiam abbatialem, nempe Admondum R.do in Christo Patre Iustino Kossowicz, Vicario, tum R.dis et Religiosis Antonio Zuczkowski, Martiniano Magarewicz, concionatore eiusdem monasterii, Athanasio Bieniecki, procuratore, Basilio Zaba, Sebastiano Dolinski, sacellano, Nicodemo Jureczko, Pachomio Wieliczko, Ioanicio Honczewski, fratre, perfectis literis commissionis necnon presentationis et institutionis Perillustris et R.mi Abbatis praelibati, ut eundem pro Abbatie conventus huius advitali recognoscerent, potestate delegata commendavi, quo subsecuto ad ecclesiam nosmet omnes contulimus, ibidemque peractis solitis gratiarum actionibus et decantato (f. 200) hymno s. Ambrosii, Perillustrem R.mum Leonem Szeptycki in possessionem corporalem ac realem Abbatiae Milensis introduxi, immisi et posui, subditisque bonorum ad Abbatiam Mielensem spectantium, ut eidem Perillustri Abbatii obtemperent, sub poenis corporalibus deman-

davi. In quorum fidem praesentes manu propria scripsi et subscrpsi. Acta sunt haec (*in*) monasterio abbatiali Mielcensi die 10 mensis decembris v. s. anno 1746. — Locus Sigilli. —

Pater Januarius Wasiutynski, O.D.B.M., ad hunc actum delegatus commissarius m. pr.

VI.

Luceoria, 31. XII. 1746.

Relatio apprehensae possessionis Abbatiae Mielecensis.

F. Relatio apprehensae possessionis Abbatiae Mielecensis
coram actis castrenibus Luceoriensibus facta,
ex polonico idiomate in latinum transumpta

Excerptum ex actis castrenibus arcis Luceoriensis. — Anno 1746
mensis decembris 31 die. Coram officio castrensi in arce Sacrae Regiae
Maiestatis Luceoriensi, coram me Ioanne Jaykowski vicesgerente protunc
burgrabiatus et arcis Luceoriensis actisque praesentibus Luceoriensibus
constitutus personaliter ministerialis generalis palatinatus Wolhyniae et
aliorum providus Ioannes Skorupski in vim suaे verae ac fidelis relationis
palam, publice libereque ac per expressum recognovit, quia ipse anno nunc
currenti 1746 die 23 decembris ad effectationem iuridicamque requisitionem
Perillustris R.mi Leonis Szeptycki, Abbatis Mielecensis, habita secum
parte nobilium Generosorum Francisci Czempkowskij et Antonii Rudnicki,
maioris ac evidentioris testimonii gratia sibi adhibitorum, in bonis seu
villis Neka dictis Komorow, Sołowiow, Synowic alias Skraby et Sokoli-
pova, deinde in Podsynowie, Piaseczne et aliis in palatinatu Wolhyniae et
districtu Luceoriensi sitis et iacentibus, ad Archimandriam Mielensem
pertinentibus praesens fuit, ibidemque existens vigore iuris a Celsissimo
Paulo Carolo in Biały Kowel, Smolany, Rakow et Zasław duce Lubarto-
wicz Sanguszko, comite in Jarosław et Tarnow, magni ducatus Lithuaniae
marescalco, Cremenecensi, Czerkasensi capitaneo, Archimandriae
Mielcensis et bonorum ad illam pertinentium fundatore et collatore, in
anno praesenti 1746 die 16 octobris Varsaviae Perillustri requirenti dati
et servientis, memoratam Archimandriam et supradicta bona cum campis,
foenificiis, hortis, fundis, sylvis, septis, stagnis, paludibus, piscinis, poma-
riis, alvearibus, subditis, cmetonibus et hortulariis et eorum redditibus et
dationibus, scilicet cum omnibus attinentiis et pertinentiis ab antiquo
spectantibus, tum etiam tabernis et molendinis in iisdem bonis reperibili-
bus, in pacificam actualem, nemine denegante et impugnante, supra-
memorato Perillustri R.mo requirenti tradidit possessionem, dein de
subditis eorundem bonorum, quatenus Perillustri requirenti tanquam

domino suo advitalitio census debitos redderent et in omni obedientiam praestarent iniunxit et acclamavit. In quibus memoratus ministerialis circa inchoatam per subditos praedictorum bonorum praestandam obedientiam et redditum praestandorum sibi iniunctorum in praesentia nobilium supranominatorum manifestatus inde abscessit et de hoc hanc suam veram et fidelem possessionis coram me et officio fecit relationem, petens eandem ad acta ingrossari, quod et obtinuit. Ex quibus actis et praesens extractum sub sigillo castrensi Luceoriensi est extraditum. Scriptum in arce Luceoriensi. — Locus Sigilli. —

Correxi. Pavlovski. — Lectum cum copia. Andrzejowski.

Transactionem variarum ad possessionem Abbatiae Mielecensis se regulantium ego publicus autoritate apostolica notarius, postquam originalia authentica viderim et legerim, supra descriptas earundem copias per me collationatas cum eisdem originalibus ad invicem concordare attestor, ac in praemissorum meliorem fidem circa impressionem signi notariatus mei publici manu propria me subscribo. Basilius Ilaszevicz, publicus sacra autoritate apostolica notarius dioecesis Leopoliensis m. pr.

(L. S.)

VII.

Varsavia, 10. XI. 1762.

*Litterae Nuntii Varsaviensis de statu Metropoliae Kiovensis et de modo
providendi malis per Coadiutoriam.*

ASV, ARCH. CONGR. CONSIST.: *Acta..., vol. ann. 1762. (n.n.).*

Copia di lettera scritta al Sign. Cardinale Segr. di Stato da Mons. Nuntio di Varsavia, li 10 novembre 1762.

Quantunque tutto ciò che riguarda i greci uniti, e specialmente i vescovi di quel rito venga da me sempre esposto alla S. Congr. di Propaganda Fide, come quella che sempre suol dare sù di quelli i suoi provvedimenti, nulla di meno essendomi riuscito per grazia dell'Altissimo di terminar felicemente un'affare della più grande importanza per la sancta Unione, stimo mio dovere di renderne intesa ancora l'E.V. et tanto più, che forse dalla corte medesima ne avrà quanto prima contezza.

La condotta non molto lodevole di Mons. Wolodkiewicz, Vescovo greco di Vladimiria, già da qualche anno Coadiutore del Metropolitan di Russia, dava bene a temere un grave pregiudizio alla Chiesa, se non trovavasi qualche expediente, che potesse riparare ai di lui poco boni regolamenti. Nostro Signore, informato della vita e costumi del sudetto Prelato, aveva di già spedito al medesimo un Breve esortatorio, pieno di santo zelo, in cui gli poneva in vista il suo dovere, ed io avevo eseguiti i vene-

ratissimi cenni con presentarlo in sue mani; ma nulla in meno l'incertezza, in cui tuttavia rimanevo della sua emendazione, ed il pericolo, al quale soggiaceva la Santa Unione ora, che per la morte del Metropolitano era egli di già succeduto a si gran dignità, mi fece pensare che l'unico partito per rimediарvi ai temuti mali sarebbe stato il poterlo indurre a domandare un Coadiutore cum futura successione, il quale non solo fosse in istato di sollevar la Chiesa col'opera sua, ma di più potesse servirgli di freno. In fatti appena venuto il nuovo Metropolitano in Varsavia con ogni più dolce maniera hò procurato di fargli comprendere il bisogno, con cui esso era di ricercarsi un tale ajuto, e mi è cresciuto di avere di lui consenso. Si nominavano in questi tre soggetti, ognuno de quali era da me stimato degno di un tanto impiego, valeva dire Mons. Smogorzewski, Arcivescovo di Polosco, Mons. Młodowski, Coadiutore di Pinsco, e Mons. Szeptycki, Vescovo di Leopoli.

Lodando il Signore di un si felice esito della mia idea hò fatto intendere alla Maestà Sua la necessità, che vi era di subito nominare uno dei tre sopradetti soggetti, ed ella si è compiaciuta di scegliere tra questi, a raccomandazione dè primi Personaggi del Regno, Mons. Szeptycki, Vescovo di Leopoli, in cui trovasi congiunta alle altre sue ottime qualità anco la Nobiltà de' Natali.

Mi lusingo, che tal notizia sarà di gradimento à Nostro Signore per il gran vantaggio, che ne risulta alla Chiesa Unita, che Vostra Eminenza nel communicar Gliela si degnerà altresì protegger me, che qualche parte vi ho avuta. Di tanto umilmente la supplico, e col bacio etc...

VIII.

Varsavia, 12. XI. 1762.

Romae, 19. XII. 1762.

Processus canonicus de provisione Coadiutoris Metropoliae Kiovensis et depositiones testium de Coadiutore et de Metropolia, simul cum professione fidei catholicae.

ASV, *Processus Consist.*, vol. 150, fol. 192-204v.

Die 19 Decembris 1762. Ex auditentia Sanctissimi.

Cum pro facienda deputatione Coadiutoris cum futura successione R.P. Feliciano Wolodkowicz, Archiepiscopo Ecclesiarum Kiovien. et Halicien. invicem unitarum, ritus Graeci, S.R.E. uniti, in personam R.P. Leonis Ludovici Szeptycki, Episcopi Leopolien et Chelmen Ecclesiarum, eiusdem ritus, Nuntius Apostolicus Poloniae commorans Processum de more confecerit, tam super statu primo dictarum Ecclesiarum, quam super

praefati Episcopi qualitatibus, sed quia testes admisit, fide quidem dignos, non autem in plerisque articulis de propria scientia deponentes, ideo SS.mus D.nus N.r, ne propter hoc expeditio memoratae Coadiutoriae retardetur, attentis nonnullis causis et circumstantiis, Sanctitati Suae notis, eorundem Testium defectum apostolica auctoritate sanavit, ipsumque Processum admitti mandavit.

A. Nigronus Auditor. (ma).

P R O C E S S U S

super vita, moribus, doctrina caeterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi Domini Leonis Szeptycki, Episcopi Leopoliensis et Camenecensis Ritus Rutheni Unitorum, dandi in Coadiutorem cum futura successione (si placuerit S.mo D.no N.ro) Ill.mo et Rev.mo D. Feliciano Wolodkowicz, Archiepiscopo Metropolitano Kiiovensi et Haliciensi idque ad supplicationem Ser.mi Regis Poloniae, nec non super statu, situ ipsius Ecclesiae Metropolitanae Kiovien.

C O R A M

Ill.mo et Rev.mo Domino Antonio Eugenio Vicecomite, Archiepiscopo Ephesino et Nuntio Apostolico in Regno Poloniae

C O M P I L A T U S.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Indictione Romana decima, die vero duodecima mensis Novembris, Pontificatus autem SS.mi in Christo Patris et Domini N.ri D. Clementis Divina Providentia Papae eius nominis XIII, anno quinto.

V a r s a v i a e

Coram Ill.mo et Rev.mo Domino Antonio Eugenio Vicecomite, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Ephesino, SS.mi D.ni N.ri Clementis Divina Providentia Papae eius nominis XIII, Praelato domestico et assistente eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae apud Ser.mum Augustum Tertium Poloniae Regem potentissimum totumque Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus Legati de latere Nuntio, comparens personaliter Ill.mus et Rev.mus Dominus Leo Ludovicus Szeptycki, Episcopus Leopolien. et Camencensis Ritus Rutheni Unitorum exposuit, quod cum Ill.mus et Rev.mus D. Felicianus Wolodko-

wicz, Archiepiscopus Metropolitanus Kiioviensis, Haliciensis totiusque Russiae, ob provectam aetatem, utpote iam sexagesimum sextum annum agens, ac ob infirmitates quas aetas ipsa afferre solet, tum ob alias causas ad regimem pastorale Coadiutore in Archiepiscopatu Metropolitanu indigeat, et ad eum finem per suam in actis huius Tribunalis recognitionem factam in personam sui Comparentis consenserit, seque Comparentem in huiusmodi Coadiutorem cum futura successione elegendum, ac pro se sic electo Ser.mus Rex Poloniae decrevit supplicare SS.mo D.no N.ro Papae pro sui Comparentis in Coadiutorem deputatione et approbatione; ideo ea qua decet reverentia instetit apud suam Dominationem Ill.mam et Rev.mam, ut processum inquisitionis super vita, moribus et idoneitate aliisque requisitis eiusdem Ill.mi et Rev.mi Comparentis, et super statu, situ et qualitate ac circumstantiis eiusdem Metropolitanae Ecclesiae Kiioviensis formare dignaretur, iuxta S. Concilii Tridentini Decreta et Constitutionem fe.re. Gregorii XIV, ad hoc ut Sanctitas Sua bene informata ex eius et S. Sedis Apostolicae benignitate et gratia de Coadiutore Archiepiscopatus Metropolitanu Kiioviensis et totius Russiae possit et valeat providere.

Qui Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus antedictus petitionem huiusmodi, utpote rationi consentaneam admisit, et cum sibi constet de praedicti electione et consensu Ill.mi et Rev.mi D. Archiepiscopi Metropolitanu Kiioviensis, dictum Processum confici, juramenta et depositiones testium per Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam ex officio vocandorum et super Interrogatoriis porrigendis examinandorum recipi, caeteraque omnia necessaria et opportuna fieri et per me Notarium et Cancelarium infrascriptum rogari, ac omnia et singula in publicam formam et in publicum Instrumentum et documentum redigi mandavit, ut ita redacta suis loco et tempore ad praedictum SS.mum D.num N.rum Papam transmitti valeant.

Interrogatoria super qualitate et requisitis Ill.mi et Rev.mi D. Leonis Szeptycki, Episcopi Leopolien. Ritus Ruteni uniti, dandi (si SS.mo D.N. placuerit), in Coadiutorem cum futura successione Ill.mo et Rev.mo D.no Feliciano Wolodkowicz Archiepiscopo Metropolitanu Kioviae.

1-o: An, quomodo, et a quo tempore testis cognoscat Ill.mum et Rev.mum D. Felicianum Wolodkowicz, Archiepiscopum Metropolitanum Kiovien. et Halicien.

2-o: An sciat ipsum adversa valetudine aut aetate impediri, quominus exequi possit, quae sui officii sunt, et quae causa scientiae.

3-o: An et ob quam causam necessarium exstimet, ut illi detur Coa-

diutor in Ecclesia Metropolitana Kiiovensi et Haliciensi cum futura successione.

4-o: An idem testis cognoscat Ill.mum et Rev.mum D. Leonem Szepetycki, Episcopum Leopolien. et Camenecen. Ritus Rutheni Unitorum, in Coadiutorem, ut supra, dandum, quomodo, a quanto tempore, citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimis familiaris, inimicus, aemulus, vel odiosus.

5-o: An sciat ipsum munus consecrationis suscepisse, et quae sit causa scientiae.

6-o: An sciat per quot annos fuerit Episcopus Leopoliensis et Camenecensis et quae sit causa scientiae.

7-o: An sciat eum in suis Leopoliensi et Camenecensi Ecclesiis et Dioecesibus assidue residere, et quae sit causa scientiae.

8-o: An sciat eum diligenter et saepe dictas suas Leopolien. et Camenensem Ecclesias et Dioeceses visitasse, et opportune omnibus necessitatibus occurrisse, et providisse, eiusque decreta et mandata debitae executioni demandari curasse, et quae sit causa scientiae.

9-o: An sciat eum saepe solemniter celebrasse, ordinationes iuxta necessitatis exigentiam habuisse, Confirmationis Sacramentum ministrasse, ceteraque Pontificalia exercuisse, et quae sit causa scientiae.

10-o: An sciat eum prudenter ubilibet, et diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, protegendis Jurisdictionibus spirituali et temporali, juribus ac bonis omnibus suarum Ecclesiarum et quae sit causa scientiae.

11-o: An sciat eum pietatis, charitatis et prudentiae in gubernando specimem dedisse, et verbo et exemplo profecisse, et quae sit causa scientiae.

12-o: An sciat vere ea doctrina ipsum ad praesens pollere, quae in Episcopo requiritur ad hoc ut alios docere posset et quae sit causa scientiae.

13-o: An sciat quod eo tempore, quo Ecclesiae Leopoliensi et Camenensi praeest, toties quoties debuit, visitaverit Limina Apostolorum Petri et Pauli de Urbe ad formam Constitutionis recolendae memoriae Sixti Papae V, et quae sit causa scientiae.

14-o: An sciat quod idem Ill.mus et Rev.mus Transferendus seu Coadiutor deputandus adimpleverit omnia Decreta, quae in Bulla sua provisionis ipsi fuerint iniuncta, et an sacrarium utrumque sacra suppellectili sufficienter instruxerit vel Ecclesiarum Cathedralium seu Domorum Episcopalium reparationibus pro viribus incubuerit, aut praebendam Theologalem seu Poenitentiariam vel Seminarium instituerit, montemque Pietatis erigi curavreit, et quae sit causa scientiae.

15-o: An dignum eum existimet qui deputetur in Coadiutorem Ill.mo et Rev.mo Archiepiscopo Metropolitano Kiioviensi et an censeat (si casus contigerit) eius successionem ipsi Metropolitanae Ecclesiae Kiioviensi utilem et proficuam fore, et quare ita censeat, et existimet.

Interrogatoria de Statu Ecclesiae Metropolitanae Kiioviensis.

1-o. An testis sciat in qua Provincia sita est civitas Kiiovien. et Halicien., cuius qualitatis et magnitudinis sit, quot confletur domibus, et a quo Christifidelibus inhabitatur, cuius dominio in temporalibus subjecat, et quae sit causa scientiae.

2-o. An sciat in illa civitate esse Ecclesiam Metropolitanam, sub qua invocatione, cuius structurae et qualitatis, an aliqua reparazione indigeat, et quae sit causa scientiae.

3-o. An sciat quot Episcopos Suffraganeos habeat, et quae sit c.s.

4-o. An sciat quot et quales sint in dicta Ecclesia Dignitates, canonicatus et alia Beneficia ecclesiastica, quis sit numerus Presbyterorum et Clericorum ibi in divinis inservientium, quae sit dignitas major post Pontificalem, qualis sint redditus Dignitatum, Canonicatum et aliorum Beneficiorum, et an adsit Praebenda Theologalis et Poenitentiaria, et quae sit c.s.

5-o. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an sit in ea fons baptismalis, et quae sit causa scientiae.

6-o. An habeat Sacrum suffcienter instructum sacra suppellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum, et etiam Pontificalia exercenda necessariis, Chorum, Organum, Campanile cum campanis, caementerium, et quae sit causa scientiae.

7-o. An sint in ea corpora, vel aliquae insignes Reliquiae Sanctorum, quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae.

8-o. An habeat Domum pro Archiepiscopi seu Metropolitae habitatione, ubi, et qualem, quantum distat ab ecclesia, et an reparazione indigeat, et quae sit causa scientiae.

9-o. An sciat verum valorem reddituum Mensae Archiepiscopalium seu Metropolitanae, ad quam summam annuatim ascendant, in quibus consistunt, an sint aliqua pensione onerati, ad cuius vel quarum favorem dicta pensio est reservata et quae sit causa sc.

10-o. Quot existant in dicta civitate ecclesiae Parochiales, et an unaquaeque habeat fontem baptismalem, quot item existant in illa Collegiatae, quot monasteria virorum et mulierum, quot Confraternitates et Hospitalia, et an ibi sit Mons Pietatis, et quae sit causa scientiae.

11-o. Quantum sit ampla Dioecesis Kiiovien. et Halicien., quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae.

12-o. An in ea erectum sit Seminarium, quot in eo aluntur pueri, et quae sit causa scientiae.

Die duodecima Novembris 1762.

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D. Nuncium Apostolicum in camera solitae audientiae Suae Dominationis Ill.mae et Rev.mae Peril-lustris et Rev.dus D. GEORGIUS JOANNES BIETKOWSKI, ecclesiarum Metropolitanae Leopolien. et Cathedr. Chelmen Canonicus, aetatis suae annorum 46 circiter, prout asseruit, et ex aspectu eius apparebat, testis ex officio vocatus, et per Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam secreto examinatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda prout in manibus Dominationis Suae Ill.mae et Rev.mae tactis etc. iuravit etc. et ad opportunas Interrogationes super vita, moribus, doctrina caeterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi Domini Leonis Szeptycki, Episcopi Leopoliensis Ritus Rutheni Uniti, dandi in Coadiutorem (si SS.mo D.no N.ro placuerit) cum futura successione Ill.mo et Rev.mo D. Feliciano Wolodkowicz, Archiepiscopo Metropolitano Kiiovien. et totius Russiae, dixit et depositus prout infra, videlicet:

Omissis tribus primis Interrogatoriis, ex quo testis non habet notitiam Ill.mi Domini Metropolitani.

Ad 4-um R.t.: Cognosco Ill.mum et Rev.mum D. Leonem Szeptycki, Episcopum Leopoliensem ab annis quindecem, et saepius sum conversatus cum ipso, ex quo uti Canonicus Leopoliensis soleo manere Leopoli, ubi etiam et ipse residet saepius. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, non nimium familiaris, nec inimicus, aemulus aut odiosus.

Ad 5-um R.t.: Scio ipsum consecratum esse in Episcopum Leopolien. et Camenecen. ex quo eum vidi pontificaliter celebrantem multis annis, etiam in ecclesiis latinis.

Ad 6-um R.t.: Credo ipsum esse Episcopum Leopoliensem. et Camenecen. ab annis decem circiter, causa scientiae ut supra.

Ad 7-um R.t: Saepius residet circa ecclesiam Cathedralem Leopoliensem, uti ipsum vidi, ex quo soleo manere Leopoli, et saepius causa visitationis accedo ad ipsum.

Ad 8-um R.t: Nescio ipsum visitasse per se ipsum suas Dioeceses, credo tamen per suos subalternos easdem Visitationes peragere et credo ipsum opportune omnibus necessitatibus suarum Ecclesiarum occurrisse et providisse, cum viderim aliqua Decreta Reformationis, et etiam credo ipsum eadem Decreta debitae executioni demandari curasse.

Ad 9-um R.t: Scio ipsum saepius celebrasse, tam in sua ecclesia Cathedrali, quam etiam in ecclesiis nostri Ritus prout vidi. De ordinationibus autem habitis, et de caeterarum Pontificalium exercitio audivi ab aliis.

Ad 10-um R.t: Nosco ex conversatione cum ipso habita, eum caritate ac pietate pollere, et adverti in ipso prudentiam in gubernando.

Ad 11-um R.t: Mihi bene de propria scientia constat quod prudenter se gerit ubilibet in conservandis et protegendis juribus Ecclesiarum suarum et Ritus, et audivi ipsum non semel zelose certantem pro immunitate ecclesiastica.

Ad 12-um R.t: Ex conversatione cum eo saepius habita, assero ipsum sufficiente satis doctrina pollere, quae in Episcopo requiritur ad hoc ut alios docere posset.

Ad 13-um R.t: Scio quod per se ipsum non visitaverit limina Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Urbe, utrum per aliam personam id expleverit mihi non constat.

Ad 14-um R.t: De Decretis quae ipsi in Bullis eius provisionis iniuncta fuerunt, utrum ea adimpleverit et utrum Sacraria sacra suppelletili providerit mihi non constat. Scio et vidi quod ecclesiam Cathedralem Leopolien. fere a fundamentis erexit, et satis pulchrae structurae et elegantissimae, cum magno sumptu, quae tamen adhuc ab intra non est perfecta. Residentiam Episcopalem Leopoli etiam de novo, satis elegan-tem et commodam extruxit. De praebenda Theologali et Poenitentiaria, Seminario et Monte Pietatis, utrum sint erecta non mihi constat.

Ad 15-um R.t: Credo ipsum esse dignum qui deputetur in Coadiutorem Archiepiscopo Metropolitano Kiiovensi, attentis eius scientia, prudentia et gravitate morum, et censeo, si casus contigat, eius successionem ipsi Metropolitanae Ecclesiae Kioviensi futuram utilem et proficuam, ex quo ipsum noscam zelosum in juribus et immunitatibus ecclesiasticis.

Et tunc, finito examine, supradictus Ill.mus et Rev.mus Nuntius Apostolicus testem licentiauit et dimisit, iniuncto ipsi ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit ut sequitur:

Ita deposui pro veritate ego Georgius JOANNES BIETKOWSKI, Ecclesiarum Metropolitanae Leopolien. et Cathedr. Chelmen. Canonicus (mp.).

Eadem die.

Examinatus fuit per Ill.mum ac Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Perillustris et Rev.dus ANDREAS ZAWADOWSKI, Prothonotarius Apostolicus, Officialis Generalis Halicien. Ritus Rutheni Uniti, aetatis suae annorum 36, prout asseruit et aspectu ipsius apparebat, testis ex officio vocatus et per Dominationem Suam Ill.mam ac Rev.mam

secrete examinatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, prout in manibus Dominationis suae Ill.mae ac Rev.mae, tactis etc. iuravit etc. et ad oportunas interrogationes quoad personam Ill.mi et Rev.mi Domini Feliciani Wolodkowicz Archiepiscopi Metropolitani Kiovien, et totius Russiae dixit et deposuit, prout infra, videlicet:

Ad 1-um R.t: Nosco Ill.mum et Rev.mum D. Felicianum Wolodkowicz, Archiepiscopum Metropolitanum Kiovensem ab annis quinque.

Ad 2-um R.t: Aetatem habet satis proiectam, nam agit annum sexagesimum sextum circiter; mihi ex propria scientia constat, ipsum debilem esse, et vidi etiam illum aegrotantem.

Ad 3-um R.t: Ob causas superius expressas et ex quo etiam pluribus negotiis respectu bonorum Mensae Archiepiscopalnis est obrutus, nec etiam credo ipsum quoad regendam et gubernandam Archidioecesim habere prudentiam et scientiam eam quae requiritur ad regimen spirituale, nec etiam activitatem necessariam, quae apud suos multum valet, pollet in defendendis et manutenendis juribus et immunitatibus tam Metropolitanae Ecclesiae, quam etiam totius Hierarchiae Roxolanae, idcirco credo valde necessarium, ut ipsi Coadiutor cum futura successione deputetur.

Reliqua interrogatoria omissa ex quo testis non habeat notitiam.

Et tunc, finito examine, supradictus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus testem licentiavit et dimisit, iniuncto ipsi ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit, ut sequitur.

Ita deposui pro veritate ego ANDREAS ZAWADOWSKI, Officialis Generalis Haliciensis (mp).

Die eadem.

Examinatus fuit per eundem Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Perillustris et Adm. Rev.dus JOANNES OSLAWSKI, Prothonotarius Apostolicus, Examinator Generalis in Dioecesi Leopoliensi Ritus Rutheni Uniti, aetatis suae annorum 38, prout asseruit et aspectu eius apparebat, testis ex officio vocatus et per Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam secrete examinatus, qui, delato sibi juramento de veritate dicenda prout in manibus Dominationis suae Ill.mae et Rev.mae tactis etc. iuravit etc. et ad oportunas Interrogationes super vita, moribus doctrina caeterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi D. Leonis Szeptycki, Episcopi Leopoliensis Ritus Rutheni Unitorum, dandi in Coadiutorem (si SS.mo D.no N.ro placuerit) Ill.mo et Rev.mo D. Feliciano Wolodkowicz Archiepiscopo Kiovensi Metropolitanano totius Russiae, dixit et deposuit prout infra, videlicet:

Omissis tribus primis interrogatoriis, ex quo testis non habeat notitiam Ill.mi Domini Metropolitani.

Ad 4-um R.t: Cognosco Ill.mum et Rev.mum D. Leonem Szeptycki, Episcopum Leopoliensem, ab anno millesimo, septingentesimo quinquagesimo nono, et a dicto tempore et praesertim ab annis duobus, a quibus redii Roma, saepius sum cum ipso conversatus. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, non nimium familiaris, nec inimicus, aemulus aut odiosus.

Ad 5-um R.t: Scio ipsum munus consecrationis suscepisse a defuncto episcopo Vladimiriensi Godebski ex dupatatione Metropolitanu Szeptycki, ut vidi Literas consecrationis eius testimoniales.

Ad 6-um R.t: Ipse consecratus fuit in Episcopum Leopoliensem de anno millesimo septingentesimo quadragesimo nono, et ego Leopoli fui praesens, quando possessionem Episcopatus accepit.

Ad 7-um R.t: Scio ipsum, praesertim a duobus annis, residere continuo in sua Dioecesi Leopoliensi.

Ad 8-um R.t: Per se non mihi constat, quod visitaverit suas Dioeceses, sed bene per alias a se deputatas personas, et ad praesens est visitator quidam Rev.dus Szadurski, quoad Dioecesim Leopoliensem, et quoad Camenecensem, Officialis Camencensis deputatus, et decreta reformationis per dictos Visitatores facta, ut debitam executionem habeant, ipsem Episcopus operam sedulam adhibet, et curat.

Ad 9-um R.t: Saepe Pontificaliter celebrat, saepius privatum, ordinationes pro exigentia necessitatis, et caetera pontificalia exercet, ut egomet vidi, et soleo illi assistere. Confirmationis sacramentum non exercet, cum in ritu nostro Parochi circa baptismum etiam confirmationem impariuntur at haec scio quia sum de ritu Rutheno Unito.

Ad 10-um R.t: Nosco ipsum esse pietate praeditum, nam saepius ipsum video, ut supra dixi, celebrantem, et ultra praeces canonicas, etiam vidi ipsum alias devotiones peragentem; quoad charitatis et prudentiae in gubernando specimina ac profectum verbo et exemplo haec mihi ex visu, et conversatione sunt nota, in variis occasionibus.

Ad 11-um R.t: Scio ipsum prudenter et diligenter ubilibet se gerere in conservandis et manutenendis juribus et immunitatibus Ecclesiasticis, et haec mihi ex visu et propria scientia constant.

Ad 12-um R.t: Scio ipsum doctrina satis sufficiente pollere, quae in Episcopo requiritur ad hoc ut alios docere posset, et id mihi ex conversatione saepius cum ipso habita constat.

Ad 13-um R.t: Nec scio nec audivi quod visitaverit limina Sanctorum Apostolorum, cum apud nos non sit id in usu.

Ad 14-um R.t: Nescio utrum aliqua ipsi iniuncta fuerunt in illius Bullis. Si autem aliqua erant iniuncta, credo quod ille adimpleverit, cum ipse sit exactus et promptus. Sacrarium Ecclesiae Leopoliensis satis sufficienter instructum sacra suppelectili ad Divinum cultum necessaria, et etiam ad pontificalia exercenda, ut vidi. Ecclesiam Cathedralem Leopoliensem ex muro solido satis elegantissimae structurae extruxit, pariter Domum pro Episcopi habitatione satis amplam et commodam erigit, quae tamen Ecclesia et Domus Episcopalis nondum sunt perfecta, ut vidi. Praebenda Theologalis, Poenitentiaria, Mons pietatis et Seminarium Dioecesanum non sunt.

Ad 15-um R.t: Ex quo ipsum noscam ex conversatione, saepius cum ipso habita, virum gravem, prudentem, doctum, zelosum et optimum Ecclesiasticum, idcirco ex his dignum eum existimo, qui deputetur in Coadiutorem Archiepiscopo Metropolitano Kiiovensi moderno, et censeo ipsius successionem, si casus contingat, ipsi Metropolitanae Ecclesiae et Dioecesi utilem futuram et proficuam fore.

Et tunc, finito examine, supradictus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus testem licentiavit et dimisit iniuncto ipsi, ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit ut sequitur:

Et ita deposui pro veritate ego JOANNES OSLAWSKI, Prothonotarius Apostolicus et Examinator Generalis (m).

Eadem die.

Examinatus fuit per Ill.mum Dominum Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Religiosus Pater ALEXANDER JODKO, Abbas Dermanensis et Dubnensis Ordinis D. Basilii Magni, aetatis suae annorum 40, prout asseruit et ex aspectu eius apparebat, testis ex officio vocatus et per Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam secrete examinatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, prout in manibus Dominationis Suae Ill.mae et Rev.mae tactis etc. juravit etc. et ad oportunas interrogaciones quoad personam Ill.mi et Rev.mi D. Feliciani Wolodkowicz, Archiepiscoi Metropolitani Kiovien. et totius Russiae, dixit et depositus prout infra, videlicet:

Ad 1-um R.t: Cognosco Ill.mum et Rev.mum D. Felicianum Wolodkowicz, Archiepiscopum Metropolitanum Kioviensem ab annis decem, ex quo sum apud ipsum.

Ad 2-um R.t: Habet aetatem sexaginta sex annorum, et aliquando infirmatur.

Ad 3-um R.t: Credo ipsi necessarium Coadiutorem, ex quo non possit satisfacere omnibus negotiis et curis, quae ipsi incumbunt ex officio et

maxime in causis bonorum mensae Archiepiscopalis in pluribus subseliis vigentibus, quarum aliquae sunt granitiales seu limitum, pro quibus requiritur personalis comparitio et non admittunt delegatas personas.

Reliqua interrogatoria omissa, ex quo testis non habet notitiam.

Et tunc, finito examine, supradictus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus testem licentiavit et dimisit, iniuncto ipsi, ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit ut sequitur.

Ita deposui pro veritate ego ALEXANDER JODKO Ordinis S. Basillii Magni, Abbas Dermanensis, Dubnensis et S. Crucis.

Die decimatercia.

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Religiosus Pater AMBROSIUS GELLER, Vicerector Vlodimirien, Ordinis S. Basillii Magni, aetatis suae annorum 35, prout asseruit et ex aspectu eius apparebat, testis ex officio vocatus et per Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam secrete examinatus, qui delato sibi iuramento de veritate dicenda, prout in manibus Dominationis suae Ill.mae ac Rev.mae tactis etc. iuravit etc. et ad oportunas interrogations super statu, situ et qualitate Ecclesiae Metropolitanae Kioviensis dixit et depositus, prout infra, videlicet:

Super 1-o R.t: Est civitas Kioviensis in Dominio Moscovitico, sed tamen in illa civitate non fui, adeoque de eius qualitatibus ignoro.

Super 2-o R.t: Audivi quod in dicta civitate sit ecclesia Metropolitana, quae possidetur a Schismaticis, Metropolitani autem Uniti habent ecclesiam Metropolitanam Vilnae, ex muro, satis amplam, et a decem annis vidi illam reparatam ab extra, ab intra vero indigebat notabili reparatione, nam ista vidi cum fuerim in illa ecclesia.

Super 3-o R.t: Habet suffraganeos Archiepiscopos Polocensem, Smolensensem, Episcopos Chelmensem, Leopoliensem, Premisiensem, Luceoriensem, Pinsensem, Vlodimirensem, et nosco istos omnes Episcopos.

Super 4-o R.t: De dignitatibus in ista ecclesia an sunt, non mihi constat... Sunt dumtaxat aliqui Presbyteri tres, sive quatuor circa dictam ecclesiam, qui ibi in divinis inserviunt, et ad praesens audivi, quod etiam clerici ex Alumnatu Pontificio soleant accedere ad dictam ecclesiam, in qua cum aliis Presbiteris circa dictam ecclesiam residentibus, in Divinis diebus festis inserviunt. De reliquis mihi non constat.

Super 5-o R.t: Mihi videtur quod ibi exercetur cura animarum per unum Presbiterum; fons tamen baptismalis ibi non est, cum in ritu nostro isti fontes baptismales non solent erigi in ecclesiis.

Super 6-o R.t: Non mihi constat an habeat Sacrarium Sacra suppel-

lectili instructum ad divinum cultum necessarium, quo vero ad Pontificalia exercenda, dum Metropolitani accedunt ad dictam ecclesiam, solent secum sacram suppellectilem pro pontificalibus exercendis portare. Campanae sunt, de coemeterio non recordor.

Super 7-o R.t: Nescio an ibi sunt corpora aut insignes Reliquiae Sanctorum.

Super 8-o R.t: Habet ex muro pro Archiepiscopi Metropolitani habitatione, non procul ab ecclesia, non adeo amplam, quam vidi, et pro tunc indigebat reparacione notabili.

Super 9-o R.t: De redditibus mihi non constat.

Super 10-o R.t: Non alias scio esse ecclesias Parochiales nostri Ritus praeter Cathedralem; Monasterium nostri Ordinis est unum, etiam monasterium Monialium pariter nostri Ordinis in nostra ecclesia est Confraternitas Immaculatae Conceptionis Beatissimae Mariae Virginis, et S. Onuphrii. Hospitale est penes nostrum Monasterium pro pauperibus studiosis. Mons pietatis non est, et haec scio quia residebam in nostro Monasterio Vilnensi, et vidi haec.

Super 11-o R.t: Satis ampla est Dioecesis metropolitana, et prout mihi videtur in longum ad triginta, et in latum pariter ad triginta leucas polonicales extenditur; continet Palatinatus Vilnensem, Minsensem, Novogrodensem, districtum Oszmianensem et Grodnensem, et alia loca.

Super 12-o R.t: Audivi quod in Dioecesi Kiioviensi sit Seminarium. Et tunc, finito examine, supradictus Ill.mus et Rev.mus Dominus Nuntius testem licentiavit ac dimisit, iniuncto ipsi ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit, ut sequitur:

Ita deposui pro veritate ego **AMBROSIUS GELLER**, Ordinis S. Basillii Magni, Vicerector Vlodimiriensis (mp).

Die eadem.

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Religiosus Pater **ADRIANUS LOMANOWICZ**, Ordinis D. Basillii Magni Residentiae Varsaviensis, aetatis suae annorum 53, prout asseruit et ex aspectu eius apparebat, testis ex officio vocatus, et per Dominationem Suam Ill.mam ac Rev.mam secrete examinatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, prout in manibus Dominationis Suae Ill.mae et Rev.mae tactis etc. iuravit etc. et ad oportunas interrogations super statu, situ et qualitate Ecclesiae Metropolitanae Kiioviensis dixit et depositus prout infra.

Super 1-o R.t: Audivi esse civitatem Kiioviensem in Dominio Moschovitico; sed in dicta civitate non fui adeoque de qualitatibus illius nescio.

Super 2-o R.t: Audivi ibi esse ecclesiam Metropolitanam, quae possidetur a Schismaticis. Metropolitanam autem uniti habent ecclesiam Metropolitanam Vilnae, sub titulo, ni fallor, Sancti Salvatoris, ex muro, satis elegans, antiquae structurae, et ante decem annos fui in dicta ecclesia et vidi quod ab intra indigebat notabili reparatione.

Super 3-o R.t: Suffraganeos habet Archiepiscopos Polocensem, Smolensensem, Episcopos Leopoliensem, Premysliensem, Luceoriensem, Vladimiriensem, Pincensem, Chelmensem, et ipsos novi.

Super 4-o R.t: Non mihi constat de dignitatibus quod ibi sint. Presbiteri saeculares circa dictam ecclesiam, ni fallor, tres, seu quatuor sunt, qui ibi una cum Clericis ex Alumnatu Pontificio, ut audivi, advenientibus diebus festis inserviunt in Divinis. De poenitentiaria et theologali Praebendis non mihi constat.

Super 5-o R.t: Exercetur per Presbiteros saeculares ritus nostri cura animarum; fons baptismalis non est ibi, cum in nostro rito non solent erigi fontes baptismales.

Super 6-o R.t: Sacratium, ut vidi, habet instructum sacra suppellecili, sed an sufficienter ignoro. Pro Pontificalibus vero exercendis Metropolitanus, quando accedit ad dictam ecclesiam, solet secum portare necessariam suppellecilem. Fuerunt campanae et campanile, quod tamen erat combustum; ad praesens nescio si aliud est extructum. Caemeterium erat circumdataum partim muro, partim ex ligno, ut vidi.

Super 7-o R.t: Non mihi constat quod ibi sint corpora vel Reliquiae aliquae insignes Sanctorum.

Super 8-o R.t: Habet Domum muratam, ut vidi, pro Metropolitanani habitatione, mediocrem, antiquae structurae, non procul ab ecclesia distante, non mihi videbatur pro tunc, quod indiguisset aliqua notabili reparatione.

Super 9-o R.t: Ut audivi quod redditus mensae Archiepiscopalis Metropolitanae annuatim ascendere possunt ad sexaginta millia florenorum polonicalium, seu plus. Non mihi constat quod sint aliqua pensione onerati.

Super 10-o R.t: Nescio an sint in dicta civitate Parochiales praeter Cathedram. Monasterium virorum unum; Monialium unum Ordinis nostri, quae Moniales non habent propriam ecclesiam, sed accedunt ad ecclesiam nostrorum Religiosorum, ut vidi. Nescio an sint Confraternitates. De hospitali et Monte pietatis nescio an sint.

Super 11-o R.t: Dioecesis Metropolitanana satis ampla est, extenditur in longum, ut mihi videtur, ad sexaginta milliaria polonica, in latum vero ad triginta. Complectitur Palatinatus Novogrodensem, Minsensem,

Districtus Oszmianensem, Lidensem, Grodnensem, Slonimensem, et aia loca, prout in aliquibus locis fui.

Super 12-o R.t: Dioecesanum Kiioviense Seminarium non est.

Et tunc, finito examine, supradictus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus testem licentiavit ac dimisit iniuncto ipsi ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit, ut sequitur:

Ita deposui pro veritate ego ADRIANUS LOMANOWICZ, Ordinis D. Basili Magni (mp).

Supradictis testibus plenam fidem adhibendam esse censeo, et de Coadiutore deputando bene iudico. In quorum fidem.

A.E. Archiepiscopus Ephesinus, Nuntius Apostolicus (mp).

Quibus omnibus et singulis, ut supra, gestis, idem Ill.mus et Rev.mus D. Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis Ritus Rutheni Uniti, petiit suprascriptum Processum seu illius copiam in forma authentica extradiri et sigillo munitam consignari ad effectum ad Almam Urbem transmittendi, omni, etc.

Quocirca nos Antonius Eugenius Vicecomes Archiepiscopus Ephesinus et Nuntius Apostolicus antedictus Processum clausum et sigillatum seu verius copiam illius in forma publica et authentica concedendam et extradendam esse duximus, decernentes praedictis omnibus et singulis tanquam rite et legitime gestis ubique terrarum plenariam et indubitatam fidem ab omnibus et singulis in Judicio et extra adhibendam esse. In quorum fidem et testimonium praemissorum praesentes, manu nostra subscriptas sigilli nostri impressione communiri fecimus. Datum Varsaviae die decimasexta mensis Novembris, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo.

A.E. Archiepiscopus Ephesinus, Nuntius Apostolicus (mp).

Et quia ego Petrus Jastrzemski publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius et Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Eugenii Vicecomitis, Archiepiscopi Ephesini et Nuntii Apostolici in Regno Poloniae Cancellarius, memoratae inquisitioni et testium examini per eundem Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum habitae et recepto personaliter requisitus interfui; nec non juramenta testium praenominatorum solemniter fieri vidi, et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter redigi; idecirco hoc examen et totum hunc inquisitionis processum propria manu scriptum subscripsi. Datum Varsaviae, die decima sexta mensis Novembris, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo.

Petrus Jastrzemski, Notarius et Cancellarius qui supra (mp).

EGO Leo Ludovicus Szeptycki Episcopus Leopoliensis, Halicien. Camenecen., Abbas Comm. Mielecen.

Firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet. Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem...

... Et Unam Sanctam Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi, Amen.

Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes, et constitutiones, firmissime admitto, et amplector. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, et interpretatione Sacra- rum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam, et interpretabor...

... Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integrum, et inviolatam usque ad extreum vitae spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere, et confiteri, atque a meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, et doceri, et praedicari quantum in me erit curaturum, EGO IDEM LEO LUDOVICUS SZEPTYCKI, Episcopus Leopolien., Halicien., Camenecen., spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

Ego infrascriptus supraposita fidei professionem a Rev.mo D.no Leone Szeptycki, Episcopo Leopoliensi Ritus Rutheni Uniti, de verbo ad verbum in manibus meis emissam recepi, et ita testor.

A.E. Archiepiscopus Ephesus, Nuntius Apostolicus (mp).

In Nomine Domini. Amen. Omnibus et singulis quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, indicatione Romana decima, die vero duodecima mensis Novembris constitutus personaliter Ill.mus et Rev.mus Dominus Leo Ludovicus Szeptycki, Episcopus Leopoliensis etc. Ritus Rutheni Uniti, coram Ill.mo et Rev.mo D. Antonio Eugenio Vicecomite, Archiepiscopo Ephesino et Nuncio Apostolico in Regno Poloniae, flexis genibus, et Sacrosanctis Evangeliiis, quae prae manibus habebat, tactis, medio juramento supra positam fidei professionem de verbo ad verbum, prout jacet, in manibus eiusdem Ill.mi et Rev.mi D. Nuntii Apostolici emisit, et in locis ubi nomen dicti Ill.mi et Rev.mi D. Leonis Ludovici Szeptycki scriptum est, propria manu scripsit. Praesentibus Perillustri Adm. Rev.do Augusto Albetrandi, Canc.

Livoniae, et D. Petro Canelli, testibus ad praemissa vocatis, habitis atquae rogatis. Datum Varsaviae anno, die, mense, quibus supra, et in fidem me subscripti et sigillo Notariatus mei publici communivi.

Petrus Jastrzemski, publicus S.-a Authoritate Apostolica Notarius et Nuntiatura Apostolicae in Regno Poloniae Cancellarius (mp).

IX.

Roma, 4. XII. 1762.

20. XII. 1762.

Progressus causae Coadiutoris Metropoliae Kiovensis.

ASV, ARCH. CONGR. CONSIST.: *Acta..., v. ann. 1762, (20.XII).*

1762. Die 20 decembris.

KIOVIEN. ritus Graeci Rutheni: Coadiutoriae.

L'affare passò per la Congregazione di Propaganda, e può vedersi nel Concistoro del sudetto giorno.

Dalla Segreteria di Stato. 4 dic. 1762.

Si rimette a Mons. Segretario l'annessa copia d'una lettera di Mons. Nuntio in Polonia, nella quale si parla del Coadiutore da darsi al Metropolitan di Russia, affinchè la conservi per averne ragione, quando sarà venuta la nomina reale.

Mons. Segretario della S. Congr. Consistoriale.

X.

Roma, 18. XII. 1762.

Provisio Ecclesiae Kiovensis de Coadiutore cum futura successione in persona Leonis Szeptycyj, Ep. Leopoliensis, omissis verbis aliunde notis.

ASV, Archivio dei Brevi Apostolici, vol. 3661, fol. 290-292v.

APF, Scritt. rif. n. Congressi: *Moscovia etc., vol. 9, fol. 148-151.*

WELYKYJ A., *Documenta Pontificum*, vol. II, pag. 179, nr. 756.

CLEMENS Episcopus Servus servorum Dei. Venerabili fratri Leoni Ludovicō Szeptycki, moderno Episcopo Leopoliensi et Chelmensi, salutem et Apostolicam benedictionem.

Romanus Pontifex in potestatis plenitudine a celesti Pastore constitutus etc. proficere valeant incrementis. Sane Venerabili fratri Feliciano Wolotkowicz, moderno Archiepiscopo Kiovien. et Halicien. Ritus Graeci Ruteni, attenta eius ingravescente aetate et adversa valetudine, ob quas ad episcopalia aliaque pastoralia munia obeunda prorsus impar redditus

est, ne Ecclesiae Kiovien. et Halicien. Ritus praefati invicem perpetuo canonice unitae, quibus idem Felicianus Archiepiscopus praeest, aliqua in spiritualibus et temporalibus detrimenta patientur. de Coadiutore idoneo cum futura in dictis Ecclesiis Kiovien. et Halicien. successione providere cupientes, Nos, post deliberationem quam de deputando in Coadiutorem huiusmodi personam utilem ac etiam fructuosam cum Venerabilibus fratribus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus (f. 148v) habuimus diligentem, demum ad te, qui Ecclesiis Leopolien. et Chelmen. Ritus praedicti etiam invicem perpetuo canonice unitis laudabiliter praees, munus consecrationis suscepisti, pontificalia officia et alia episcopalalia munia exercuisti, quique Fidem Catholicam iuxta articulos iam pridem a Sede Apostolica propositos expresse professus es, et pro quo Charissimus in Christo filius Fridericus Augustus, Poloniae Rex Illustris, nobis ad hoc per suas litteras supplicavit, direximus oculos nostrae mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, te a quibusvis etc. censentes, te eidem Feliciano, Archiepiscopo, in Coadiutorem perpetuum et irrevocabilem in tegimine et administratione Ecclesiarum Kiovien. et Halicien. quoad vixerit ac praedictis Ecclesiis profuerit in spiritualibus et temporalibus cum plena, libera et omnimoda facultate, potestate et auctoritate omnia et singula quae ad huiusmodi Coadiutoris officium de iure, usu consuetudine, aut alias quomodolibet spectant et pertinent faciendi, gerendi et ordinandi, ac pontificalia omnia in Civitatibus et Dioecesibus Kiovien. et Halicien. Ritus hiusmodi exercendi, expresso eiusdem Feliciani, Archiepiscopi, ad hoc eccedente consensu, de eorumdem fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate constituimus et deputamus, nec non cedente vel decadente eodem Feliciano, Archiepiscopo, seu dictis Ecclesiis Kiovien. et Halicien. quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam vacantibus, etiamsi tempore vacationis hiusmodi dictum Coadiutoris officium exercere non inceperis, aut per te steterit quominus illud exercueris, ex nunc prout ex tunc et e contra eisdem Ecclesiis Kiovien. et Halicien. de persona tua de simili consilio Apostolica auctoritate praedicta providimus, teque dictis Ecclesiis Kiovien. et Halicien. in Archiepiscopum et Pastorem praefectum esse et fore decernimus, curam, regimen et administrationem dictarum Ecclesiarum Kiovien. et Halicien. tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod dextera Domini tibi assistente propitia praedictae Ecclesiae Kiovien. et Halicien. per circumspectionis industriam et studium fructuosum regentur utiliter et prospere dirigentur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipient incrementa.

Quocirca Fraternitati Tuae per Apostolica scripta mandamus quatenus curam et administrationem praefatas sic exercere studeas solcite,

fideliter et prudenter, quod exinde sperati fructus adveniant et tuae bonae famae odor ex tuis laudabilibus actibus latius diffundatur, ipseque Ecclesiae Kiovien. et Halicien. Gubernatori provido et fructuoso Administratori gaudeant se commissas, tuque praeter aeternae retributionis premium nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberioris consequi merearis.

Nec non Venerabilibus fratribus nostris universis Suffrageneis etc. observari.

Rogamus quoque et hortamur attente eumdem Fridericum Augustum, Regem, quatenus et te praedictas Ecclesias etc..... actio gratiarum.

Praeterea ut statum tuum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam etc. ut Coadiutoris officio hiusmodi durante una cum praedictis Ecclesiis Kiovien. et Halicien. praedictas Ecclesias Leopolien. et Chelmen. Ritus praedicti, quibus ad praesens dno dignosceris, ut prius, ad nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum retinere ac illarum regimen et administrationem tam in spiritualibus quam temporalibus exercere illarumque fructus, redditus et proventus percipere, exigere et levare ac in tuos usus et utilitatem etiam ut prius convertere libere et licite possis et respective valeas.

Non obstantibus quibusvis etc..... attentari.

Volumus autem quod Leopolien. et Chelmen. Ecclesiae praedictae in spiritualibus non defraudentur et in temporalibus detrimentum non substineant, sed earum congrue supportentur onera consueta.

Volumus etiam quod Tu antequam officium Coadiutoris hiusmodi exercere incipias seu successioni hiusmodi loco facto regimini et administrationi dictarum Ecclesiarum Kiovien. et Halicien. te in aliquo immisceas, in manibus alicuius catholici Antistitis gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentis et in illis partibus commorantis fidelitatis debitae solitum iuramentum, iuxta formam praesentibus adnotatam, prestare etc. recipere curet. Volumus quoque quod tu etiam Coadiutoris officio hiusmodi durante ab alienatione qualibet bonorum etc. reddere tenearis. Volumus praeterea quod successioni hiusmodi loco facto, tu Domus Archiepiscopalnis reparationi pro viribus incumbas, conscientiam tuam super his onerando.

Forma autem iuramenti quod prestabis haec est: Ego Leo Ludovicus Szeptycki, Episcopus Leopolien. et Chelmen. Ritus Graeci Rutheni, Coadiutor datus per Sedem Apostolicam Reverendo in Christo Patri Feliciano Wolotkowicz (f. 150v), Archiepiscopo Kiovien. et Halicien. et futurus illarum Archiepiscopus, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae etc.... incurrere volo. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis
Dominice Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, tertio decimo
Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno quinto.

XI.

Roma, 20. XII. 1762.

Negotium provisionis Metropoliae Kiovensis in Consistorio.

ASV, ARCH. CONGR. CONSIST.: *Acta Camerarii*, v. 35, fol. 383rv.; *Acta Miscell.*,
v. 86, fol. 616rv.

AN. MDCCLXII. COADIUTORIA KIOVIEN. ET HALICIEN. UNITORUM.

Romae. In Palatio Apostolico Quirinali, feria II-a, die XX decembris
1762, fuit Consistorium secretum, in quo SS.mus Dominus Noster...

Sanctitate Sua referente, attentis in praesente aetate infirmaque
valetudine R.P. Feliciani Wolodkowicz, Archiepiscopi Eccl. Kiovien. et
Halicien. ritus Graeci, S.R.E. uniti, invicem perpetuo canonice unitarum,
ob quas ad pontificalia exercenda, aliaque Pastoralia munia obeunda, ut
par est, impar redditus est, de eiusdem, ac Ser.mi Regis Poloniae consensu,
deputavit eidem Feliciano Archiepiscopo Coadiutorem cum futura succes-
sione in regimine et administratione earundem Ecclesiarum Kiovien.
et Halicien. invicem unitarum, R.P. Leonem Ludovicum Szeptycki Epi-
scopum Ecclesiarum Leopolien. et Chelmen. unitarum, praefati ritus
fidemque professum omniaque habentem, cum retentione pro eodem
Leone Ludovico, Episcopo Coadiutore, Ecclesiarum Leopolien. et Chel-
men., ad Sanctitatis Suae et Sedis Apostolicae beneplacitum, nec non cum
decreto, quod facto successioni loco, Domus Archiepiscopalnis reparacioni
pro viribus incumbat, eius conscientiam desuper onerando. Absolvens etc.
Coadiutoria Kiovien. et Galicien. Unitor.

Non tax. fructus m. 60 circit. floren. ill. monetae.

XII.

Roma, 9. V. 1778.

*Congratulatur Pius VI cum novo Metropolita Kiovensi, eique Monachos
Basilianos commendat.*

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 177, fol. 44v-45v.

WEŁYKYJ A., *Documenta Pontificum*, vol. II, pag. 257, nr. 830.

Venerabili fratri Ludovico Leoni,
Archiepiscopo Metropolitano totius Russiae.

PIUS PP. VI. Venerabilis frater, salutem etc.

Etsi molestissimus nobis fuerit Venerabilis fratris Feliciani Archiepiscopi Metropolitani totius Russiae mortis nuncius, cuius pastoralem sollicitudinem, et de animarum salute studium plurimi semper fecimus, ex ipso tamen officio tuo, quod nobiscum diligenter peregisti per litteras die XXVIII Februarii datas non mediocrem nostri hius doloris levationem cepimus, cum praeseferri a te impigrum ad explendum omne episcopale munus animum videmeremus. Id quidem etsi nobis a te, prout significas, omnimo polliceamur, Venerabilis frater, summa tamen paternae caritatis contentione te hortari nequaquam praetermittere possumus, nimirum ut praeclaris tui Praedecessoris vestigiis insistens nihil unquam in vita potius habeas, quam ut incolumem serves commissum tuae fidei Dominicum gregem, eiusque propulsandis damnis, ac periculis omnibus nunquam excubare ac laborare desistas; teque ipsum pro caeterorum salute, si ita necesse fuerit, opponere non detrectes. Deum Optimum Maximum obsecramus, ut illius tibi auxilia suppetant, teque eo consilii ac fortitudinis spiritu pollere semper faciat, quem istius Ecclesiae res et tempora a te potissimum requirunt. Illud etiam tibi praecipuae curae esse cupimus, ut Monachos ruthenos omnes, qui in tua Dioecesi sunt, tuo patrocinio tueris ac foveas, eisque nunquam deesse tuae benevolentiae, prout opportunitas tulerit, fructus sinas. Proinde ut quod tua sponte in eos feceris, impensis etiam nostrae hius commendationis gratia praestes, a te etiam atque etiam, Venerabilis frater, flagitamus; ac ut in novo, quod agrederis, munere amplissima extare possint merita tua, Apostolicam benedictionem, divinorum munierum auspicem, nostrique paterni amoris ac studii testem tibi, Venerabilis frater, tuaeque sollicitudini concreditis populis peramanter impertimur.

Datum Romae, apud S. Petrum, etc., die 9 Maii 1778, Pontificatus Nostri Anno quarto.

XIII.

Vienna, 27. VI. 1778.

Imperatrix Austriae Maria Theresia concedit suum regium placet ad successionem Leonis Szeptyckyj in Metropolia Kiovensi.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 550-551.

Von Wien. Böhmisch-österreichischen Hofkanzelei.

Dem ehrw. Leo Szeptycki, Erzbischofen zu Kijow, Bischofen zu Lemberg und Metropoliten graeci ritus uniti von ganz Reussen, unserem lieben, andächtigen und getreuen.

Maria Theresia von Gottes Gnaden römische Kaiserin Witlib, Königin zu Hungarn und Böhmen, Erzherzogin zu Oesterreich.

Ehrwürdiger, lieber, andächtiger und getreuer.

Da wier sowohl von unserem königl. galiz. Landesgubernio, als aus dem Schreiben deiner Andacht vor einiger Zeit in Erfahrung gebracht haben, dass der vormalige Metropolit von ganz Reussen, Erzbischof zu Kijow und Bischof zu Wladimir Namens Felicianus Philippus Wolodkowicz mit Tod abgegangen und folglich deine Andacht als bisheriger Coadiutor desselben nunmehr zu dieser Würde gelangt seye, so haben Wir hiemit über diese Beförderung deiner Andacht unsere alten Nächste Zufriedenheit bezeugen, und unseren fernersten Allerhöchsten Schutz mit so grösseren Vergnügen zusichern wollen, als Wier in deine bekannte Frömmigkeit und Klugheit und in den bishern von deiner Andacht bezeugten Eifer in Vollziehung unserer Befehle das gegründete Zutrauen setzen können, mittelst dieser deiner Eigenschaften auch alles dasjenige desto geschwinder und vollkommener zu Stande zu bringen, was zur Verbesserung der Kirchenzucht und zum geistlichen und zeitlichen Wohle unserer gr. kath. Unterthanen einzuleiten Uns nothwendig scheinen wird. Hieran beziehet unser gnädigster Will und Meinung. Und Wir verbleiben mit kaiserlicher königl. und Erzherzoglichen Gnaden seiner Andacht wohlgewogen.

Gegeben in unserer Stadt Wien, den 27 Monats Tag Junius in siebzehn Hundert acht und siebenzigsten, Unserer Reiche im acht und dreissigsten Jahre. Maria Theresia, m.p. J. Gr. v. Blümigen von Reischach. Leopold Kaspar Graf von Clary und Aldriegen.

Ad mandatum S.C.R. Majestatis proprium. — Anton Edler von Curti, m.p.

XIV.

Leopoli, an. 1779.

Curriculum vitae Metropolitae Kiovensis Leonis Szeptyckyj, descriptum a Joanne Werchratskyj, Notario Metropoliae.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 572-576.

PETRUŠEVYČ A., *Svodnaja halycko-russkaja letopysj, ann. 1772-1800*, vol. II, Leopoli 1889.

Ut Eppo Rutheno Leopoliensi et Metropolitae totius Russiae Leoni Szeptycki aeviternum ponamus monumentum ob ejus summa merita erga nationem et Ecclesiam Ruthenam, communicamus sequentem ejus vitae chronologiam:

Chronologia Ludovici Leonis Szeptycki Metropolitae totius Russiae, Archiepiscopi Kiovensis, Episcopi Leopoliensis, Haliciensis et Camene-

censis, Abbatis Kijovopieczarensis et commendatarii Mielecensis, ordinum Aquilae Albae, et s. Stanislai Equitis, per me infrascriptum curiae ejus Notarium Judiciorum Spiritualium et simul sacretarium a die 18 Aprilis 1752 usque ad obitum ejus ex originalibus Privilegiis et documentis in archivio Episcopali, cuius custodiam habui, asservatis conscripta, immediate post mortem.

1. Ludovicus in saeculo a Philippo Szeptycki et Elisabetha de Chrownskie parentibus natus in villa Szeptyce, Szeptyciani Nominis nido, Palatinatu Russiae, terra Premisiensi, baptisatus in Ecclesia parochiali villae Woszczance die 23 Augusti 1714.

2. Sacris ordinibus initiatus ab Athanasio Szeptycki Metropolita totius Russiae Episcopo Leopoliensi in Ecclesia abbatiali S. B. M. Monasterii Uniow die 7 Novembris 1742, qui tunc aetatis suae annum 28 agebat, prout in metrica ordinatorum Dioecesis Leopoliensis habetur adnotatum.

3. Ad nominationem Serenissimi Augusti III Regis Poloniae die 9 Martii 1747, post obitum Athanasii Szeptycki secutam, consecratus in Episcopum Leopoliensem, Haliciensem et Camencensem ab Illustrissimo et Reverendissimo Theofilo Godebski Episcopo Vladimiriensi ad hoc ab Illustrissimo et Reverendissimo Floriano Hrebnicki Metropolita T. R. Delegato cum conconsecatoribus Illustrissimis et Reverendissimis Theodosio Rudnicki Luceoriensi ritus graeci et Adamo Oranski Belinensi R. L. Episcopo Suffraganeo Camenecensi, die 14 Mai juxta vetus Kalendarium Festo tunc Pentecostes 1749, in sua abbatiali Ecclesia Mielecensi,

4. Eodem anno 1749 Festo SS. Petri et Pauli Apostolorum die scilicet 29 Junii solenniter ingressus est in actualem possessionem Episcopatus Leopoliensis, et quidem de Ecclesia PP. Bernardinorum ex Suburbio Leopoliensi non ad Cathedralem Tit. S. Georgii M. sed ad Civitatensem Parochialem Tit. Dormitionis B. M. V. Leopoliensem, quia Cathedra per Athanasium antecedaneum diruta tunc primo ex fundementis de novo elevabatur, huic ingressui assistebant Samuel Glowinski Hebronensis, suffraganeus Leopolien, et Raimundus Jezierski Baccoviensis Episcopi latini ritus ac Clerus saecularis diocesanus sacro apparatu vestitus, Religiosi autem S. B. M. quia non admissi, et strenue tunc praetendentes praecedere Saecularem clerum contendebant, extra ordinem in suis mandiis incedebant.

5. De consensu seu Regia Nominatione Serenissimi Augusti III die 9 Novembris 1762 in coadjutorem cum futura successione in Metropolia Illustrissimi et Reverendissimi Feliciani Wolodkowicz Metropolitae a Clemente XIII Pontifice eodem anno decimo tertio Kalendas Januarii confirmatus.

6. Professionem Fidei, et Juramentum obedientiae S. Sedi praescriptae in Bulla Confirmationis usque an. 1764 die 22 Julii in manibus Illustrissimi et Reverendissimi Venceslai Sierakowski Archiepiscopi L. R. Leopolien. flexis genibus ad altare majus Cathedrae Suae Leopolien. Tit. S. Georgii M. emisit in praesentia plurium Testium, quod tam sero post Confirmationem suam usque secundo anno, causa fuit quidam defectus et omissiones in Bulla confirmationis factae, praecipue quod ratione Episcopatus Leopoliensis et abbatiae Mielecensis nulla facta mentio de retentione cum Metropoliae dignitate, qui defectus modo primum 6 Mai 1764 per speciale rescriptum sanati, et retentio Episcopatus atque Abbatiae Mielecen. non solum cum Coadjutoria, sed etiam loco facto successioni in Metropolia declarata fuit.

7. Equitibus Ordinis s. Stanislai Episcopi et M. 1767 die 8 Mai, a Serenissimo Stanislao Augusto rege Poloniae propriis manibus distinctorum hujus ordinis in Ecclesia s. Crucis Varsaviensi imponente et gratiose eum alloquente, adnumeratus est.

8. Metropoliae Kijoviensis in Spiritualibus et temporalibus a s. Sede Apostolica deputatus Administrator die 28 Aug. 1768, ob absentiam tunc Illustrissimi et Reverendissimi Wolodkowicz Metropolitae non solum a dioecesi sua, sed et a Regno et discessum extra limites in exteris oras nempe Regionem Borussorum oppidum Sereja ibidemque moram illius, hoc officium Administratoris Aplici per unum annum et menses quatuor exercuit, Geodeonem Horbacki in Episcopum Pinsensem consecravit, et Theodosium Kniaz Szuyski, monachum Basilianum, in Abbatem Dorohobuscensem benedixit, et instituit aliaque omnia, quae offici Metropolitani, peragebat donec dictus Felicianus Metropolita ab exteris rediit, et in jure Metropoliae per s. Sedem redintegratus fuit.

9. Die 9 Novembris 1772 per concordiam cum eodem Illustrissimo et Reverendissimo Feliciano Wolodkowicz sub authoritate Nuntii Apostolici Regni Poloniae Garampi Archiepiscopi Beritensis initam, et per s. Sedem die 8 Januarii 1773 approbatam constitutus denuo Administrator in Spiritualibus jam perpetuus et irrevocabilis.

10. Tandem per sancitum statuum Reipublicae sub tempus Comitorum generalium Varsaviae 1775 celebratorum etiam bonorum mensae Metropolitanae tam in Regno, quam M. D. Lithuaniae administrationem commissam sibi obtinuit. Et etsi Illustrissimus Metropolita Wolodkowicz pro revocatione hujus sanciti in subsequentibus comitiis Varsoviae 1776 celebratis institerat pro lege tamen irrevocabili in generali omnium sancitorum manutentione tunc declaratum.

11. Anno 1775 die 7 septembbris ab eodem Serenissimo Stanislao Augusto Rege ordine Aquilae Albae insignitus statim eadem die anniversaria electionis Regiae in Collegiata Varsaviensi S. Joannis hoc ordine exornatus se praesentavit.

12. In Metropoliam Kijoviensem post Coadjuti sui Feliciani 1778, die prima Februarii juxta vetus id est Julianum hora octava post meridiem decessum, successit.

13. Et denique 1779 ex 23 in 24 Gregoriani jam vero Juliani Calendarii 13 die Mai, hora mediatertia ante ortum Solis, ipsa media nocte repentina febri tandem paroxismo apoplectico affectus circa plenum usum sensuum a Rdo Simone Zultowski, Teologo curiae sua, quem semper praesentem ad latus suum habuit, ad aeternitatem dispositus, eundem Presbyterum praesentem et lacrymantem his redarguit verbis: Ecce vetula! forte tu non morieris? plenus Virtutum et Meritorum de Ecclesia, Rege et Republica, pro juribus autoritatis Metropolitanae, et bonorum Mensae tam Metropolitanae, quam Episcopatus Leopoliensis defensione pluribus ab injustis Detentoribus revindicatis, zelantissimus, ac indefessus, Clero suo addictissimus Pastor, ad cuius expositionem et elevationem maximam impendit operam, apud Augustissimas Caesareas et Serenissimam Regiam Poloniae Majestates plurimum consideratus, in Radomysl oppido, Residencia sua Metropolitana Kijoviensis dioecesis, ad quam pro celebranda Dioecesana Synodo venit, cum summo omnium dolore utlimum egit diem. Multa hoc loco et tempore pro s. unione et clero suo utilissima, quae in propositis habuit, peragenda, repentina mors praeoccupavit. Exuviae ejus in Ecclesia Parochiali Ssmae Trinitatis Radomysliensi, novo ante majus altare extracto sepulchro, ad ulteriorem futuri Metropolitae, et Successorum Sanguinis dispositionem funeris, circa missarum Sacrificia, plus duo millia a congregato tunc pro Synodo Clero in suffragium animae illius celebrata, depositae sunt. A consecratione sua in Episcopum ad mortem computando triginta annos fere mathematice complevit, aetatis Suae annorum 65, in plena Sede Metropolitana sedit anno uno, et mensibus tribus non completis.

Ita est, attestor de propria notitia.
Daniel Werchratski m. p.

XV.

Varsavia, 2. VI. 1779.

De obitu Metr. Leonis Šeptyckyj; de Administatore Metropoliae deputando.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 13, fol. 443-445v.

All'Em.mo e R.mo Signor Card. Castelli, Prefetto della S. Congregazione di Propaganda.

Em.mo e R.mo Signor, Signor Padrone Colendissimo.

Sabato sera, 29 dello scaduto Maggio, mi fu recata l'inausta notizia, che Mons. Leone Szeptycki, Metropolitano di Russia e Vescovo di Leopoli e di Kamietz, era morto d'apoplesia il giorno 24, nella terra di Radomislia, diocesi della Metropolia in Ucraina. Non erano se non tre giorni, dacchè trovavasi in detto luogo per affari spirituali e temporali della sua Chiesa e Mensa metropolitana. Essendo egli mancato senza Coadiutore, mi sono subito corse al pensiero le molteplicità delle provvidenze, che in buon ordine richiedeva in simil caso, e le difficoltà di mandarle ad effetto, attese le circostanze e i cambiamenti sopravvenuti in questo Regno dal tempo dell'ultimo Metropolitano, Mons. Atanasio Szeptycki, morto senza coadiutore, sotto la Nunziatura della felice memoria dell'Em.mo Archinto, l'anno 1746. Perciò cadendomi l'opportunità di avere udienza da Sua Maestà la seguente mattina di Domenica al solito appartamento di corte, prontamente potei rappresentare alla Maestà Sua tutto quanto io dovea per obbligo del mio ministero, cioè che passato a miglior vita di 10 dicembre 1746 il sopraventato (f. 443v) Mons. Atanasio Szeptycki, ed intimato in Marzo 1747 da Mons. Archinto, Nunzio Apostolico, tutti i Vescovi Greci uniti d'adunarsi, a fine di eleggere uno tra loro da proporsi secondo l'antica consuetudine, e raccomandarsi al re Augusto III per successore del defonto, quantunque i regii ministri si risentissero di questo passo, quasi come lesivo dell'autorità sovrana, cui dicevano appartenere la liberissima nominazione alla Metropolia, non meno che a tutti gl'altri Vescovadi del Regno, dell'uno e dell'altro rito; ciò non pertanto Mons. Nunzio, senza impugnar mai questo regio diritto, sostenne, che non era incompatibile col medesimo la sudetta elezione, proposizione e raccomandazione de' Vescovi Ruteni, e ne provò il possesso non solamente cogli ultimi stati, ma ancora con una serie dopo l'Unione colla Chiesa Romana, a tenore de' documenti cavati dall'archivio della S. Congregazione di Propaganda. Scaduto nel calore della disputa il termine fissato pel Congresso de' Vescovi, fu questo tenuto in Nowogrodek, città della Lituania, li 19 giugno (nuovo stile) 1747, sotto la presidenza di Mons. Floriano Hrebnicki, Arcivescovo di Polosko, e sebbene la vigilia del congresso fosse presentato ai Vescovi per parte dei regii ministri l'ordine in iscritto d'astenersi dall'elezione, ciò non ostante non lasciarono di procedervi concordemente, restando eletto alla pluralità de' voti Mons. Arcivescovo di Polosko sudetto.

Rappresentai a Sua Maestà, che benchè allora la corte ricusasse per più mesi di ricevere le lettere scritte a nome di tutti i Vescovi, e di deferire

alla proposizione e raccomandazione che facevano al Re Augusto dell'eletto, nulladimento dopo lungo trattato persuasi i regii ministri, che questa elezione (o con qualunque altro nome chiamar si voglia) nulla pregiudicava alla libertà, in cui rimaneva Sua Maestà di nominare o non nominare l'eletto dei Vescovi, fu finalmente fermato, che la Santità di Nostro Signore Benedetto XIV, allora regnante, avrebbe benignamente data di ciò una dichiarazione autentica, come seguì per mezzo di suo pontificio Breve. Finalmente rappresentai su tal proposito, che questa disputa terminò con tanta reciproca sodisfazione delle parti, che cerziorato il detto Re Augusto III come Mons. Arcivescovo di Polosko (f. 444) eletto e raccomandato dai Vescovi era in realtà il più idoneo, gli accordò graziosamente la sua regia nomina.

Il Breve Benedettino è in data dei 4 aprile 1748, e la dispositiva sostanziale resta concepita ne' seguenti termini: *Declaramus huiusmodi electionem Metropolitani ab ipsis Ruthenis antistitibus fieri solitam, esse puram since-ramque propositionem eidem Poloniae Regi pro tempore existenti faciendam de eo, quem iidem Antistites eligentes dignorem reputant, nec propterea laudatum quidem Regem ita obstringi, ut supplices pro illo uno Regiae Maie-stitati proposito dumtaxat praeces deferat ad Romanum Pontificem, pro tem- pore pariter existentem; sed liberum esse eidem Regi, ut pro alio, quem ipse Rex dignorem iudicaverit, supplicationes Romano Pontifici, ut praemitti- tur, porrigere possit et valeat etc.* Passai da questo articolo a rendere intesa Sua Maestà, come dal Sinodo Zamosciano, approvato dalla Santa Sede, fu chiaramente stabilito, che vacando la sede metropolitana, sino a che dal Romano Pontefice venisse costituito un Amministratore, l'Arcivescovo di Polosko vicinore debba prendere il governo spirituale e temporale della vacante Chiesa. Siccome poi colla morte di Mons. Szeptycki sono parimenti divenute vacanti le chiese Rutene di Leopoli e di Kaminięt, ed inoltre amministrava egli il Vescovato di Vladimiria, a cui tempo fa fu nominato Mons. Młodowski, non peranche ritornato di Roma in Po- lonia, ne consacrato, lasciai di far menzione alcuna della diocesi di Leo- poli, passata tutta sotto il dominio Austriaco, e soltanto avvertii, che ai due prelati rispettivamente viciniori del vescovato Vladimiriense e Kamieniecense competeva l'amministrazione dei medesimi, ponendo fine alla mia rappresentanza con supplicare Sua Maestà a volere dal canto suo contribuire, acciocchè tutto andasse con ordine e secondo le ecclesias- tiche sanzioni, ed acciocchè nel nominare che la medesima avrebbe fatto un successore alla metropolia, quella scelta facesse che si conveniva alla sua prudenza e pietà, ed ai gravissimi bisogni non solo della diocesi metro- politana, ma ancora di tutta la Chiesa Rutena Cattolica.

Riuscirono affatto nuove alla Maestà Sua tutte (f. 444v) le soprariferite

avvertenze, e mi rispose, che avuta la notizia della morte del Metropolitano, ed avendo inteso, che spettava al Nunzio Apostolico il destinare un Amministratore, erasi avvisato quella mattina di farmi premura, affinchè io lo destinassi con ogni sollecitudine, volendo dare con ciò al ministro pontificio un nuovo contrassegno della compiacenza che aveva nel passar seco d'intelligenza e concerto. Parvemi aperto con queste parole stabilmente il campo di manifestare a Sua Maestà i miei sentimenti, onde in primo luogo le dissi, che io non poteva dispensarmi dallo scrivere all'Arcivescovo di Polosko per eccitarlo a venire in Polonia, ad effetto di assumere la cura spirituale e temporale della diocesi metropolitana, sino a nuova disposizione di Nostro Signore, secondo prescrive il Sinodo di Zamoscia; e quindi pregai la stessa Maestà Sua, che non le dispiacesse la venuta e l'amministrazione del Polocense pel motivo di riguardarlo come Prelato straniero dimorante dopo il partaggio fuori del Regno e suddito della Moscovia, tanto più, che ancor gli rimaneva qualche luogo della sua diocesi nelli stati della Repubblica. Ma perchè poi io prevedeva, che sebbene da questa Corte si fosse come sperare acconsentito a quanto di sopra, forse potrebbe nascere qualche impedimento dalla parte della Corte di Pietroburgo, o almeno Mons. Arcivescovo non avrebbe potuto venire sì presto in Polonia, e senza prima attenderne la permissione della czarina sua sovrana; perciò non potendo neppur per brevissimo tempo lasciar la Metropolia in abbandono, avea io determinato di destinare qualche altro Vescovo per interino Amministratore, sino a che si avesse risposta dall'Arcivescovo di Polosko, over giungesse la destinazione pontificia. Approvò il Re questa seconda parte, e quanto all'Arcivescovo di Polosko, si riserbò di conferir meco più a lungo in quel medesimo giorno, giacchè per fortuna era io stato invitato a desinar seco. Mi aviddi però, che attesa la stima, che fa il Re della persona di Mons. Smogorzewski, Arcivescovo di Polosko, e l'attaccamento che questo soggetto ha sempre mostrato per Sua Maestà e sua real famiglia, era stata favorevolmente accolta la mia proposizione. Sicchè preparate senza perder tempo in conformità del sopra esposto, (f. 445) due mie lettere, o come qui si chiamano istruimenti della Nunziatura, una pel Polocense, l'altra pel Vescovo Ruteno di Pinsko, il quale è il più vicino Prelato dopo quel di Polosko alla diocesi metropolitana, seguì il dopo pranzo la nuova conferenza, e restò Sua Maestà persuava delle mie ragioni di modo, che lunedì mattina spedii subito le indicate due mie lettere al loro rispettivo destino.

Rimane ora, che la Santità di Nostro Signore, avuta da me la notizia della morte di Mons. Metropolitano, destini con suo pontificio Breve per Amministratore da Vescovi Ruteni quello che giudicherà il più proprio a tale incombenza. Per consimile destinazione potrà vedersi il Breve spe-

dito dalla santa memoria di Benedetto XIV, in detto anno 1747, a Mons. Hrebnicki, allora Arcivescovo di Polosko, con cui quel Pontefice si degnò confermarlo nella amministrazione da lui interinamente assunta, secondo il prescritto dal Sinodo di Zamoscia. Mi sia qui permesso di umilmente rappresentare a Vostra Eminenza, come attese le circostanze presenti mi parrebbe molto opportuno, che Sua Santità si degnasse di delegare alla mia persona la facoltà per destinare l'Apostolico Amministratore. Imperocchè non sapendosi al presente, qual esito sia per avere la sopraccitata lettera, da me scritta all'Arcivescovo di Polosko, se in vigore di quella fosse sollecito il Prelato a venire in Polonia, come ardentemente desidero, mi sembrarebbe assai conveniente, che eziandio l'apostolica delegazione cadesse nella di lui persona; se poi non potesse aver luogo la di lui venuta, crederei bene di sostituigli il Vescovo di Pinsko. La medesima dubiezza, in cui sono riguardo alla determinazione, che potrà prendere Mons. di Polosko fa sì, che io sopraseda, per la ragione poco avanti detta, nel destinare il Vescovo, il qual abbia a provedere alla radunanza dei Prelati Ruteni, diretta a sciegliere il soggetto da proporsi o raccomandarsi per la regia nomina, e subito che avrò ricevuto risposta dal detto Prelato, non lascierò certamente di venire, secondo che fece Mons. Nunzio Archinto, ad una tal destinazione, la (f. 445v) quale deve farsi prima di fissare il giorno del Congresso.

I motivi poi, che mi anno determinato, non ostante i cangiamenti sopravvenuti in questo Regno, a procurar, che in tutto sieguansi le ordinazioni del Sinodo di Zamoscia ed il praticato da Nons. Archinto, sono stati i seguenti: *primo*, perchè essendo Mons. Arcivescovo di Polosko sicuramente il più degno ed il più rispettabil prelato della Gerarchia Rutena, penso, che assai vantaggiosa sia per essere la sua venuta in Polonia, per il bene di tutte le Chiese greche unite di questo Regno: *secondo*, perchè con questa occasione potrebbe aprir più facilmente la strada a terminar l'affare dell'Arcivescovo vacante di Smolensko, ed a conseguire lo stabilimento di un altro Vescovo Ruteno unito nelli stati Moscovitici; *terzo*, perchè in tal modo si ottiene, che la Chiesa Arcivescovile di Polosko continui a riconoscere ed a far capo come in addietro colle altre suffraganee della Metropolia di Russia, e non resti come separata e divisa dalla medesima. Mi convien peraltro avvertire, che qualora l'Arcivescovo di Polosko secondi i miei desideri, dovrà usarsi grandissima cautela, affinchè tanto l'apostolica delegazione in Amministratore, quanto la deputazion mia in presidente del congresso, apparisca nei termini più espressivi la libertà, che compete alla Sede Apostolica ed al suo Ministro sulla rispettiva scelta dell'uno e dell'altro; onde col tempo non mai avvenga, che i futuri Arcivescovi di Polosko, i quali per essere passati sotto il giogo scismatico,

potrebbero forse non aver quel merito, che ha Mons. Smogorzewski, nè quei sentimenti, nè quel coraggio, non abbiano mai a pretendere per consuetudine i medesimi riguardi. Faccia il Cielo, che come nella presente emergenza anno le cose incominciato ad incamminarsi, così ancora prosegano sino al fine, soprattutto colla nominazione del soggetto più degno alla sede metropolitana. In fine al patrocinio di Vostra Eminenza mi raccomando, e con profondissimo ossequio passo a rassegnarmi

Varsavia, 2 giugno 1779.

Di Vostra Eminenza umilissimo, devotissimo et obbligatissimo servo vero

G. A. Arcivescovo di Calcedone.

(f. 446v) Risp. 3 luglio 1779.

XVI.

Leopoli, 2. VI. 1779.

De obitu metr. Leonis Šeptyckyj; de administratione dioecesis Leopoliensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 13, fol. 447rv, 449.

Lettera del P. Ignazio Rossetti, Prefetto del Collegio pontificio di Leopoli, in data dei 2 giugno 1779.

Abbiamo fatto la grave perdita del degnissimo Mons. Metropolitano Rutteno. Egli è morto improvvisamente lunedì della scaduta settimana, cioè li 24 dello scaduto, in Radomislia in Ucraina, residenza metropolitana. I frequenti deliqui da lui sofferti mi facevano temere questo colpo fatale, che però avevo a lui consigliato di far consulta di medici e finir qua una buona cura radicale, prima di esporsi ad un sì longo e penoso viaggio. La premura di trovarsi in Ucraina per il termine di far in persona il richiesto giuramento sulla realtà de' confini a lui decretati dal tribunale, la ferma persuasiva di portarsi meglio in viaggio, lo hanno indotto à partire contro il parere di tutti i suoi buoni amici, che ne lo dissuadevano. In verità egli in viaggio è stato sempre di buon umore e di buon appetito, da mangiare bene la cena contro il suo costume. Il giorno antecedente alla sua morte lo aveva passato tutto allegro in gioconda compagnia, ma doppo la mezza notte risvegliatosi egli dal sogno, di essersi nel ritorno suo a Leopoli rovesciato dalla carozza con essersi fatto male in un braccio, fu preso da un piccol tremore, e pochi momenti doppo spirò soffocato, senza poter proferir una parola, prima che il chirurgo fosse a tempo di fargli una cavata di sangue.

Ha egli preso seco il Zoltowski, il Piasecki ed il notaro. Per buona

fortuna è restato qui il commissario suo il Bielanski, quale (f. 447v) tutto confuso e stordito del colpo, in compagnia dell'instigatore, ha avuto la confidenza di venirmi a consultare del modo di contenersi in queste circostanze. Il mio sentimento è stato, che in qualità di primo Capitolare raduni senza perder tempo quei pochi Capitulari, che qui si trovano, da quali sia esso deputato a prender l'amministrazione de' beni vescovili in virtù de' privilegi regi, e che senza dilazione alcuna vi si porti a quest'effetto con non abbandonarne l'amministrazione, sebbene dal governo vi fosse spedita persona da prenderne il possesso, come v'era tutta l'apparenza di creder, volendosi far valere la regalia. Un altro poi Prete fosse mandato a Mons. Vescovo di Premislia, per pregarlo a crear Vicario generale il Lipnicki, che in distanza di 14 leghe ha il suo beneficio, ed è Officiale. Il Sinodo di Zamoscia ordina, che in caso di morte di Mons. Metropolitano, quando questi abbia altro vescovato, sia il Vescovo più vicino quegli, che ne prenda l'amministrazione spirituale. Non credo il Capitolo esser per anco autorizzato a darsi il Vicario capitolare. È vero, che il medesimo Sinodo volle, che il medesimo Vescovo n'abbia ancora l'amministrazione temporale; ma il Sinodo è stato tenuto in tempo, che non v'erano i Capi-
toli, quali poi sono stati dai Vescovi ristabili. L'autorità del Sinodo non avrebbe forza presso il governo da lasciar al Vescovo libera l'amministrasione de' beni, come può valere quella di privilegi regi (f. 449) a favore de' Capitulari. Quando il Lipnicki sia incaricato del governo spirituale di questa diocesi, allora siccome questi è Ecclesiastico di molta prudenza, stato già intimo confidente del fu Officiale Lewinski, pieno di ottima volontà per il bene e decoro del clero, e che da secolare mio favorito ha conservato meco sempre ogni confidenza e fiducia, così potrò con tutta libertà entrar negli affari, che riguardano il bene della diocesi e il vantaggio del clero. V'aggiungo, che il governo ha fatto sigillare l'appartamento del defonto Mons. Metropolitano, che da lui era stato votato di tutto, avendo preso suo il possibile; giacchè da là aveva da portarsi in Lublino per motivo di processi, d'onde avrebbe fatto una scorsa a Varsavia, e poi forse anco costà. Al contrario il Signor Castellano, fratello del defonto, sebbene in cattivo stato di salute, è corso in tutta fretta a Radomislia per impossessarsi di tutti i mobili, preziosi e raccoglier le entrate dai beni metropolitani. Staremo a vedere, cosa farà su quest'articolo Varsavia.

In questo punto mi capita Lipnicki, cui ho aperto i miei sentimenti, quali come capo del Capitolo procurerà siano seguiti, non essendosi sinora questo tenuto. O, quanto il di lui arrivo a tempo mi ha colmato di gioia!

XVII.

Leopoli, 9. VI. 1779.

Capitulum cathedrale Leopoliense Nuntio Archetti, de obitu Metropolitae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 13, fol. 469-470v.

Exc.me, Ill.me ac R.me D.ne, Nuntie Apostolice, Protector nostri gratiosissime.

Non sine maximo animi dolore Excellentiae Vestrae Ill.mae ac R.mae D.no gratiosissimo significandum nobis venit, quod Exc.mus ac R.mus D.nus Leo Szeptycki, Metropolita totius Russiae, Leopoliensis, Galiciensis et Camenecensis Episcopus, altissimo Dei consilio ad diem 23 mensis elapsi Maii Radomisliae, civitate metropolitana, supremum diem obierit.

Orbati optimo patre, duce pastoreque vigilantissimo, ubi afflictis rebus nostris opem imploremus, nisi apud Ill.mam ac R.mam Excellentiam Vestram, utpote cuius benevolentia atque praesidio a multo iam hinc tempore sustinemur, cuique et status noster praesens bene exploratus, et remedia eum in meliorem convertendi in promptu sunt.

Pro filiali porro erga sanctam matrem nostram Ecclesiam fide atque obedientia significandum Excellentiae Vestrae duximus, R.do D.no Petro Bielanski, custodi cathedrali Leopoliensi, ab ecclesiae gubernio temporalium administrationem, vacante sede, fuisse commissam. Spiritualia quod attinet, convocato Capitulo, duos e nostro corpore administratores, nempe R.dos D.nos Andream Lipnicki, Praepositum, et altefatum Bielanski, Custodem, cathedrales Leopolienses, pro Leopoliensi et respective Haliciensi dioecesi constituendos censuimus, et constituimus.

Iam quod Camenecensem spectat dioecesim, R.dum D.num Michaelem Radewicz, Ecclesiarcham seu Custodem et Officialem pariter Camenecensem, a capitularibus eius cathedralae electum votis communibus administratorem probavimus, tanquam cum illis idem in solidum Capitulum, iuxta tenorem Actus Renovationis, constituentes.

(f. 469v) Licet porro ex una parte in fundamento iuris communis, tum particularis Regni Poloniae, praesertim spectato privilegio Vladislai III, Poloniae simulque Hungariae Regis, aliorumque Regum Poloniae, aequalia nobis cum Venerabili ritus latini iura decernentibus privilegiis, et nominatim spectato diplomate Sigismundi III, quoad casum vacantis sedis ritui graeco catholico benigne collato, nec non eiusdem Regis rescripto ad proto-presbyteros Polocensem, Vitepcensem, Mscislaviensem, Mohyloviensem et ceteros Kryloszanos (id est canonicos) superiores presbyteros ecclesiarum cathedralium de anno 1597 emanato; spectatis etiam constitutionibus regni Poloniae, praesertim anni 1631 to. 3, pag. 669,

tit. de bonis vladicatum et ecclesiarum capitulois graeco-catholicis administrationem vacante sede decernentibus; attento praeterea hoc: quod Capitulum Leopoliense et Haliciense, a prima sui constitutione tam a Serenissimis Regibus Poloniae, quam a Macario Metropolita Russiae pro iure sibi competenti iam confirmatum extiterit; ideoque in anno 1771 non de novo institutum, verum iniuria temporis collapsum, elevatum duntaxat fuerit; tum cessante nunc ratione ordinationis a Synodo provinciali Zamosciana, quoad administrationem sede vacante factae, ex quo Capitulum actu habetur. Ex altera tamen parte spectatis modernis circumstantiis, et propter vitandas quascunque confusiones, ad Excellentiam Vestram Ill.mam ac R.mam, quam in pupillari statu nostro nobis pro patre atque tute assumimus, humillime recurrimus, et filiali cum reverentia supplicamus, quatenus Excellentia Vestra Ill.ma, R.ma pro apostolicae potestatis plenitudine defectus, si qui forte in summa rerum perturbatione irrepere poterant, benigne sanando, praefatos R.dos D.nos a nobis administratores (f. 470) in spiritualibus constitutos, apostolica auctoritate confirmare, facultatesque Episcopis ritus graeci ad quinquennum a Sacra Congregatione Inquisitionis concedi solitas, comunicare non gravetur.

Supplicamus praeterea nostro, totiusque cleri dioecesani nomine, ut quoniam nos pro utilitate Ecclesiae, pro Sanctae Unionis incremento, ab annis primum 30 ad officia dioecesana restituti tanta fecimus, facimusque: 1º, pro cathedrae Leopoliensis Sancti Georgii extuctione per annos 28 ad 100 millia florenorum Rhenensium contribuendo; 2º, fundum 29 millium flor. Rhenen. pro Seminario tot saeculis apud nos desiderato conservando; 3º, pro fundo resuscitati capituli 100 millia flor. Rhenen. colligendo; 4º, aliqui e nostro corpore presbyteros saeculares coelibes in communitate alendo, et ad munia dioecesana adaptando, quin et recentem in Zarwanica 25 millia Rhen. flor. fundationem pro saeculari clero faciendo; quam Augustissimae etiam Maiestati adprobare benigne visum est; 5º, Episcopos pastores nostros, quod congrua non gaudeant, subsidii caritativi nomine sustentando; 6º, pro salute animarum, licet congruam non habentes laborando; aliaque, quae nostrae vocationis sunt, pro viribus adimplendo. Quatenus Excellentiae Vestrae benigne placeat nostra in Ecclesiam remque publicam merita et apud Sanctissimum D.num Nostrum pro obtainenda nostri Capituli confirmatione, et apud Augustissimam Maiestatem commendare dignetur, ut etiam in futura ad vacantem episcopatum promotione saecularis cleri in dioecesi et vinea Domini merita habentis, longa praxi, experientia, rerumque suarum cognitione probati, ast in summa depressione constituti ratio habeatur; praesertim spectata clementissima resolutione caesareo-regia ex occasione praetensae

a R.dis monachis (f. 470v) Basilianis cleri saecularis ab episcopali dignitate exclusionis die 22 ianuarii a.c. subsecuta hicque adiuncta; neve alienis partam messem laboribus alii colligant, clero saeculari spicas duntaxat relinquendo.

Accedit, quod si ex Ordine Basiliano, nobis utique infenso, aliquem promoveri contingeret, metuendum prudenter foret, rebus nostris praeclare inchoatis, et feliciter continuatis, utpote quae et stante hodieum notissimo processu promoveri, et eodem terminato sine partium studio iuxta fundatorum intentionem executioni mandari deberent. Secus cleris saecularis a promovendo publico bono arceretur.

Quare Excellentiam Vestram iterum iterumque ratione praemissorum humillime supplicando, manusque sacras exosculando, profundissima veneratione perseveramus.

Leopoli, die 9 iunii 1779 anno.

Excellentiae Vestrae Ill.mae et R.mae obsequiosissimi clientes:

Andreas Lipnicki, Praepositus cathedralis Leopoliensis.

Petrus Bielanski, Custos cathedralis Leopoliensis.

Nicolaus Rymbala, Scholasticus cathedralis Camenecensis.

Simeon Zoltowski, Cancellarius cathedralis Leopoliensis.

Gregorius Tychowicz, Archipresbyter cathedralis Haliciensis.

Ioannes Zukowski, Canonicus cathedralis Leopoliensis.

Stephanus Wodzinski, Canonicus cathedralis Haliciensis.

Timotheus Borowicki, Canonicus cathedralis Leopoliensis.

Ioannes Garbaczewski, Canonicus cathedralis Leopoliensis.

Ricevuta di 19 Giugno 1779.

XVIII.

Halicia, 21. VII. 1779.

Andreas Lipnyckyj Nuntio Archetti nuntiat de administratione dioecesis Haliciensis a se accepta.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 13, fol. 489rv.

Illme ac R.me D.ne, D.ne, Patrone Colendissime!

Maximo animi solatio accepi benignum instrumentum administrationis nostrae dioecesis, sede vacante, post decessum piae memoriae Exc.mi D.mi Leonis Szeptycki, Metropolitae totius Russiae et respective Episcopi nostri Leopoliensis, a sacra et excelsa Nunciatura Apostolica de die 23 iunii gratiose expeditum.

Singularem hanc sacrae et excelsae Nunciature Apostolicae non minus quam Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae gratiam dupli ex

capite recognosco, et quod dioecesi pastore orbatae de spirituali bono paterne consulere et quod me in Administratorem Haliciensem constituere ad vota Capituli nostri dignata fuerit.

Licet equidem tanto muneri pares adferre non possim vires, apostolicae tamen erga fidem Christi Domini gregem sollicitudini morem gerendo, onus mihi impositum tanquam filius obedientiae et Sanctae Sedi Apostolicae devotissimus libenti suscepi animo, in divina miseratione omnem spem collocando, quod post apostolicam benedictionem in exequendo utiliter hocce munere meae tenuitati robur sit adiectura.

Hoc ergo praesidio munitus, collatam mihi a sacra et excelsa Nunciatura de die 23 elapsi administratoriam quoad Haliciensem dioecesim iurisdictionem die 28 iunii, v. s., quae in diem 7 iulii (f. 489v) calendarii Romani incidit, ad cathedram Haliciensem, nullo contradicente, feliciter fundavi.

Qua super re pro munere et devotione mea Ill.mae ac R.mae Dominationi Vestrae praesentibus significandum esse duxi.

Interea protectionem sacrae ac excelsae Nunciaturae Apostolicae in his arduis circumstantiis pro me et universo clero saeculari enixe implorando, profundissima cum veneratione persevero.

Haliciae, die 21 iulii 1779 anno.

Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae obsequentissimus et humilimus servus

A. Lipnicki, dioecesis Haliciensis Administrator.

Resp. 3 Augusti 1779.

XIX.

Leopoli an. 1780.

Quaedam documenta spectantia Episcopum Leopoliensem defunctum et negotia eparchiae.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen bezueglich des griechisch-katholischen Ritus der Ruthenen in Galizien*, Leopoli 1861, pag. 399-400.

Excellenza Reverendissima.

Essendo avvezzato di godere sempre delle buone grazie di tutti li Praedecessori di V. E. R.ma di procurarle secondo il mio dovere e potere, non manco alla prima fama del vicino arrivo di V. E. de venirle avanti con questa mia ossequiosissima con raccommodare alle medesime buone sue grazie e me e la mia Dioecesi, anzi e tutta la Provincia di cui sono Metropolitano, come ne sono stato onorato dai suoi degnissimi Predeces-

sori. E se con questa occasione V. E. R.ma mi permette di pregar la della prima grazia, ardisco exporle il negozio di non poca importanza dell'erezione dei certi nuovi Capitoli Catedrali del Clero secolare che mgr. Szeptycki, Vescovo di Leopoli Rutheno, in pregiudizio de molti e del Clero del rito latino, *del suo stesso Ordine di S. Basilio Magno*, della nostra Repubblica ... e della stessa Sancta Sede, senza la participatione della quale un negozio di tanta novità non doveva mai cominciarci, ha stimato fare. Un tal negozio con tanti pregiudizii attestato, godo infinitamente, che sinora non ha ottenuto l'approvazione dal detto Mgr. Vescovo Szeptycki desiderata e domandata da Sancta Sede anzi ch'è stato differito all'Informazione di V. E. R.ma doppo che sarebbe arrivata a Varsovia etc. etc.

Quod vero PP. Basiliani post Revindicationem Galiciae contra restaurata Capitula etiam Ag.mae Majestati representaverint, patet ex altissima Resolutione dd.to 22 Januarii 1779, jam vero medio Gubernio Episcopo Leopoliensi 23 Februarii ejusdem anni his formalibus intimata. — Dignata est sua Sacra Caes. Regia Ap.lica Mt.tas in Causa intra Monachos Basilianos, et Leopoliensem Archi-Eppum ejusque Graeci Ritus Unitum Clerum in puncto praetensae Cleri saecularis a dignitate Episcopali exclusionis nec non impeditae formalium Capitulorum penes Episcopatum Leopoliensem, Haliciensem Erectionis, ac tandem privataram Praetensionum vertente, ad humillimam Gubernii Regii de die 16 Augusti 1777 informationem ac subinde ad obsequiosam isthic datam Propositionem, inquantum Causae haec duo jus Majestaticum concernentia, adeoque Judiciali decisione minime subjecta Puncta tangit, Clemen. resolvere.

Ad suae Sae Caes. Reg. et Ap.plicae Mt.tis supremam potestatem Regiam immediate atque *unice spectare*, *Ep. pos Ritus Graeci sive ex Clero, sive ex Ordine Basiliano constituere, iisque erectionem Capitulorum juxta proprium beneplacitum Regium admittere*. Porro quoad reliqua Jus privatorum concernentia Puncta, adeoque praetermissis duobus hisce jam decisis Punctis altefata Sua Mt.tas praecipit, ut judicium Delegatum causam deiudicet, Sententiam ferat, salvaque Revisione publicet.

§. II. De Capitulo Leopoliensi. Leo Szeptycki Metropolita totius Russiae, simulque Ep.pus Leopoliensis dei 10 Martii 1771 anno, Capitulum restauravit.

Omissis iis, quae idem ipse Prelatus sive Romae apud Beatissimum Patrem, sive Varsoviae apud serenissimum Regem pro applicitanda Confirmatione Capituli tum gesserit, sufficiat ejus Actorum post revindicatam Galiciam meminisse, prout sequitur.

Primo, anno 1776, die 7 8bris nomine praelaudati Metropolitae fuit submissa ad Majestatem Instantia, qua petebatur Capituli confirmatio.

In sequelam cuius exigebatur a Gubernio d.dto 17 Xbris praefati anni, ut Schema confirmandi Capituli, conformiter ad proposita quaesita indicaretur.

Praelaudatus Metropolita die 20 Januarii 1777, ad quaesita Gubernalia punctatim respondendo, in complementum praehabiti Fundi Capitularis promissit 40 millia flor. pol., ita ut summa Fundationis efficeret 400.000 flor. pol., id est 100.000 fl. rhen.

Mox dicti anni die 30, 9bris nomine toties Laudati Metropolitae S.mae Mt.ti fuerat supplicatum, ut summa fundationis Capituli 100.000 fl. rhen. aut in emptionem Bonorum Stabilium, aut in hypothecationem majoris securitatis causa converteretur.

Medio itaque Gubernii d.dto 3 Januarii 1778 emanavit clementissimum Provisorium, ut dicta Summa Jure hypothecae seu obligatorio impenderetur, simulque Capituli confirmationem nomine Majestatis certo certius promittebatur.

Laudatus Metropolita promissis suis satisfaciendo 40.000 fl. pol. favore Capituli super omnibus suis Bonis, et nominatim Villa Domazyr, actis coram publicis die 27 Februarii 1779 anno inscripsit.

Ipsò tamen die 24 Maii ejusdem anni extincto, nihil amplius confirmandi Capituli gratia actum est.

(*Notitiae hae extractae sunt ex supplici libello Joannis Gutz, porrecto anno 1783 Imperatori Austriae Josepho II in causa Capitulorum, constante 9 articulis, qui variis documentis in unum collectis constant; hic vero agitur de instantiis Archiepiscopi Leopoliensis ritus latini, quae ponuntur in articulo 6º dicti supplicis libelli, et rem nostram aliquomodo tangunt*).

**EPISTOLAE LEONIS LUDOVICI SZEPTYCKYJ
METROPOLITAE KIOVIENSIS**

(1778 - 1779)

EPISTOLAE LEONIS LUDOVICI SZEPTYCKYJ, BASILIANI
EPISCOPI LEOPOLIENSIS, COADIUTORIS ET METROPOLITAE
KIOVIENSIS

1778-1779

1.

Leopoli, 23. VII. 1749.

De archimandria Mielecensi a se pleno iure possessa.

APF, *Udienze*, 6 fol. 195-196 orig.

Ill.me ac R.me D.ne, D.ne et Patrone Colendissime.¹

Summam habeo displicantiam, quod in primordiis ex gratia Dei ter Optimi Maximi obtenti episcopatus mei Leopoliensis, non ea quae cor Sacrae Congregationis et Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae delectarent, sed querelas contra Patres Basilianos referre cogar. In primo enim ingressu ad sedem meam episcopalem Leopoliensem inauditam et plurimis senatoribus ac proceribus regni ad hunc actum congregatis summe scandalosam fecerunt mihi insolentiam, dum clero saeculari ad peragendam processionem sacro apparatu induito, in monastico habitu suo locum occupare volentes, tumultum excitarunt, et loco sibi debito ire recusarunt. Volendo sine mora motus hos componere, et in aliis negotiis, praesertim quod dicti Patres presbyteros saeculares verbis inhonestis persaepe afficiant,² sine metu incursus in canonem *Si quis*, etc. protrudant, manentes penes cathedras, delinquentes ad carceres, vel peragendas recollectiones

¹ Nuntio Apostolico Varsaviensi, Alberico Archinto (1746-1754).

² Criminaciones contra Basilianos saepe movenrantur, praesertim a Clero Leopoliensi et saeculo XVIII-vo; cfr. de his quae habentur in libris saec. XIX, editis ab auctoribus — Michaële Harasiewicz et Michaële Malinovskyj, sub tit. *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, et *Die Kirchen und Staatszertungen bezüglich des griechisch-catholischen Ritus der Ruthenen in Galizien*, Leopoli 1861; in causa erant quasi semper bona ecclesiastica nec non honores et officia eparchialia, ab utroque clero ambita et possessa; Leo Szeptyckyj praesertim sese in his instantiis distinguebat easque manifestabat, ob dissidia habita cum Ordine Basiliano, in quo et ipse professus est et ad Archimandriam Mielecensem et dein Eparchiam Leopoliensem promotus fuit.

spiritus suscipere recusant, in ecclesiis cathedralibus vel parochialibus volentes celebrare non admittant, habentes plura beneficia curata pro approbationibus ad officiales ex clero saeculari assumptos (pro summa ignominia id sibi reputantes) accedere renuant, et sine approbatione sacramenta populo administrent, matrimonii nulliter assistant, aliasque inconvenientias attentare non erubescant; volebam, inquam, de praemissis omnibus cum R.do Patre eorum Generali colloqui, et quae pacari poterant inter nos pacare, pacemque et mutuam amicitiam stabilire, binas in eum finem ad dictum R.dum Patrem Generalem³ scripsi literas, ad me illum invitando.

Sed memoratus R.dus P. Generalis loco accessus ad me pro componendis (f. 195v) variis discordiis et dissidiis, viginti circiter religiosis associatus et numero equitatu stipatus, adivit abbatiam meam Mielecensem, quam canonice obtinui et per tres circiter annos possedi,⁴ eam in se recepit, omnia quaecunque in monasterio et praediolis reperiebantur consumendo, et hostiliter ferme devastando. Et insuper misit ad me suum instrumentum authenticum prohibitivum, ne amplius pro Abbatie Mielecensi recognoscari, prout latius annexa eiusmodi instrumenti copia in se obloquitur.

Considerare dignetur Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra, an non iustum habeam dolorem, dum posco cum religiosis habere pacem et quietem, illi vero tanta me afficiunt iniuria. Non ignotum arbitror Ill.mae ac R.mae Dominationi Vestrae, quod quemadmodum ad Metropolitanum, non vero Patrem Generalem, spectat Abbates benedicere et ad Abbatias instituere, ita et destituere. Retinent alii episcopi, non tantum per unam, sed per duas et tres simul cum episcopatu Abbatias, et tamen ab illis eas Pater Generalis non recipit, a me vero eripit, ac si caeteris deterior essem, et non merear saltim hunc respectum, ut de ea re prius civiliter admonerer. Et quamvis pro certo noverim suprafatos alios episcopos sine ulla dispensatione apostolica, sola innixos antiquissima consuetudine in Russia practicata, dictas Abbatias retinere, ego tamen ad tollendam omnem dubietatem, pro impetranda memorata dispensatione debitos ad Urbem feci passus.

³ Superior Generalis seu Protoarchimandrita tunc temporis erat P. Hypatius Bilynskyj (1747-1751, et 1759-1771). Cfr. de hoc opus M.M. WOJNAR, OSBM, *De Protoarchimandrita Basiliatorum (1617-1804)*, Romae 1958, pag. 286-287, et de causis dissidiiorum cfr. librum: *De regimine Basiliatorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949.

⁴ Cfr. de promotione ad hanc Archimandriam in *Documenta biographica selecta praesentis voluminis (supra) I-VI*, ex annis 1745-1746.

Denique supposito, quod prorsus nullum mihi suffragetur ius ad dictam Abbatiam, tamen iuridice prius conveniri debebam ad declarandum me nullum tale ius habere, non illico sine ulla admonitione per solam Patris Generalis arrogantiam, cuius iurisdictioni minime subsum, praefata Abbatia privari, quod nihil aliud sonat, nisi provocationem ad lites et iurgia. Sed si Patres Basiliani, litigiis assueti, modo cum uno, modo cum alio episcopo contendent (f. 196) atque lites movebunt, profecto nil boni facere poterimus in dioecesibus nostris pro cleri reformatione, populi utilitate, Sacrae Sedis Apostolicae ac Sacrae Congregationis de Propaganda Fide consolatione. Nam si dediti erimus continuis litibus cum Patribus, distractos habebimus animos ad attendendum quilibet respective ovili suo et ad proprium munus adimplendum. Quapropter enixe rogo Ill.mam ac R.mam Dominationem Vestram, ut dictos R.dos Patres Basilianos monere velit, quatenus nos meliori prosequantur affectu, occasiones ad iurgia et dissensiones provocativas nobis non praebeant, et debito nobiscum tractent respectu. Quam gratiam ex stallo neo humillime dum imploro, reverentiali cultu maneo.

Die 23 iulii 1749, Leopoli.

Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae humillimus servus,
Leo Szeptycki, episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Kamenecensis,
Abbas M(ielecensis), m. pr.

Quali autem iure occupaverim istam abbatiam, annexa in scheda compertum erit et notum Ill.mae Dominationi Vestrae.⁵

2.

Leopoli, 7. I. 1750.

*Concedit cuidam clericō licentiam transeundi ad Ordinem Praedicatorum,
non obstante diversitate ritus.*

APF, *Udienze di Nostro Signore*, vol. 6 (1748-1750), fol. 251.

Leo de Szeptyce Szepticki, Dei et A.plicae Sedis gratia Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Archimandrita Mielecensis.

Dilecto Nobis in Christo Nobili Andreeae Sokolowski, Nostrae Leopoliensis Dioecesis Ritus Graeci Latino Uniti, salutem in Domino.

Exposita Nobis pro parte et ad instantiam Dilectionis Tuae petitio continebat, quod cum Divino afflante Spiritu ad Religionem Sacri Praedi-

⁵ Nuntio Varsaviensi; cfr. forsitan quae habentur in *Documenta biographica selecta*, nnr. I-VI (supra).

torum Ordinis aspires et in eo Professionem solemnem emittere velis, id autem sine consensu Nostro ordinario, ita ut de Ritu nativo Rutheno ad Latinum transire valeas, effectuare minime possis, idcirco Nos ejusmodi vocationi tuae obicem ponere nolentes expetitum consensum Nostri praebendum esse duximus, praebemusque in Dei Nomine per praesentes, ita tamen, et non alias, aliter, nec alio modo, ut in dicto Ordine Praedicatorum, post obtentam Professionem Religiosam, a S. Sede Apostolica, si ei sic visum fuerit, super transitu de Ritu Graeco ad Latinum dispensationem de facto emittas. In quorum fidem, etc.

Datum Leopoli, die 7 Januarii, 1750 Anno.

Leo Szeptycki, Episcopus Leopol. A.M.

3.

Leopoli, 18. I. 1752.

Intimatio Leonis Szeptyckyj parochis data de non contrahendis debitis penes arendatarios hebraeos et de solvendis debitis contractis.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 628-629.

Leo na Szeptycach Szeptycki z Bozey y Swietey Stolice Apostolskieu Laski Biskup Lwowski, Halicki, y Kamenca Podolskiego, Opat Komendatarius Mielecki.

Przewielebnym XX. Dziekanom, WW. Presbyterom Parochialnym, Cerkwi wakujących Administratorom y całemu Duchowienstwu w Diecezjach naszych znajdującemu się, oraz komu tylko o tym wiedzieć będzie należało, Pokoy w Panu przesławszy, czyniemy wiadomo.

Iż częste zachodzą Nas kwerele tak od różnych Dziedziców y Possessorów, na WW. Parochow, że w ich dobrach, y arendach trunki na kredyt bierać zwykli, a za nie płacić nie chcą, owszem onych zapierają się, jako też od WW. Prezbiterów, że na nich Areendarze za trunki długi przypisywać zwykli, których przypisanych gdy oddawać nie chcą, ciż niewierni Areendarze przy pomocy Dworskiej, nie referując się do Jurysdykcyi Naszey, sami z niemałą wzgardą sprawiedliwość sobie nad takowemi czynią, y onych władzą swoją grabią. Co jako z oczewistym Władzy y Jurysdykcyi naszey ubliżeniem, y Praw duchownych *atque Immunitatis Personarum Ecclesiasticorum* niemałym kontemptem dzieje się, tak my z obligacyi naszey Pasterskiej temu zapobiegając bezprawiu, raz na zawsze postanawiamy, y surowo wszystkim Areendarzom, Karczmarzom czy Szynkarzom trunki jakiekolwiek przedającym przykazujemy, ażeby odtąd żaden z nich żadnemu Kapłanowi na kredyt bez kwitu od niego danego, żadnego trunku pod przepadkiem dawać nie ważył się. Któryby

zaś kapłan na kwity trunków nabrawszy, za nie należącej kwoty płacić nie chciał, o b v i a n d o praktykowaney w tym nieraz inkonwienicyi, aby żaden Arendarz sam sobie nad takowemi z postpozycyą Stanu Duchownego satysfakcyi nie czynił, tymże Edyktom naszym Przewielebnym Dziekanom pozwalamy y zupełną moc dajemy, ażeby za pierwszem uskarzeniem się, y kwitów przez dłużników dawanych pokazaniem, należytą bez odwłoki czy to pieniężną, czyli rzeczami jakowemikolwiek, byle nie Cerkiewnemi zupełną satysfakcyę przy sobie uczynić nakazali, tak aby od tych czas gwałtowne grabieże nie działały się. A inquantum by gdzie Arendarz lub jakikolwiek kredytor za długi trunkowe czyli y inne nie referowawszy się do Dziekana, kapłana jakiego grabić ważył się, takowych exaktorów gwałtownych do sądu należytego gwałt y bezprawie cierpiący w assystencyi Przewielebnego Dziekana swego pozywać powinien będzie. Co żeby wszystkim tak WW. Prezbiterom, jako y Arendarzom czyli Szynkarzom wiadomo było, Przewielebni XX. Dziekani każdy respective w swoim Dekanacie ten Edykt Nasz jak nayprzedzey rzeczonym WW. Prezbiterom, oraz y Szynkarzom omni meliori modo etiam po Dworach obwieszczając, ogłosili, y ogłosić starali się. In quorum fidem etc.

Dan w Lwowie, dnia 18 Stycznia, W. S. K., 1752.

Leo Szeptycki, B. L. H. K. O . M.

Alexander Starzewski Aktów Biskupich nadwornych Pisarz.

4.

Leopoli, 6. III. 1753.

*Protestatur contra erectionem Archimandriae Zovkvensis, ut praeiudiciosam
clero saeculari.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi, Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 34 rv.

Copia Manifestationis nomine Ill.mi et Rev.mi Episcopi Leopolien. R.G.U.
in Actis Archiepiscopalibus Leopli.

Factae, die 6 Martij, 1753.

Coram etc. Constitutus personaliter Venerabilis Promotor Fisci Dioecesis Leopolien. nomine, et ex speciali mandato Ill.mi ac Rev.mi Domini Leonis Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Leopolien., Halicien, et Camenecen. Podoliae, Abbatis Commendatarij Mielegen. Principalis sui, quamprimum sibi constitit de quadam nova erectione Abbatiae sive transformatione ex sui fundatione Parochialis Civitatis Tituli Nativitatis Christi Domini Zolkiewensis, in Abbatialem,

studio et opera R.P. Wysocki,⁶ Ordinis S. Basilij M. Superioris Monasterij Krechovien., a Celssimo Principe Radziwill M.D. Litt. Duce in anno currenti 1753 procurata, et emuncta, illico omnibus melioribus quibus de jure, via, forma, ac stylo, melius, firmius, validius, ac efficacius potuit, ac debuit, potestque ac debet modis, providendo omnimodae indemnitatii Jurisdictionis Ordinariae, et integritati jurium, ne per talem privatum, imo verius vitiosum actum vel minimam laesionem patiantur, in et contra praefatum R.P. Wysocki, aliosque quomodolicet ad ejusmodi praetensam fundationem cooperantes protestatus, et manifestatus est super eo:

Quod licet ipse sive quipiam alij in id influentes optime sciverint, prout scire omnino tenentur, nedum transformationem alicujus Ecclesiae Parochialis pleno Iure ad loci Ordinatium spectantis in Abbatialem, verum etiam ad erectionem simplicis, sive abbatialis Monasterij in aliquo loco vacuo perficiendam facultas, et assensus loci Ordinarij omnino de jure praerequiratur, nihilominus omissa, et non recognita auctoritate Ordinaria etiam (:ut fortiter praesumitur:) sine scitu, et licentia suorum Superiorum Ordinis, in convulsionem Decretorum moderni SS.mi feliciter regnantis de reductione, et reformatione Ordinis Basiliani Monasteriorum prolatorum,⁷ quibus mediantibus Monasteria, quae adminimum octogenarium numerum Monachorum alere, et sustentare non (f. 34v) valent tolli, fundationes vero aliis Monasteriis applicari, et uniri demandatum est; Ecclesiam Parochialem praedictam ex nullo fundamento a Religiosis possessam, sine ulla prorsus dote existentem, ad quam duo, vel tres Monachi adinterim residentes et curam animarum exercentes vix subsistere possunt, non provisa prius fundatione pro congrua sustentatione adminimum octo Monachorum, in Abbatialem certo certius ad favorem, seu privatum, imo sureptitie erigi procurare, et ad talem Decretis Pontificiis, et Ordinarij juribus praejudicatos fundationem, ac proinde vitio nullitatis laborantem, inconsideratje Celsissimum Ducem Radziwill alte memoratum inclinare, inscriptionem alicujus modicae summae pro congrua nedum Abbatis,

⁶ Archimandria Zolkieviensis hac tantummodo medietate saeculi XVIII erecta fuit, de quo negotio in documento praesenti enarratur. Primus Archimandrita erat sane P. Wysockyj, de quo in praesenti littera.

⁷ Scil. Benedicti PP. XIV, qui per suam dispositionem dispersioni monachorum et disciplinae monasticae providere intendebat; haec reforma Benedictina nunquam plena ad actum deducta est, ob varia subterfugia et resistantiam monachorum, in quam tamen multum clerus saecularis instabat, ut bona parvorum monasteriorum seu residentiarum arriperet et ad suas ecclesias incorporaret; inde executio decreti semper procrastinata fuit usque ad divisionem Regni Poloniae et oppressionem Ecclesiae Unitae ex parte Gubernii Moscovitici, has ditiones occupantis.

verum et mentionati numeri Monachorum non aequivalentis, ab eodem emungere, taliterque Decreta SS.mi Domini, et jura Auctoritatis Ordinariae culpabiliter infringere, et violare ausus est, sive ausi sunt, et praesumpserunt. Proinde idem V. Fiscalis Manifestans, stando sub tuitione, et manutentione iurium auctoritatis Ordinariae, obviandoque, ut per talem praetensam Erectionem aliquam laesionem, aut praejudicium patientur, iterum atque iterum ratione praemissorum omnium et singulorum nullitatem et inconsistentiam fundationis memoratae sapientium, solemniter et quam solennissime protestatus, et manifestatus est. Salvo etc., omni etc.

5.

Leopoli, 16. VIII. 1753.

Inquisitio contra quosdam cives Leopolienses eorumque iustificationes in negotio retentionis penes ecclesiam stauropigianam PP. Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi, Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 665-670.

Anno Domini 1753. Die Lunae, 16. Mensis Agusti, Leopoli.

Coram Ill.mo et Rev.mo Domino Leone in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopo Leopolien. Halicien., et Camenecen. Podoliae, Abbe Commendatorio Mielecensi, in publica causarum audientia comparens personaliter Venerabilis Instigator Judicij praesentis ex officio suo Actor, in termino ex Monitorio non viso robore legitime executo proveniente, contumaciam Famatorum Demetrij Placzko, Petri Witawicki Sawicki, Basilij Pankiewicz, Ignatij Georgiewicz, Alexandri Straty, Christophori Balasowicz, Petri Bialostocki Civium et Parochianorum Ecclesiae Stauropigianae tituli Assumptionis B.V. Mariae Leopolien., citatorum, monitorum, quatenus non comparentium accusavit, et referendo se ad propositionem in anteriori termino factam tenoris sequentis. Quia ipsi, contra conscientiam propriam, et ipsius Christi Domini monita: Nolite tangere Christos meos, procedentes, Clerum Saecularem, et Parochos generaliter omnes manifestatione calumniosa et cavillatoria coram Actis Consistorij Leopolien. Ritus Latini facta, circumscribere, negligenter in cura animarum sibi commissarum, ruditatem, ac inscientiam, magis scandalosam, quam exemplarem esse, et alias calumnias impingere, et per id sollicitudinem Pastoralem, ne in Clero hujusmodi inconvenientiae reperiantur, continuo invigilantem laedere praesumpserunt; Ipsos propterea puniri etc. Cum comparentibus in termino anteriori suspensam resolvunt, citatos vero et monitos ad praesens comparentes ad respondendum eidem propositioni stringi, debita cum Instantia postulavit. Praesentibus Famatis Ignatio Georgiewicz, Anastasio Straty, Demetrio

(f. 665v) Placzko, et aliis supraspecificatis ex adverso Citatis, salvis etc. Protestandoque etc. innovando anteriorem responzionem, se non ad laesionem aliquam in Manifestatione contra statum Spiritualem Saecularem facta subsequendam, solummodo ad tuendos, et manutenendos RR. ac Religiosos PP. Basilianos circa Ecclesiam Civitatensem Leopolien. concurrisse, et influxisse dicentibus, et se liberos pronunciari potentibus. — Ex adverso Actor: non esse sufficientem responzionem super propositione, quod citati se asserant pro sola manutentione RR.PP. Basiliatorum in asserta Manifestatione subscrisisse, sed requiritur specificatio Conductionis ad Cancellarium pro hujusmodi subscriptione, demonstrationis talis, et non alias Manifestationis, ac compilation ejusdem, dixit, et ad eamdem sufficientiorem responzionem citatos stringi petiit. — In contrarium Citatis comparentibus, siquidem citatio sit regula Processus, seque comparentes adaequate ad ejusmodi propositionem contra se formatam, quod laesio statui saeculari spirituali acsi impicta, non per se, sed culpa Cancellariae intercessit, responzionem dixisse, extra vero formam Processus respondere non teneri inferentibus, et ut supra potentibus. — Ill.mus ac Rev.mus Dominus Episcopus Altememoratus Citatos, Motorem, et Informatorem sui ad hujusmodi manifestationem admittendam seorsive specificare mandavit.

Tandem Citati satisfaciendo Decreto judicij praesentis, in ordine ad specificandum Compilatorem et Compulsorem subscribendae manifestationis contra statum spiritualem saecularem factae, lato, se comparentes Citatos ad requisitionem totius Confraternitatis manifestationem subscrisisse dixerunt. — Ex advenso Actor: (f. 666) quoniam citati specificando Superinductores sui ad laesivam manifestationem, ejusque compilatores Generosos, et Nobiles Jacobum Gawendowicz, Vice-Seniorem, Michaelem Laszkowski, Christophorum et Antonium Deymow, et Paulum Wolkowicz, Confratres indigitant, et licet iidem Citati se dictam Manifestationem in charta blanca, idque pro sola manutentione PP. Basiliatorum circa praedictam Ecclesiam se subscrisisse asserant, copiam vero manifestationis non per se Citatos, verum potius per authores conductionis sui porrectam fuisse facile praesumitur, ideo Citatos solummodo pro complicitate facti punibiles adinveniri, eliminationem ejusdem Manifestationis per subsequentem reclamatoriam demandari; jam vero DD. Confratres indigitatos pro authoribus hujusmodi Manifestationis reputari, et quoniam ad praesens comparent, super iisdem paenas pro qualitate delicti irrogari postulavit. — In oppositum, Citati comparentes se ad affectationem supraspecificatorum Confratrum, nomine aliorum requirentium, ejusmodi manifestationem pro tuendis PP. Basilianis subscrisisse, et ideo prae-

fatam laesionem respectu Cleri saecularis culpa Cancellariae, et non Confraternitatis irrepsisse intulerunt.

Ill.mus qui supra etc. sedens etc. resolvendo suspensam in termino anteriori factam, auditaque Citatorum justificatione, quod dumtaxat pro manutenendis PP. Basilianis circa ecclesiam Stauropygianam Leopolien., non vero pro aliqua circumscriptione Cleri Saecularis, se subscriperunt, et ad hujusmodi subscriptionem per Generosos et Nobiles Gawendowicz, Deymow, Laszkowski, et Wolkowicz (f. 666v) Confratres inducti sunt; proinde ratione talis complicitatis eosdem punibiles adinvenit, et quatenus per contrariam Manifestationem hujusmodi cibram, et circumscriptionem coram iisdem Actis, vel aliis reclament, et reclamari curent, ac praeterea, in vim paenae, quilibet Citatorum ex persona sua in comparitionem intrans par Candelarum, duas libras efficientium, inter pauperes ecclesias distribuendarum, ad manus Venerabilis Instigatoris in spatio trium dierum reponat, demandavit, et ad parendum eidem Decreto Literas executoriales cum termino trium dierum relaxavit. Quod vero respecit Motores hujusmodi pasquinatae Manifestationis subscrivendae, supraspecificatos eosdem pro sumendis poenis Venerabili Instigatori prout de jure adcitare ad judicium praesens injunxit; Et cum Domino Actuario, qui eamdem cribrosam manifestationem ad Actum suscepit, viam agendi ordinariam ubi de jure reservavit, vigore praesentis Decreti.

A C T U EODEM.

Coram Ill.mo et Rev.mo Domino Leone Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Leopolien. etc. in publica causarum audientia comparens personaliter R. Nicolaus Rymbala, ecclesiae Stauropygianae Leopolien. intra maenia civitatis existenis commendarius, in termino ex Actis, et reintimatis citatione, et inhibitione, accusata contumacia Generosorum ac Nobilium Jacobi Gawendowicz, Vice-Senioris, Georgij Koci, Antonij et Christophori Deymow, Fratrum, Pauli Wolkowicz, Michaelis Laszkowski, aliorumque Confratrum dictae Ecclesiae Stauropygianae, quatenus non comparentium et in ipsorum contumaciam eamdem Inhibitionem, videlicet ne se Actorem ab Ill.ma et Rev.ma Sua Dominatione ecclesiae Stauropygianae in cura animarum, ad praesens vacanti, provisionaliter commendarium (f. 667) datum in Divinis praepedire audeant, emanatam in suo robore conservari, et quoniam eidem Inhibitioni per Citatos, et Inhibitos toties contraventum est, ut etiam solenni nuperna Festivitate Ecclesiae praefatae titulari, et dedicatoria, videlicet obdormitionis B.V. Mariae, nulla devotio perageretur, et ad eam peragendam se Actorem non admiserunt. Ideo poenas eadem inhibitione comminatas super ipsos effectuari. Quia vero mandato contra suprafatos DD. Con-

fratres ab Ill.ma ac Rev.ma Dominatione Sua, sub poena interdicti ab ingressu Ecclesiae cuiuscunque Ritus ipso facto incurrenda promanato, per non aperitionem ecclesiae praedictae cum injuria Dei aequa ac Parochianorum, etiam pro solemnitate suprafata attentatam similiter contraventum est, ac in postpositionem Ecclesiasticarum Censurarum Generosi ac Nobiles interdicti devotionem in ecclesia RR.PP. Praedicatorum celebrari procuraverunt, eidemque adfuere, et in aliis ecclesiis latinis reperiebantur, idcirco contra eosdem seorsivas paenas, et Censuras irrogari, debita cum Instancia, postulavit.

Praesentibus Magnifico, Generosis, ac Nibilibus Basilio Turkul, Capitaneo Czernichoviensi, Exercituum S.R. Maiestatis et Reipublicae Colonnello, Confraternitatis Stauropygiana tituli Assumptionis B.V. Mariae intra moenia Civitatis praesen. Leopolien. sitae, immediate ad S. Sedem Sacramque Congregationem de Propaganda spectantis Seniore, Jacobo Gawendowicz, Vice-Seniore, Christophoro Deyma, Josepho Korczynski et Paulo Wolkowicz, suis ac aliorum Confratrum, totiusque Confraternitatis praelibatae nominibus comparen., salvis etc. ac praemissa solenni protestatione in et contra R.dum Rymbala, praetensem Actorem (f. 667v) ac alios suo loco, et tempore specificandos implicte, ac per indirectum ad Causam indebita ac incompetenter institutam sese immiscentes, jurium Confraternitatis convulsores, Litisque praesentis principales Motores, ratione per ipsos Venerabilis Fiscalis judicij praesentis ad evitandas lites superinductionis, ac per id ipsum aerarij Confraternitatis suae enervationis, damnorumque et litis expensarum causatarum, et quatenus causandarum illationis, suorum comparentium Confratrum severae ac despoticae ubivis locorum tractationis, Ecclesiae suae Confraternitatis guerraticae aggressionis, devotionum publicarum seu verius fabularum, ad nocendum acsi sibi comparentibus seminationis, variorumque attentatorum, Forum Judicij praesentis vigore exemptionis tam per jura primitiva originalia, quam Bullarum Clementis XI, Decretum Sacrae Congregationis in anno 1727, die 9.7mbris latum, Confraternitati suorum Comparentium benigniter concessae, qua mediante ab omni jurisdictione Ill.morum loci Ordinariorum Leopoliensium liberata est declinantibus, et quaevis Decreta, Instrumenta, sive Censuras a Judicio praesenti emanatas ex defectu jurisdictionis, nullaque praecedente monitione, quae de figura Processus, et praescripto juris Canonici observari debet, non attento recursu ad Sanctam Sedem per suam Confraternitatem coram publicis Actis Consistorij Generalis Leopoliensis facto, quomodolibet latas se Confratres afficere nullatenus posse inferentibus, et a rigore quorumvis Decretorum, ac comminatione Censurarum tam ex ratione preeallegatae (f. 668) exemptionis, quam ob respectum, et reverentiam SS.mi Domini Nostri,

ac Sacrae Congregationis de Propaganda, ad quam recursus per se Confratres factus est, supersederi postulantibus.

Ex adverso: Admodum Rev.dus Actor praemissa solemni reprobatione ratione circumscriptionis sui comparentis per Protestationem in scheda porrectam, tum replicando adversus allegata partis citatae in eadem Scheda conscripta, Confratres ecclesiae Stauropygianae Forum sortiri judicij praesentis, non obstante allegatione exemptionis a jurisdictione Ill.mae Dominationis Vestrae, ex quo jurisdictionis praesens licet non extenditur quoad temporalia, videlicet dispositiones de proventibus, quae se citati tutantur, extenditur tamen quoad spiritualia, videlicet et exercendam curam animarum, dispositionem devotionum, quae facultas per Privilegia, et Bullas allegata, praecipue per Concilium Tridentinum, Ill.mis loci Ordinariis non est limitata, per omnesque Dioeceses Episcopis, ac locorum Ordinariis a Sancta Sede Apostolica praecomissa, vicesque Summorum Pontificum tanquam Delegati supplent. Idecirco amputata eadem exceptione, per partem citatam opposita, ut supra instetit.

In contrarium: qui supra Compares Confratres non recedendo a sua exceptione, citraque agnitionem juris Ordinarij, siquidem praetensa Parochi deputatio ad ecclesiam suae Confraternitatis juribus suorum comparen. permittentibus sit praejudicosa, Divinaque Officia, quae per RR.PP. Basilianos, quos paena suspensionis super solos Mansionarios ad ecclesiam praedictae Confraternitatis existentes, ad malam informationem emanata non ligat, nec afficit, peragi in ecclesia suae Confraternitatis absque quovis praejudicio possunt, de contextu vero praerallegatae exemptionis expresse constat: — ibi — ita ut, modernus, et pro tempore existens Episcopus praefatus, ejusque Officiales et Ministri, ullam quovis praetextu et ex quacumque causa in Confraternitatem, et Monachos hujusmodi (f. 668v) eorumque res et bona, jurisdictionem, potestatem, et superioritatem minime exercere possunt; proinde docto sufficienter de jure exemptionis, ac recursu ad S. Sedem Apostolicam in causa principali facto, ut supra, decerni flagitarunt, alias de attentatis et attentandis protestati sunt. — In oppositum: Amodum Rev.dus Actor Ill.mam Dominationem Suam minime juribus Confraternitatis praejudicare velle, nec derogare eisdem, aut in bona, proventus, et dispositiones ejusdem Confraternitatis involvere, dumtaxat et praecise quod afficit Spirituale et hoc ex speciali insinuatione Ill.mi ac Excell.mi Domini Nuntij Apostolici ad fidem actus praesentis inserenda, quatenus in locum Religiosorum Ordinis Divi Basilij Magni, regimen in dicta ecclesia habentium, Presbiteri saeculares substituantur, processisse, proinde allegatam exemptionem DD. Confratribus suffragari non posse replicavit, et ut supra instituit.

Ill.mus et Rev.mus Dominus Episcopus supranominatus sedens etc.

salvis juribus, et Privilegijs exemptionis citatorum et Inhibitorum Confratrum ad res, et bona Confraternitatis, ac personas eorum respective quoad temporalia se regulantibus, attento eo quod omni jure Ecclesiastico jura Parochialitatis, et administratio Spiritualium loci Ordinario competit, inhaerendo speciali insinuationi Ill.mi Domini Nuntij Apostolici in subsidium authoritatis Ordinariae factae, qua mediante in locum RR.PP. Basiliatorum, omnino saecularium Presbyterorum ad praefatam ecclesiam subrogatio suae Ill.mae Dominationi praecomissa est; Proinde rejecta ejusmodi exceptione declinatoria Fori praesentis praecise quoad Spiritualia jurisdictionem suam ordinariam manutenendo, inhibitionem in suo robore conservavit. Et quoniam cum publico omnium scandalo a sex circiter diebus ecclesia praedicta privata eorum autoritate clausa est, in eademque Cultus Dei, et debitum in cura Parochiali exercitium vacat, nec Sanctissimi debita adoratio, et renovatio, prout decet (f. 669) et requiritur, facta est, quod DD. Confratres Laici in comparitione Actoris specificati, non minus scandalose ac malitiose, impedire ausi sunt, idcirco licet poenas inhibitione comminatas succubuisse deberent, nihilominus in spem partitionis mandatis Suae Ill.mae Dominalionis quoad praemissa extensis adhuc eosdem supra expressos inhibitos, sub poena Excommunicationis ipso facto incurrenda monuit, quatenus in spatio duorum dierum a publicatione et actu praesentis Decreti ecclesiam praeexpressam aperiant, et Commendarium a sua Ill.ma Dominatione deputatum ad exercitium Parochiale admittant, et non impedian, ad ulteriorem Sanctae Sedis dispositionem, alias si huic monito recalcitrabunt, eosdem supraspecificatos in comparitione Actoris post lapsum duorum dierum sine quavis alia declaratione pro Excommunicatis per ecclesias publicare mandavit, Decreti praesentis vigore. — A quo Decreto Confratres Inhibiti ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, Sacramque Congregationem de Propaganda Fide appellarunt. — Et Ill.mus ac Rev.mus Dominus Episcopus suprano-minatus hujusmodi appellationem refutavit. Iisdem Confratribus iterum a refutatoriis appellantibus, Ill.mus Dominus stetit in Decretis, et ita etc. omni etc. ...

6.

Leopoli, 30. VIII. 1753.

*Resistentia Confraternitatis Leopoliensis in admittendis clericis saecularibus
ad suam ecclesiam, iussu Episcopi loci missis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi, Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 671rv.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini Patroni Colendissimi,

Ex mandato Sanctissimi Domini et Eminentiarum Vestrarum, Ill.mus ac Rev.mus Dominus Nuncius Apostolicus injunxerit Confraternitati Stauropigianae Leopoliensi Ritus mei Sanctae Sedis Apostolicae Congregationi Eminentiarum Vestrarum immediatae subjectae, ut in sequelam prudentissimae Decretalis Sanctissimi Domini incipientis « Inter plures , remotis ab obsequiis ecclesiae suae quatuor Basilianis, in locum eorum totidem Presbyteros Saeculares Alumnos Pontificios assumeret, et cum notabili tempore mandato hujusmodi parere neglexisset, idem Rev.mus Nuncius eam monuit sub paenis contra inobedientes sanctitis, ut Religiosos amoverent, Religiosis vero sub poena suspensionis ipso facto incurrienda, ut intra decem dies inde recedant, et ad formale Monasterium vicinum se transferant. Tam Confraternitas, quam Religiosi Monitioni praedictae contravererunt, ac quod majus est, designatum a me pro interim Commendarium um propter Divimun Officium perganendum, et Sacra-menta Fidelibus Parochianis administranda non solum ad ecclesiam non admiserunt, sed ecclesiam ipsam occluserunt, et multoties requisiti ac (: cum res non patitur moram :) sub Pena interdicti personalis moniti, ut pro solitis Devotionibus eam aperirent, minime requisitiones atque censuram comminatam apprehendentes, non tantum aliis diebus, verum ipsa quoque die Assumptionis in Coelum Beatissimae Virginis Mariae, festivitate titulari ecclesiae, eam cum summo Christifidelium tam Parochianorum, quam et ex (f. 671v) vicinis villis pro sumenda Sacra Synaxi, et lucranda indulgentia plenaria congregatorum scandalo atque spirituali damno clausam tenuerunt et hactenus tenent, temeritatem hanc non alia de causa attentare praesumpserunt, nisi Protectione Sanctae Sedis, et Privilegio Exemptionis gratiose sibi indulto abutendo. Quare supplex ero Eminentias Vestras, ut praememorato Ill.mo ac Rev.mo Domino Nuncio Apostolico specialiter commitere, et commendare dignentur, quatenus praedictae Confraternitatis arrogantiā impunem praetermittere nolit, et ad parendum dispositionibus Sanctissimi Domini ac Eminentiarum et Rev.marum Dominationum Vestrarum ipsos compellat, et rebelles compescant. Quam gratiam humillime implorans, in osculo Sacrum Purpurarum maneo.

Eminent.marum ac Rev.marum Dominationum Vestrarum
Die 30 Augusti 1753. Leopoli
humillimus Servus
L. Szeptycki, Episcopus Leopol. Halic.

7.

Varsavia, 17. X. 1753.

Recursus confratrum Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis contra acta et gesta Consistorii Leopoliensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 669-670.

Anno Domini 1753. Die vero Mercurii, 17 Octobris, Varsaviae.

Pro Magnifico Basilio Turkul, Capitaneo Czernichovien., Exercituum Sacrae Romanae Maiestatis et Reipublicae Colonello, atque Generoso Jacobo Gawendowicz, suis et totius Confraternitatis nominibus agentibus, Principalibus reccurrentibus, contra Venerabilem Fiscalem Curiae Episcopalis Leopolien., atque Admodum Rev.dum Nicolaum Rymbala citatos appellatos.

Coram Perillustri Rev.mo Domino Andrea Vincentio Butio, J.U. que Doctore, Protonotario Apostolico, Curiae Ill.mi et Rev.mi Domini, Domini Alberici ex Comitibus (f. 669v) de Archinto, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopi Nicaeni, SS.mi D.ni Nostri, Domini Benedicti Divina Providentia Papae, ejus Nominis XIV, Praelati Domestici et Assistentis, ejusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae in Regno Poloniae, et Magno Ducatu Lithuaniae cum facultatibus Legati de Latere Nuntij, Generali causarum Auditore et Judice comparuit personaliter Generosus Josephus Florierewicz, suprascriptorum Recurrentium legitimus Procurator, in termino ex Remediis Juris ab hoc Tribunali Apostolico exportatis proveniente, contumaciam suprascriptorum Citatorum quatenus non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam in causa occasione convulsionis jurium et Privilegiorum praedictae Confraternitatis Staropygianae a Sancta Sede Apostolica concessorum prout latius in iisdem Decretis continetur. Siquidem Acta judicij primae Instantiae et alia literatoria Documenta ad causam praesentem facientia nondum sunt Principalibus suis extradita, idcirco contra D. Notarium judicij a Quo, compulsoriales decerni, sublevationemque ad finem Litis prorogari postulavit. Salvo etc. Omni etc. Praesente Generoso Hiacyntho Makowski, suprascripti Venerabilis Fisicalis Curiae Episcopalis Leopoliensis Ritus Graeci Latino Uniti, et Admodum Rev.di Nicolai Rymbala, Citatorum Procuratore, salvis etc. protestandoque etc. Ac productis Literis Ill.mi Excell'mi Domini Nuntij Apostolici Ill.mo et Rev.mo Episcopo Leopoliensi Ritus Graeci Latino Uniti, Dresden die 26 Mensis Maij anno currenti directis, in quibus expressa est Mens SS.mi Domini Nostri Papae per Organum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, enuntiata, ut circa ecclesias, et Monasteriola ad praesens per Religiosos Ordinis Divi Basilij Magni gubernatas, (f. 670)

in quibus pro octo Personis Religiosorum non suppetit proventus, Saeculares Presbyteri instituantur, et ad curam animarum deputentur. Cum vero in ecclesia Staupigiana Leopoliensi quatuor Religiosi dumtaxat regerint, et in executionem dispositionis Sanctitatis suae praefatus Admodum Rev.dus Rymbala in Commendarium depuraretur, praefata Confraternitas et Religiosi ecclesiam occludere ausi sunt, et commendarium ad peragenda Divina non admiserunt, pluresque scandalosos actus perpetrarunt, qui in processu causae descripti sunt, et ad protellandam dispositionem Sanctitatis Suae, et protegenda scandala Remedia juris a Tribunali praesenti Apostolico exportarunt, quibus productis, cum in executione nulla appellatio seu recursus intret, ideo eadem remedia juris cassari, et revocari, et ad parendum dispositioni Sactissimi praefatam Confraternitatem stringi et compelli, seu compellenda Sancta Auctoritate Apostolica, petente. Salvo etc. Qui Rev.mus Dominus Auditor Generalis et Judex sedens etc. auditis etc. circumscripta Citatione, a Tribunali praesenti pro parte recurrente exportata, Negotium praesens cum toto suo effectu remisit ad Ill.mum Dominum Episcopum Leopoliensem Ritus Rutheni uniti loci Ordinarium pro exequendis Mandatis Pontificis, et ita etc. non solum etc. sed etc. omni etc. — Ex Protocollo Actorum Sanctae Nuntiaturae Apostolicae extractum, et sigillo Ill.mi et Rev.mi Domini, Domini Alberici ex Comitibus de Archinto, Archiepiscopi Nicaeni, et Nuntij Apostolici in Regno Poloniae etc. communatum. — (L.S.) Stephanus Skwarczynski, Publicus Sancta Authoritate Apostolica Notarius, et Actorum Nuntiaturae Apostolicae suprascriptae Cancellarius (mpria).

8.

Leopoli, 6. IV. 1754.

De lite pendente de decimis apiariis in Tractu Tarnopoliensi, expositio ad Nuntium Varsaviensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi, Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 52rv.

Emin.mi ac Reverendissimi Domini, Domini Patroni Colendissimi.

Ex literis Eminentissimi Domini hujus Sacrae Congregationis Praefecti clare intellexi,⁸ minus fideliter expositam fuisse coram SS.mo Domino Nostro D. Stanislai Potocki, Palatini Kijoviensis, contra me querelam, quasi pendente Causa super Decimis, quae apiariae dicuntur Ecclesias

⁸ Cfr. citatam litteram in *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. IV (1730-1758), Romae 1957, pag. 287, nr. 1906.

in Tractu Tarnopolensi Interdicto supposuisse. Genuinam gestorum atque inusitati gravaminis relationem per alte fatum D. Palatinum Kijoviensem ecclesijs Iurisdictioni meae Ordinariae subjectis illati brevibus in praesentiarium Eminentissimis Patribus referre cogor, qualiter ille vir equidem licet ex se eximiae pietatis, tamen suggestu in oppressionem libertatis ecclesiasticae Inhiantium inductus, ex apisterijs Presbyterorum in Fundis Ecclesiasticis et ecclesijs summe adjacentibus sitis per vim decimas apiaras ausus est percipere, fundosque tales cum apisterijs sibi appropriare, et ab ecclesijs avellere, quae quidem violentiae quamprimum mihi exposita fuissent pro viribus occurrendo malo eundem haeredem tractus Tarnopolensis, D. Stanislaum Potocki amicabiliter conveni, ut spolia intercepta restituat, et si aliqua quaestio de proprietate fundi intercesserit, hanc ad tramites Justitiae dirimendam promisi. Animi lenitate forte (f. 52v) scandalizatus, non solum resipiscere noluit, sed vehementiori in dies persecutione Clerum affligebat, quod fuit in Causa, ut praecedente alia requisitione et monitione pro violata Immunitate singulas ecclesias Tractus Tarnopoliensis, Jurispatronatus dicti Palatini Kijoviensis Interdicto innodarem, sed jam, ex dispositione Sanctae Sedis Apostolicae ad tenorem Pontificij Rescripti illud revocavi. Haec sunt, quae in executionem mandatorum sollicitis perfici studijs, et dum ulteriora expecto pari animi promptitudine exequenda devotissimo cultu maneo

Eminentiarum Vestrarum humillimus Servus

L. Szeptycki, Episcopus Leop.

Leopoli, die 6 Aprilis, 1754 anno.

9.

Leopoli, 5. XI. 1755.

Elenchus querelarum contra modum agendi Confraternitatis Leopoliensis et de provisione ne pereant bona ecclesiastica.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi, Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 254-255v.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,
Domine et Patronne Colendissime.

Conscientia stimulatus, deferre cogor Ill.mae ac Rev.mae Dominationi Vestræ, quae saepius video et audio a Confraternitate Staupigiana Ruthena Civitatis hujus Leopoliensis peragi.

Imprimis Reditus Ecclesiasticos notabiles percipiunt, et aliquos in privatos usus proprios, alios in pernitosam deffensionem sui adversus mandata Sacrae Congregationis de Propaganda Fide (: cuius Protectione

impudenter abutuntur :) favore Presbyterorum Saecularium emanata quos nullatenus in Ecclesia praefata habere volunt.

2do: Ecclesiam necessariis luminibus providere negligunt, ita ut non semel audierim a Sacellano eorum SS.mum Sacramentum lumine destitutum fuisse, licetsi opulentissimam habeat fundationem pro lampade continuo coram SS.mo ardenda.

3to: Ex ore unius Confratrum audivi, quod dederint ex Aerario ecclesiae centum aureos Hungaricales Illustrissimo D. Palatino Belzensi, Commissario pro futura Commissione, ad sinistras Relationes a Serenissimo Rege intuitu acsi violatorum Privilegiorum Regiorum per dispositionem Apostolicam impetrata, designato, aliis alia munera feruntur obtulisse notabilia.

4to: Venditionem librorum ex qua notabiores habentur Reditus pro ecclesia tali Confratri (f. 254v) concrederunt, qui nullius possessionis est, et bibo summus. Solus coram quibusdam jactabatur, quod etsi ad aliquot millia Florenorum ex hujusmodi librorum venditione in proprios converteret usus, collum tamen propterea non perderet.

5to: Ab anno et medio exclusum, per antecedaneum Ill.mum Dominum Nuncium Apostolicum⁹ ex Albo Confraternitatis tanquam principalem omnium inconvenientiarum authorem, et ad recalcitrandum mandatis Sanctae Sedis incitatorem quandam, cognomine Gawendowicz, hactenus in Confraternitate retinent, qui nec uxorem nec Bona vel minima stantia habet, immo fertur suspectus in Fide Catholica, et tamen ipsi consignarunt Claves ab Aerario et Archivio Ecclesiae, manutendo eum in officio Vice-Senioris. Periculum sumnum est, ne aliquando interceptis ex Archivio Documentis Ecclesiae servientibus, et ex Aerario Pecunia in alienas migret oras. Haec potissima apud eos ratio est, prout ex aliquibus confidenter cum eis tractando intellexi, propter quam abhorrent Presbyteros Saeculares tenere, sed Religiosos ad nutum ut inante amovibiles (f. 255) optant, quia timent ne ab eis tanquam localibus de mala sua Bonorum Ecclesiasticorum administratione redarguantur, aut ad Superiores deferrantur. Adsunt ipsis multis consiliis et auxiliis Patres Basiliani; ad hucusque in nostra Archicathedrali ecclesia singulis diebus, etsi cum nimia incommoditate sua, Missarum Sacrificia propter ipsos celebrant, et in omnibus occasionibus summe ipsis blandiuntur; junctim per exportatam Commissionem Regiam volunt id efficere, ut Sacrae Congregationis Dispositio nullatenus subsistat, et locati ex mente ejus Presbyteri saeculares in praefata ecclesia Stauropigiana ab eadem omnino removeantur, et

⁹ Agitur de Alberico Archinto, Nuntio Varsaviensi (1746-1754).

eijciantur. Cuncta haec, quae non ex ullo livore vel odio, sed unice ex zelo et motivo prospiciendi integritati Bonorum Ecclesiae saepefatae exprimo, favebit Illustrissima ac Rev.ma Dominatio Vestra Sacrae Congregationi exponere, quae pro pientissima sua erga hocce Sanctuarium addictione, non deditabatur (f. 255v) media ea adhibere, quibus et temeritatem Confratrum reprimere, et securitati Bonorum ejusdem sanctuarii opportune providere queat. His fideliter delatis, dum arbitro obligationi me satis fecisse, cum singulari veneratione sum.

Illustrissimae ac Rev.mae D.nis Vestrae
Leopoli, 5 9mbris 1755.

P.S. Si Sacrae Congregationi foret visum designare Commissionem, inter alios Commissarios esset optimus Ill.mus ac Rev.mus Dominus Hieronymus Szeptycki, Episcopus Saldicensis, Suffraganeus Luceorien., qui multa Confraternitatis memoratae arcana novit.

Servus humillimus, et Sacrae Romanae Ecclesiae filius obedientissimus.

10.

Leopoli, 13. I. 1756.

Instantia Episcopi Leopoliensis de prohibendo transitu Ruthenorum ad ritum latinum.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 179-171.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Quo potissimum tempore humillimus EE.VV. Orator, Ep.pus Ruthenus Leopoliensis, vindicem hujus S. Sedis Providentiam contra Latini Camenecensis Ep.pi molimina,¹⁰ Graecum Ritum radicitus evellere conantis, praestolabatur, delatum est ad Oratorem Monitorium, seu potius inhibitio S. Nunciature Varsaviensis, eum a munera sui partibus retrahens, ita ut vulneri medela, unde promanare debuerat, acrius inde sit vulnus inflictum. Quidquid Orator hucusque super Ruthenorum e Graeco ad Latinum ritum transitu egerat, faciendum sibi esse putavit, ut Sacrorum Canonum leges, Clementis et Urbani VIII, Pontificum, Decreta, ac SSmi. Domini Nostri feliciter regnantis Mandata in nuperrimis suis Decretalibus Epistolis exequerentur. At Camenecensis Ep.pus et cum ipso S. Nunciatura quandam praetendunt litispendentiam, quae nunquam fuit Ruthenis significata eo forsan animo, ut sapientissimorum hujusmodi Decretorum

¹⁰ Forsan agitur de Nicolao Dembowski, Episcopo Kamencensi Latinorum (1741-1757), translato dei ad archiepiscopatum Leopoliensem.

executionem diffugiendo quos malis artibus ad Latinum ritum adduxerunt Ruthenos, deinceps retineant, ovesque semper, nemine obstante, a ritu Graeco retrahant.

Non ea quidem S. Romanae Ap.licae Sedis et Latinorum Poloniae Ep.porum mens fuit paucos ante annos. Etenim Clemens Papa VIII omnia et singula privilegia, laudabiles Consuetudines, Ceremonias, ipsumque ritum ad tramites Concili Florentini retinere permisit,¹¹ confirmavitque Urbanus pariter Papa VIII, sapientissimo suo Decreto, cuius executionem Rex Segismundus III impediebat, non recedendum esse decrevit haec ipsa S. Congregatio.¹² Ss.mus quoque Dominus Nobis feliciter imperans non solum Decretalem pro Graeco Melchitis editam ad Ruthenos extendit, ac deinde in altera Decretali super Graecorum ritibus emanata disertissimis verbis transitum ad Latinos ritus, inconsulta S. Sede Ap.lica interdixit, sed etiam datis ad Oratorem et ad Premisliensem ritus Graeci Antistitem literis, sub die 18 Septembris 1751, declaravit,¹³ se ab ejusmodi transitu abhorrire, utpote qui *non destructionem sed conservationem* ritus Graeci summopere desideramus. Iisdem verbis eodemque tempore epistolam Premisliensi Ep.po super Jaroslaviensium Ruthenorum transitu inscripsit Em.mus et R.dmus D. Card.lis Archinto, addens, quae sicut perperam et contra fas fiunt, ita improbationem et remedium merentur.

Ipsi denique Poloniae Ep.pi cum vero animarum zelo, non rerum spiritu aut desiderio augendi sui gregis ducebantur, ejusmodi generis leges sanxerunt, decernentes, ut non solum quisque suum servaret ritum, sed etiam, ut qui sine Superiorum debita facultate Latinum ritum amplexi fuerant Rutheni, ad proprium regredi cogerentur.

Ultra enim vetustiora Polonorū Ep.porum gesta, quibus aut Laicos Ruthenos ab arbitrario ad Regulares Latinorum Ordines ingressu severe arcuerant, ipsosque inde dimitti praeceperunt, ad Graecum ritum reverti coegerant, aut omnimodam celeberrimo Urbani VIII Decreto exemptionem coram Sedis Apostolicae Nuntio, circa annum 1712 Varsaviae, una cum Regularium Ordinum Capitibus religiose spoenderunt, quam plurima extare recentiora eorudem facta, e quibus pauca veluti exuberantia nedum sufficientia brevitatis amore profert Orator. Sic Archipiscopus La-

¹¹ Cfr. ex. gr. Bullam «*Magnus Dominus*», de dat. 23. XII. 1595, et «*Decet Romanum Pontificiem*», de dat. 23. II. 1596, in *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucraine illustrantia*, vol. I (1075-1700), ed. Romae 1953, pag. 236 et 266, nr. 132 et 152.

¹² Cfr. decretum de dat. 7. II. 1624, 27. II. 1624, 7. VII. 1624 etc. in *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, Romae 1953, pag. 16, 17, 22, nnr. 9, 11, 24, et alii in locis.

¹³ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, Romae 1954, pag. 125, nr. 723.

tinus Leopoliensis inter eas, quas Anno 1714 edidit Leges, cavit, ne Latini Parochi ad suum ritum Latinum suscipient Ruthenos,¹⁴ stante nunc ipsorum S. Unione, et obstante Urbani Papae VIII Decreto, edito sud die 7 Febr. 1627. Nec aliter se gessit hodiernus Ep.pus Vilnensis,¹⁵ qui cum anno 1745 nonnullos designasset egregios Viros, ut eos perquirerent Ruthenos, qui proprio marte ad ritum Latinum transierunt, eisdem praecepit sequenti formula, ut formato de praemissa causa Decreto commissoriali inhibeatis auctoritate Nostra, quatenus quisque ad suum redeat ritum, nullus Parochorum audeat in posterum evocare Unidos. Nituntur profecto haec ipsius Poloniae Reipublicae atque p. m. Joannis III Regis voluntati, publicis testatae tabulis anno 1681, quo Decretum mansit, enitendum esse per ipsummet Regem apud S. Sedem, ut juxta Bullam (scilicet Decretum) Urbani VIII non liceat de ritu ad ritum transire pro libitu cuiuscunq; ne confusio Jurisdictionum nutriatur, item ne Ep.pi Romani ritus immisceant se negotiis Ep.porum Ruthenorum, et ne audeant dare excommunicatis protectionem, neque dari permittant. Dolendam proinde est, quod S. Sedis Aplicae mens, Latinorum Ep.porum Voluntas, ipsiusque Reipublicae Polonae intentio, quibus liber e Graeco ad Latinum ritum transitus constanter improbatus fuit, hodie a Latinis Poloniae Ep.pis adeo vehementer oppugnari promeruerint. Magisque dolendum, quod S. Varsaviensis Nunciatura Camencensis Ep.pi conatibus faveat eo tempore, quo non pauca Moscorum millia in Polonia reperiuntur. Quis Schismaticorum linguas cohibere poterit, ne illis, quibus cum lingua et erroribus conveniunt, publicos ejusmodi conatus modo significant, eisque in animum inducant, ut credant, hanc unam Latinorum esse mentem, ut Ruthenum ritum evertant, omnique ex parte destruant. Quid de Schismaticorum conversione sperandum erit, si vanus timor illis incutiatur, ne una cum Schismate ritus quoque deserere compelantur.

Atque equidem, si voti sui compotes Latini fiant, ut Laicis Ruthenis liber ad Latinum pateat aditus, quod unum ab iis peti testatur S. Nunciatura, quid facturi sunt Parochi sine Populo? quid Episcopi sine grege?

Itaque si vere hoc super negotio causa pendet, supplex efflagitat Orator suo aliorumque Coepiscoporum nomine, ut facultas sua producendi Jura eis concedatur, non enim aequitas permettit, ut causa, quae centena animarum millia, millenos millenosque Parochos ac demum novem Episcopos Pontificiis Regalibusque benefactos Privilegiis, compreh-

¹⁴ Cfr. in Litteris Episcoporum, in nostra Collectione; Archiepiscopus Leopoliensis tunc temporis erat Joannes Skarbek (1711-1733).

¹⁵ Michael Joannes Zienkowicz, Episcopus Vilnensis (1729-1762).

hendit, ipsis inauditis definiatur. Precatur etiam, ut quid sibi in praesentibus rerum ac temporum circumstantiis sit agendum significetur.

Quam Gratiam etc.

11.

Leopoli, 4. XII. 1756.

Instantia de prohibendo transitu Ruthenorum ad ritum latinum, ut Ecclesiae Ruthenae summe nocivum.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 168-169.

Beatissime Pater !

Leo Szeptycki, Ep.pus Rutheni ritus Leopoliensis, ad Sanctitatis V.rae pedes humillime provolutus exponit, se, cum videret Ruthenos cuiuscunque aetatis et conditionis nulla a Sanctitate V.ra obtenta dispensatione, solis tantum Latinorum ac praesertim Ecclesiasticorum suasionibus, atque etiam stimulis tanto in numero hisce praecipue annis ad ritum Latinum transire, ut verendum sit, ne, propediem Laicis Latinum ritum amplectentibus, soli Parochi et Ep.pi sine grege, sine populo remaneant, decrevisse perquisitionem propria in Dioecesi instituere ad agnoscendum, an aliquis necessaria obtenta prius dispensatione, vel potius suopote ingenio ad ritum Latinum transierit.

Nitebatur etiam orator non solum s. canonibus, qui in suo quemque ritu permanere praecipiunt, antiquioribusque Clementis VIII atque Urbani pariter VIII Summorum Pontificium Decretis, sed potissimum recentibus, iisque sapientissimis Beatitudinis V. declarationibus, quibus luculentissime id statuitur, dempta culibet de Graeco ad Latinum ritum inconsulta s. Sede Apostolica transeundi facultate.

At nuper excogitato per curiam Ecclesiasticam Latinam Camenecensem subterfugio, prodiit ex ea Decretum, quo cavetur, quominus quis de arbitrario suo transitu coram Oratore respondeat, supposita quadam litispendentia hac super re, ac potius recursu ad Sanctitatem V.ram per Ep.pos Latini ritus facto, nempe ut Ruthenis licitum sit, de Graeco ad Latinum ritum proprio marte transire, utque constitutio pro Italo-Graecis emanata ad Ruthenos quoque extendatur.

Guamvis hujusmodi Decretum injuriostissimis Graeco ritui verbis conceptum sit prout illud legenti patet, supremoque Beatitudinis Vrae examini ac judicio subjicitur in anexo folio, injurias tamen aequo patientique animo hucusque fert Orator, ritus tamen ruinam, Ruthenae Hierarchiae perturbationem et villipendum, — Patriarum violationem legum, immo animarum Christi fidelium perditionem siccis ferre oculis non potest.

Exploratum siquidem est, ex hujusmodi adeo effrenata libertate corda schismaticorum nimis obdurari formidantium, ne cum erroribus, quos a primis suscepere incunabulis, ritum etiam licet sanctissimum deserere adigantur, nimisque praeterea laedi s. canones, quibus Ordinariorum jurisdictio firmiter constabilita adeo nunc a Poloniae Ecclesiasticis ritu Latino viventibus perturbatur, ac etiam villipendi publicis edictis demandatur, ut Oratori non amplius integrum sit, in propriae Dioecesis subditos ordinaria uti authoritate. — Unum est, quod Orator, flexis genibus, a Sanctitate Vestra expostulat, ut scilicet vel litispendentia, vel simplex recursus sit, quod utrumque in Camenecensis Curiae memorato Decreto asseritur, Orator ipse caeterique Rutheni Ep.pi tam gravi super negotio audiantur. Habent enim gravissima rerum momenta, quae proferunt digna sane, quae sapientissimo, justissimoque Sanctitatis V.rae examini subjiciantur. Nec sunt meri Ordinantes aut Latinorum Ep.porum Sufraganei, sed veri Ordinarii, propriam, realem, ordinariamque exercentes, habentesque Jurisdictionem.

Denique Orator instrui petit, quid sibi facta opus sit in praesentibus rerum circumstantiis, quidque cum iis agendum Ruthenis, qui de Graeco ad Latinum Ritum absque Sedis Aplicae facultate transiverant, et in posterum sunt transituri? Quod ex Gratia etc.

12.

Leopoli, 17. VI. 1757.

Litterae commendatitiae in favorem cuiusdam sacerdotis eparchiae Leopoliensis iter Romam facientis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 775, f. 104.

Leo in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopoliensis, Galiciensis, et Camenecensis Podoliae, Abbas Commendatarius Mielecensis.

Universis et singulis quorum interest, vel quomodolibet interesse poterit, Praesentes visuris, lecturis, legive audituris, salutem Domini et obsequiorum nostrorum promptitudinem.

Cum exhibitor praesentium R.ndus Basilius Sochanowicz, Presbyter Dioecesis nostrae Leopoliensis Ritus Graeci cum S. Romana Ecclesia Uniti, habeat in animo Romam inter arripere, tam visitandi sacra Apostolorum limina, quam obtinenda pro se Gratiae Apostolicae causa, supplices nobis obtulit preces, quatenus ipsum Testimonialibus hisce literis nostris prosequi dignaremur, cuius petitionis uti justae benigne annuentes, eundem ex aura, per Dei Gratiam, ab omni epidimicae luis suspicionis

libera, et salubri pergentem, omnibus et singulis ad quos pervenerit vel quorum gratiam operamque ipsi implorare contigerit, ut liberum habeat passum commendamus, et enixe rogamus, ut eidem ubivis locorum pro posse uniuscujusque christiana pietatis officia exhibere non graventur, aeternam a Deo Ter Optimo Maximo remunerationem expectaturi. Ipsi sumque praeterea R.ндum Sochanowicz Decreto nostro, sub die trigesima prima Augusti 1754 anno lato, ob certum delictum in eodem Decreto expressum mulctatum, siquidem poenas eadem sententia nostra ipsi inficias exemplariter eluerit, signaque emendationis vitae notabilia in eo reluent, Gratia Dispensationis Apostolicae dignum esse censemus, Sacraeque Congregationi S. Romanae et Universalis Inquisitionis hanc animi nostri sententiam aperimus. In quorum fidem has ei Testimoniales Literas, manu nostra subscriptas, Sigillo nostro usitato communire jussimus. Dabantur Leopoli, die 17 Iunii, Anno Domini 1757.

Leo, Episcopus L.H.C.

Bom... Xa quarta Xbris 1757.

13.

Leopoli, 19. X. 1760.

Salutationem exprimit novo Nuntio Varsaviensi in eius adventu Varsaviam et sese excusat eum Varsaviam venire nondum potuisse, insinuat quoddam colloquium cum Episcopis latinis Regni Poloniae.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 98, fol. 374.

Ill.mo, Ecc.mo e Rev.mo Signore mio,
Padrone Colendissimo.¹⁶

Pervenutami la notizia, che V.E. Ill.ma e Rev.ma era arrivata nella nostra Patria, stabilii immediatamente di portarmi in Varsavia, in tempo della Dieta, per poterle rassegnare il mio devoto rispetto ed insieme raccomandarle il mio Clero. Ma non avendo avuto una tale occasione, per essere stato obbligato a fare la visita nella mia Diocesi, e giacchè ora non posso in persona godere di questo contento, non tralascio però colla presente di soddisfare ad una parte a me ben dovuta. Supplico V.S. Ill.ma e Rev.ma, acciò voglia degnarsi per sua grazia, avere ogni attenzione possibile per noi, e proteggerci, specialmente nelle presenti circostanze, esposte a V.S. Ill.ma e Rev.ma da Monsignor Smogorzewski, Vescovo di

¹⁶ Novus Nuntius Varsaviensis, Antonius Eugenius Visconti (1760-1766).

Vitepsko,¹⁷ dove i Vescovi latini cercano di dar disgusti alla nostra (f. 374v) Gerarchia, ed al nostro Rito Cattolico, unito alla S. Chiesa Romana; desidereremmo inoltre avere alla presenza di S.V. Ill.ma e Rev.ma qualche colloquio con i Vescovi latini intorno alle cose, mediante le quali abbiamo delle vessazioni (quanto ella ciò stimasse propizio) affnchè una volta, coll'aiuto di Dio, finissero amichevolmente questi litigi con qualche risultato, il che potrebbe facilmente succedere sotto la valevole Autorità di V.S. Ill.ma e Rev.ma, conforme ancora si desidera sinceramente da tutti gli altri Confratelli, mentre in tale caso cesserebbe ogni odio, ed angustia.

Lascio il tutto al prudentissimo giudizio di V.S. Ill.ma e Rev.ma, supplicandola voler darmi l'incontro di rimostrarle la mia obbligata servitù, con tutta la stima me le rassegno di V.S. Ill.ma e Rev.ma

Devotissimo ed obbligatissimo Servidore

L. Szeptycki, Vescovo di Leopoli

P. Giasone Smogorzewski, dell'Ordine di S. Basilio.

Leopoli, 19 Ottobre 1760.

14.

Leopoli, an. 1761.

Relatio Episcopi Leopoliensis Leonis Szeptyckyj de statu eparchiarum suarum.

PETRUSEVYČ A., *Svodnaja halycko-ruskaja letopysj: an. 1700-1772*, Leopoli 1887, pag. 217-231.

Status dioecesum et ecclesiarum episcopatum Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Podoliae in A. D. 1761 conscriptus.

Episcopatus Leopoliensis, originaliter Haliciensis et Camenecensis Podoliae, circa annum domini 1533 erectus et efformatus est ex Metropolia Haliciensi, distincta a Metropolia Kijoviensi, quae ob varias temporum vicissitudines, persecutiones et incursiones hostium, per non suffectionem alias Metropolitae in locum demortui ultimi, abolita fuit,¹⁸ in cuius locum dictus episcopatus erectus est, at Metropoliae Kijoviensi fuit

¹⁷ Jason Jnosza Smogorzewski, tunc temporis iam Nominatus Vitebsensis, dein Archiepiscopus Polocensis (1762-1780) et demum Metropolita Kiovienensis (1780-1788); cfr. eius litteras in vol. VIII *Epistolarum Metropolitarum Kiovienium*, Romae 1965, cum brevi biographia et notiis biographicis.

¹⁸ Sub finem saeculi XIV; cfr. opus M. STASIW, *Metropolia Haliciensis*, Romae 1960, in vol. XII «Operum» nostrorum «Analectorum OSBM», sectionis I-mae.

aggregata; per quem autem et quo anno id me latet et nullum indicium. Erectio itaque episcopatus hujus constat e privilegio Serenissimi Sigismundi Augusti regis Poloniarum ad instantiam procerum et incolarum terrarum Russiae, Macario Tuczapski primo episcopo Haliciensi, Leopoliensi et Camenecensi (qui tali ordine, prout et Archiepiscopi latini primitus Halicienses intitulabantur), Cracoviae feria quinta post festum undecim millium virginum proxima anno suprafato 1533 dato.¹⁹ Quod erectus sit ex metropolia Haliciensi patet id ex contextu modo recensiti privilegii regii, ibi: Nos Sigismundus etc. significamus etc. quia nos ad suplicationem humilem et diligentem certorum nobilium subditorum nostrorum terrarum Russiae ritus et fidei graecae apud nos factam: querebantur enim, quod eorum spirituales cogerentur aliunde ex terris Russiae et Podoliae pro Ordinibus accipiendis in Moldaviam et alia loca externa se conferre... eo quod eorundem Locumentenens Haliciensis et S. Georgii extra muros civitatis nostrae Leopoliensis, honorabilis Macarius Tuczapski, vulgari nomine Namiestnik dictus, qui hactenus Metropolitani ipsorum Archiepiscopi Haliciensis locum administrare et tenere dicitur, non habebret eam facultatem praemissa omnia juxta ritum, consuetudinem et necessitatem fidei eorum Graecae administrandi. Supplicarunt nobis debita cum instantia ut illis... prospicere et ex eodem Locumentenente Haliciensi, et S. Georgii Leopoliensi nec non Camenecensi Podoliae praefato honorabili Macario Tuczapski, Vladicam eis insignire, dare, et constituere dignarremus, in iis proventibus et introitibus, in quibus idem Locumtenens Haliciensis hactenus mansit et praesidebat. Quorum quidem subditorum... petitionibus permoti annuentes eundem honorabilem Macarium Tuczapski Locumentenentem, in Vladicam eis dandum et constituendum duximus, damus et constituimus praesentibus, ut a Metropolitano suo Kijoviensi ad eam dignitatem Vladicatus insignitus possit praemissa omnia, quae ad ritum fidei eorum pertinere videbuntur, eis administrare... possit et valeat. Cui quidem Vladicae Macario sub potestatem illius damus et conferimus omnes et singulos spirituales, popones, eorumque ecclesias, s i n a g o g a s et monasteria in terris Russiae et Podoliae... sitas, videlicet Ecclesiam Haliciensem metropolitanam, in qua quondam Archiepiscopus alias metropolitanus praesidebat, quae nunc lingua eorum vulgari Kryłos dicitur. Item monasterium Uniow... et alia omnia quibus-

¹⁹ Revera agitur de anno 1539, quo anno Macarius Tuczapski in episcopum Leopoliensem consecratus fuit. Cfr. opus M. STASIW, *Metropolia Haliciensis*, Romae 1960 pag. 48-53; diploma Sigismundi I cfr. in M. HARASIEWICZ, *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 94-96 etc. (die 22. X. 1539).

cunque nominibus vocata, ejusdem Vladicae jurisdictioni anneximus et adscribimus etc.

Patet quoque ex authentico instrumento Macarii, Metropolitae Kijoviensis,²⁰ pergamineo cum sigillo appenso de data ejus Novogrodeci anno dom. 1549, die 10 Februarii, confirmativo institutionis capitulorum Kryłoszanorum Leopoliensium per Macarium Tuczapski, primum episcopum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem factae, idiomate ruthenico scripto, in quo sequens legitur exordium: « Мы Макарій архиепископъ митрополитъ Киевскій и проч. чинимъ знакомито... кому будетъ потреба того вѣдати... Што же которая епископія митрополії Галицкое отъ колкосотъ лѣтъ згибла и заронена была, не маючи пастыра своего,-епископа въ тихъ славныхъ мѣстехъ въ Галичи, въ Ловове, въ Каменци Подолскомъ: то такъ господаръ нашъ святое и славное памяти его милость король Жиггимонтъ и вел. князь Литовскій видячи то, ижъ въ тихъ столечныхъ мѣстехъ хвала божая не помалу оскудѣла, а звлаша люди стадо Христово безъ пастыра своего были, рачиль его король милость за жеданіемъ нѣкоторыхъ пановъ радъ тамошнихъ епископа встановити и тую епископію дати славутному Макару Тучапскому. Гдѣжъ мы ведля воли и росказаня Господарскаго того Макара на епископію митрополія Галицкое освятили и благословили ». Latine: « Nos Macarius archiepiscopus metropolita Kijoviensis etc. facimus notum... cuius scire intererit... quod qui episcopatus metropoliae Haliciensis, ab aliquot centis annis perierit et abolita fuerit, non habens pastorem suum episcopum in his celeribus civitatibus Haliciae, Leopoli, et Cameneci Podoliae; igitur princeps noster sanctae et gloriose suae memoriae Rex Sigismundus et Magnus dux Lithuaniae videns quod in his principalibus civitatibus gloria Dei notabiliter deficiebat, praecipue populus grex Christi sine pastore suo manebat, dignata est regia sua Majestas ad preces quorundam dominorum consiliariorum episcopum constituere, et hunc episcopatum honorabili Macario Tuczapski conferre. Ubi nos secundum voluntatem et mandatum principis hunc Macarium ad episcopatum metropoliae Haliciensis consecravimus et benediximus... ».

Quod vero Metropolia Haliciensis, ex quo efformatus est episcopatus Haliciensis, Leopoliensis et Camenecensis, fuerint olim distincta a Metropolia Kijoviensi, desumitur id ex privilegio Serenissimi Leonis, Russiae ducis haereditarii, Gregorio Metropolitae Haliciensi et poponibus Kryłosensibus confirmativo datorum dyplomatū pro certis villis cum subditis, campis et sylvis, decimis ac aliis dicto Gregorio Metropolitae Haliciensi

²⁰ Cfr. M. HARASIEWICZ, *Annales*, pag. 100-102; 106-110.

et succedaneis ejus donatis, in praesentia Cypriani Metropolitae Kijoviensis, Anno a condito mundo 6809 a nativitate Christi 1301, die Jovis 8-va Martii, gratiose collato, per Serenissimos Poloniarum Reges Stephanum,²¹ Varsaviae die ultima Januarii anno 1581, et Sigismundum III, similiter Varsaviae in Comitiis Regni generalibus die 10 Octobris anno 1592,²² confirmato, ad acta castrensia capitaneatus Haliciensis sabbatho post festum Nativitatis B. V. Mariae proximo anno dom. 1642 per oblatam porrecto, suscepto et ingrossato. In quo per expressum legitur: « А се я князь (Левъ) сынъ короля Даниила... яко же и мы Богу и Пречистой его матери къ церкви святого ея Успенія Крилоскимъ попомъ соборнымъ митрополіи Галицкой... et inferius и придалисмо десятини съ нашого и князкія и перевозовъ... и дани медовіе, выходы и борты и рыбныя ловища и езера даемъ къ церкви святой богоматери митрополитъ нашему Григорію и по немъ будучимъ архієпископомъ, кому Богъ дастъ держати... et infine : а при томъ були митрополитъ Кіевскій Кипріанъ, владика Перемискій Ларіонъ и князь Андрій Ярославичъ... »²³ Latine: « Ecce ego princeps Leo filius regis Danielis... prout et nos Deo et purissimae ejus Matri ad ecclesiam sanctae ejus Assumptionis Kr y ́ o s e n s i b u s proponibus capituloibus metropoliae Haliciensis... et inferius: et addidimus decimas de nostro et principum et de transnavigatione... et dationes melis... et piscaturam, et paludes damus ad ecclesiam S. Dei Matris Metropolitae nostro Gregorio, et post illum futuris Archiepiscopis, quibus Deus dabit tenere... et in fine: Et aderant huic Metropolita Kijoviensis Ciprianus, episcopus Premisiliensis Hiliarion, et princeps Andreas Jaroslawicz... ». Et quamvis ex primaeva consuetudine tres hujus episcopatus Haliciensis, Leopoliensis et Camenecensis Podoliae numerantur, numquam tamen fuere tres episcopi distincti; sed quemadmodum olim unus fuit super tribus his principalibus civitatibus: Halicia, Leopoli et Cameneco Ordinarius Metropolita Haliciensis, ita post transformatam Metropoliam ejusmodi in episcopatum, uti patet ex erectione seu resuscitatione ejus per Sigismundum temporibus Macarii Tuczapski, primi episcopi, ad hoc usque semper unus tres istas principales civitates cum suis districtibus regebat antistes in quorum successione ego numeror.

In unaquaque ex predictibus civitatibus adsunt ecclesiae cathedrales,

²¹ Cfr. M. STASIW, *Metropolia Haliciensis*, pag. 13-19; confirmatio facta fuit a Rege Stephano Batory (1574-1586).

²² Sigismundus III Waza, Rex Poloniae (1587-1632).

²³ Agitur de diplomate foundationis Leonis, principis Galiciae et Vladimiriae (1261-1301). De eius autenticitate disputant auctores.

videlicet: Leopoli extra moenia civitatis, sub titulo S. Georgii Martyris, Haliciae uno quarto milliaris extra civitatem in villa Kryłos vocitata, sub titulo gloriosissimae in coelum Assumptionis B. V. Mariae, Cameneci sub titulo SS. Trinitatis, intra moenia civitatis.

Cathedralis Leopoliensis antiquitus a quodam principe haereditario Russiae²⁴ ex latere cocto fuit extorta. Fertur eam olim fuisse abbatialem et Abbates habuisse, quando sedem principalem Metropolita Haliciae tenebat. Fertur quoque temporibus Casimiri Magni²⁵ populum Ruthenum in ea et cemeterio illius occlusum potentiae regiae se opposuisse, et expugnatum fuisse, integrum sine ulla clementia excisum, atque ab illo tempore ad creationem novi episcopi primi Macarii Tuczapski per annos circiter... ecclesiam illam mansisse devastatam. Quod eruitur quoque ex tenore confecti instrumenti Macarii, Archiepiscopi Metropolitani Kijovensis supra citati, confirmativi instrumenti Tuczapsciani institutionis Kryłoszanorum, ibi: « То пакъ онъ Макарій будучи уже епископомъ и видячи великое спустошение церкви столечной соборной во Львовѣ предъ муры Св. великомученика Христова Георгія, и поповъ убоство, зачимъ хвала божая не можетъ справована быти... ». Latine: « Itaque idem Macarius cum esset jam episcopus et videret magnam ruinam principalis ecclesiae cathedralis Leopoli extra moenia, magni martyris Christi S. Georgii et poponum paupertatem, qua de causa in ea laudes Deo nequeunt persolvi... ».

Erecto per Macarium Tuczapski capitulo in anno 1547, die 16 Novembris, capitulares presbyteri, qui habebant suas ecclesias in suburiis et in ipsa civitate Leopoliensi parochiales, septimanatim in cathedrali peragebant consuetas devotiones. Immo, extant nonnulla documenta indigentia ad ecclesiam cathedralem S. Georgii Leopoliensem presbyteros saeculares permanenter exstisset, videlicet circa annum 1588 mansisse ad cathedralm praefatam R. Simeonem, eruitur ex adnotatione in evangelio ad ecclesiam in Nova Skwarzawa sitam empto, ubi sequentia leguntur: « Року божія 1588 м'єсяця Януарія сталася р'єчь слушнаѧ, Панъ Марко въ женою своею купилъ сію книгу Евангеліє... и придалъ его до церкви Рождества Христова до села Нової Скваревы... и були при томъ священники: Сопушинскій отецъ Григорій Мацошинскій, и отецъ Евстахій зъ Старой Скварави. Д'ялося то на священію церкви и записаль то попъ

²⁴ Civitatem Leopoliensem, fertur, conditam fuisse a principe Haliciensi Daniele (1238-1264).

²⁵ Rex Poloniae Casimirus Magnus, qui terram et Regnum Haliciae iure belli occupavit suoque Regno adiunxit (1333-1370).

Святоюрскій Симеонъ изи Львова. Latine: « A. D. 1588. mensis Januarii facta est res justa, dominus Marcus cum conjuge sua emit hunc librum Evangeliorum et dedit illum ad ecclesiam Nativitatis Christi ad villam Nowa Skarzawa, et fuerunt praesentes sacerdotes Sopuszynensis R. Gregorius Macoszynensis et R. Eustachius antiquae Skwarzawa. Actum hoc est sub tempus consecrationis ecclesiae et inscripsit hoc popo alias sacerdos ecclesiae S. Georgii Leopoliensis ».

Fuisse circa annum 1609 Reverendum Eliam eruiter ex testamento anno eodem die 26 Junii per eundem R. Eliam, presbyterum saecularem, confecto et ad acta castrenia Leopoliensia feria quarta post festum S. Margarethae virginis proxima anno eodem per oblatam porrecto, suscepto et ingrossato, ibi: « Я Илля священникъ большій при церкви святаго великомученика Христова Георгія ве Львовѣ предъ муры столечной... ». Latine: « Ego Elias sacerdos major ad ecclesiam S. Martyris Christi Georgii Leopoli ante moenia sitam... ». Fuisse circa annum 1620 reverendum Stephanum Broniecki eruitur ex obductione vulnerum per eundem coram actis castren. Leopoliensibus anno praefato 1620, feria sexta ante festum S. Laurentii Martyris, facta. ibi: « Ad officium... veniens personaliter V. Pater Stephanus Broniecki presbyter ritus graeci ad ecclesiam S. Georgii itidem ritus graeci in suburdio Leopoliensi sitam degens... ».

Continuata fuit per presbyteros saeculares in hac cathedrali devotionis et muniorum peractio ad tempora Ill.mi Josephi Szumlanski, Episcopi Leopoliensis, Haliciensis, et Camenecensis, qui fecit pro aliquot Religiosis PP. Basilianis foundationem. Et in primordiis hujusmodi foundationis Religiosi habebant s u a m C a p e l l a m , et quidem ab ecclesia cathedrali remotam, in qua multo tempore divina peragebant, in cathedrali vero presbyteri saeculares. Diruta autem capella coeperunt in ipsa ecclesia cathedrali consvetas devotiones celebrare et Sacraenta populo administrare, quod ad hucusque peragunt.

Ecclesiam hanc veterem cathedralem immediatus antecedaneus meus Ill.mus Athanasius Szeptycki, Metropolitanus Kijoviensis et totius Russiae,²⁶ qua Episcopus Leopoliensis in anno 1744 diruit, et pro nova primum lapidem die 1ma Septembris anno eodem posuit, sed interventibus fatis non finivit. Reliquit nihilominus testamento suo pro finienda summam 166.820 flor. Polon. super bonis villa Horodisławice, celsissimorum ducum Czartoryskich, palatinorum Russiae haereditariis, stante vita sua locatam. Quae summa capitalis cum per me destinata sit pro

²⁶ Athanasius Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis (1715-1746) et Metropolita Kioviensis (1729-1746).

Seminario diecesano, ex censu nonnisi ejus fabrica ecclesiae continuata finitur. Pro ejus celeriori confectione et dein Seminarii erectione cleris contribuere coepit ab anno 1751, et hujusmodi contributionem moderatam ad finem operis continuare in congregazione dioecesana anno 1750 appromisit, fine ut a perpetua contributione pro Seminario, ad mentem concilii Tridentini sess. 23. cap. 18, ex beneficiis suis solvenda sit liber.

Penes hanc cathedralem fuit residentia episcopalis lignea, quae cum propter vetustatem suam proxima fuerit ad corruendum, duxi in animum aliam commodam ex latere cocto exstruere, cuius medietas murorum cum tecto, Deo adjuvante, jam est finita, et in anno venturo spero in domino alteram quoque finire partem.

Cathedralis Haliciensis a suis primordiis adhuc e tunc, quando Metropolitae Halicienses eam gubernaverant, erat in eodem loco, in quo et ad praesens reperitur, ubi dicitur arx Russiae haereditariorum principum extitisse. Quod non tam ex documentis quam ex traditione hominum et loci situ ac fossis ad hucusque permanentibus denotatur. Temporis vetustate, tum quoque variis incursionibus patriae hostium primitiva ecclesia dudum fuit collapsa. Quae nunc reperitur de lapide exstructa fuit per Ill.mum Josephum Szumlanski, Episcopum Leopolensem, Haliciensem et Camenecensem.²⁷ Cujus cuppula in medio elevata tempore regiminis Ill.mi Athanasii, immediati antecedanei mei, concidit, et per eundem lignea propter minus pondus est accomodata. Item jam meo stante gubernio in posteriori ab occidente parte notabiliter coepit dirui, quam propriis impensis reparavi, et ibidem residentiam episcopalem (cum nulla alia fuerit) ligneam exstruxi prointerim, habens in animo, Deo adjuvante, ex muro aedificare. In villa pariter Perehinsk alteram residentiam episcopalem expensis meis ultra mille flor. polon. ascendentibus modo prussico aedificavi.

Ad hanc cathedralem Haliciensem tam ex veterum traditione, quam ex nonnullis documentis elicitor temporibus Metropolitarum Haliciensium spectasse duodecim presbyteros, qui (exceptis nonnullis penes cathedralm manentibus, suas ecclesias dotatas in vicinitate habebant) ad hanc per turnum adiisse, in eaque cuncta officia divina et munia obiisse indeque propter varias rerum vicissitudines, diminuto populo Roxolano et avulsis fundationibus et bonis singulorum presbyterum, ecclesiis dirutis, illorum quoque presbyterum diminitus fuit numerus, et temporibus Ill.mi Josephi Szumlanski in quatuor nonnisi consistebat personis.

²⁷ Josephus Szumlanskyj, Episcopus Leopoliensis (1677-1708), qui anno 1700 eparchiam cum Ecclesia Catholica univit.

Modo dictus Ill.mus Szumlanski ad capellam sub Campanili cathedralis illius existentem fundavit et introduxit quatuor Religiosos Patres Basilianos, pro sola obligatione absolvendi Missas in suffragium animae illius, non autem pro peragendis divinis officiis in ecclesia cathedrali, quod etiam testamento ultimae voluntatis suae praecustodivit, ne presbyteros saeculares in hoc impediant, qui tamen demortuis in ultimum praesbyteris saecularibus cathedralibus, et nec uno in eorum locum suffecto, temporibus immediati Ill.mi Athanasii coeperunt in ipsa cathedrali ecclesia divina officia peragere, et populo illius loci Sacra menta quoque administrare, vices decessorum presbyterorum saecularium ad hucusque adimplentes.

Cathedralis Camenecensis Podoliae est intra moenia illius civitatis, ex muro exstructa, sub titulo SS. et individuae Trinitatis. Circa hanc cathedralem nunquam episcopi residebant, sed nonnisi presbyteri saeculares more aliorum pro parochis instituebantur et ad eam permanebant ad tempora regiminis Ill.mi Athanasii, immediti antecedanei mei, qui circa annum 1723 sive 1728 ultimum presbyterum saecularem et dictae cathedralis parochum institutum, R. Stephanum Krakowiecki (cujus filius Demetrius civis Camenecensis et alii haec in anno 1747 refe-rebant), jussit transferri ad ecclesiam SS. Apostolorum Petri et Pauli ibi vicinam, jam autem ad cathedralem mandavit introduci primum Religiosum Patrem Maszkiewicz, qui, adscitis sibi aliquot Religiosis ex aliis monasteriis, dictam cathedralem coepit inhabitare, penes quam ad hucusque iidem Religiosi Patres Basiliani commandent, ubi et coenobium ex muro extruxerunt et ecclesiam ipsam transformarunt, partim sumptibus defuncti Ill.mi Antecedanei, partim eleemosyna presbyterorum saecularium, quae de facili poterat colligi per Superiorem illius loci Admodum R.dum Patrem Josaphat Prunicki, qui simul Officialis eo tunc fuerat, quod constat ex ipsis registris et litteris ad D. Antecedaneum meum scriptis.

Bona Mensae episcopalnis ad hos episcopatus spectantia sunt: villa Perehinsk in Palatinatu Russiae, in districtu Zydaczoviensi sita, importantia annui redditus circiter 10.000 fl. pol. Haec villa ante saeculum fuit avulsa et in bona regalia transformata, procurataque fecit in Comitiis Regni generalibus anno domini 1661 constitutio, ut si quis in aliquo judicio quaestionem super his bonis villae Prechinsk moveret, ante omnia tenebatur solvere quatuor millia marcarum polonicalium. Hoc tamen non obstante pie defunctus Ill.mus Josephus Szumlanski contra ejusmodi constitutionem tentavit patrimonium Christi e manibus laicorum D. D. Kniecpolsciorum vindicare. Et Deo ipsum adjuvante recuperavit non sine notabilibus expensis, ad septuaginta millia floren. polon. ascendentibus,

exceptis aliis, uti narrat idem p. m. Episcopus in suo testamento, contrariumque in Comitiis generalibus anni 1690 procuravit constitutionem.

In Kryłos reperiuntur subditi numero 30, operis suis cum taberna ad 1000 floren. polon. circiter Mensae episcopali in annum nunc importantes, cum sub tempus captae a me posessionis hujus dioecesis non nisi 300 flor. polon. redditum adinveni. Adest ibidem villa Podgrodzie dicta, a villa Kryłos solo rivulo divisa. Haec quoque villa a cathedra Haliciensi adhuc in anno... avulsa ad haec tempora in manibus Laicorum haerebat, pro bonis regalibus baptizata, quam ego impensis propriis, ad viginti millia flor. polon. et ultra ascendentibus, recuperavi et villae Kryłos adunavi et binis decretis tribunalium Lublinensis et Radomiensis corroboravi; ast obtento subreptitie a D. Molski privilegio S. M. R. Poloniae nunc ab eodem fuit invasa, de qua ad litem adhuc contra supradictum D. Molski coactus sum.

Leopoli in suburbio propre cathedralm adest juridica in annum 100 floren. Polon. Mensae episcopali importans. Solent quoque bis in anno celebrari nundinae prope cathedralm, diebus videlicet festis Protectionis B. V. M. et S. Georgii Martyris, ex quibus proventus plus minus ad flor. pol. 400 ascendens Mensae episcopali cedit. Hunc proventum, vacante post obitum Ill.mi Athanasii immediati antecedanei mei sede episcopali, Patres Basiliani ad cathedralm habitantes usurpabant, et sibi adsciscere in perpetuum conabantur; verum sede plena reddita conatus eorum, cum nullum jus habuerint, incassum ivit.

Ad cathedralm Camenecensem nulla bona, nulla juridica, immo et residentia episcopalnis nulla habetur, propterea que penes eam nullus Episcorum residentiam, sacris canonibus praescriptam, continuabat, sed nonnisi aliquando nonnulli eam visitabant, semper tamen Vicarius generalis ibi manere solet, prout in aliis civitatibus, videlicet Haliciae et Leopoli, item duo alii Vicarii Brzezanensis et Barensis, qui omnes propter promptiorem administrationem justitiae, quam faciliorem aditum parochorum et parochianorum habent a me jurisdictionem.

Praeter modica praerecensita bona, clerus, ex usu et praescripto Sacrorum Canonum, quotannis cathedralicum consuevit contribuere, qui ad triginta millia flor. pol. quandoque non semper tamen ascendere solet. Unusquisque enim parochus, computando unum pro alio, solvit per floren. polon. duodecim, et unum florenum pro procuratoribus tueribus in variis subselliis negotia cleri.

In prerecensitis tribus cathedralibus supellex ecclesiastica exigua habetur quam ego juxta earum exigentiam et mei possibilitatem de novo fieri procuravi, quemadmodum etiam pro luminibus ac reparatione nulla extstat fundatio, ista pariter per me ex fidelium oblationibus suppedi-

tantur. Apparatum quoque episcopalem modicissimum reperi circa meum introitum et apprehensam posessionem harum ecclesiarum, ita ut a primordiis coactus fuerim expendere pro necessitatibus ornatus episcopalibus summam notabilem ad 35.000 flor. polon. ascendentem.

Ecclesiae parochiales in hoc integro episcopatu per oppida et villas numerantur ad semitria millia, sed vix centum reperientur, quae congruam habeant fundationem pro parochorum sustentatione. Fundationes earum passim in assignatis certis agrorum et foenificiorum particulis, et exiguis locis pro apisteriis consistunt, quos agros parochi nullos habentes subditos, propria industria excolere necessitantur. Immo plurimae adhuc usque sunt parochiales hujusmodi ecclesiae, quae pro exiguis hisce agris nullum in scriptis habent documentum; et parochi loco scriptarum erectionum immemorabili nonnisi tutantur usu hujusmodi agrorum, et foenificiorum. Unde persepe evenire solent lites inter Patronos et parochos super agris et foenificiis ejusmodi, dum patroni per suam potentiam, nullo praemisso juridico passu, partes aliquas ad se recipiunt asserentes parochos eas sibi indebite et injuste appropriasse: e contra, parochi proprietatem talium agrorum immemorabili usu evincere nituntur, sed raro quid lucrantur.

Ad avertendas de agris et foenificiis hujusmodi lites ego a primordiis mei regiminis, inhaerendo SS. canonibus quibus integritas fundationum ecclesiasticarum praescribitur et statuitur, constitui et officialibus meis serio commendavi ut deinceps, obveniente vacatione alicujus ecclesiae parochialis quae non habet fundos ecclesiasticos specifice in scripto vim erectionis habente expressos, tali ecclesiae de novo parocho tamdiu non providendum, quoisque agrorum et fundorum illorum ex antiquo pro ecclesiasticis habitorum et in immemorabili parochorum antecedaneorum posessione existentium, nihil plus praetendendo, nisi ubi absolute essent insufficientes ad parochi sustentationem, aut liberalitas dominorum patronorum antiquam usu introductam fundationem ampliare (quod hactenus non est visum) vellet, specifica per patronos et haeredes non subsequetur descriptio, et dislimitatio, ita ut in posterum de facili cognosci possit, an aliquid parocho sit substractum vel per eum indebite sibi appropriatum. Verum haec mea sollicita dispositio apud nonnulos dominos patronos pro injuriosa novitate recensita est. Dicunt enim quod per id vellem eos adstringere ad tribuendas ecclesiis et parochiis novas fundationes, quamvis et hoc suffragantibus mihi s. canonibus et signanter Synodi Zamoscena decreto, tit. de parochis et parochiis 17 §. Insuper: demandare possem, et ea propter arbitrantes libertatem suam per id laedi, nullatenus ad hujusmodi fundorum in scriptis specificationem faciendam accedere volunt, etsi verbotenus et in suis praesentationibus non negent, totum id quod

ab antiquo ad ecclesias et earum parochos spectabat, et in posterum spectare atque in pacifica parochorum posessione manere. Et hac de causa nonnullae parochiae per aliquot annos sine parochis vacare coguntur, non sine notabili parochianorum incommodo et animarum periculo.

In singulis beneficiis curatis adsunt parochi, qui divina officia et Missarum sacrificia diebus dominicis et festis celebrant, parochianis Sacra-menta administrant, rudimenta fidei explicant, et soli in singulis annis quatuor vicibus coram loci decanis examen de progressu in casuum conscientiae studiis peragunt. Si quis reperiatur minus habilis vel senio confectus, ita ut per se muneri parochiali sufficere nequeat, tali permittitur eligendus coadjutor, cum praesentatione patroni, cum futura successione, praevia assignatione ipso congrua sustentatione hujusmodi coadjutori medietatis fructuum sui beneficii.

Propter tenuitatem beneficiorum pauci viri in scholis latinis edocti ad ea promovebuntur, passim nonnisi promoventur tales qui rhethoricae in scholis operam dabant, vel qui solum lingua vernacula theologiam moralem priusquam ordinantur omnino addiscunt. Promovendi ad Ordines antequam ad illos admittuntur, primo: stante consuetudine antiqua, pendere solent scuta Romana quatuor et 5, partim pro juribus cancellariae et ministrorum, partim pro restauratione et conservatione apparatus et pro caeteris requisitis, ad facendas ordinationes. Secundo, praemittitur indagatio de eorum vita ac moribus, tum etiam de statu ecclesiae vacantis, item an praesentatus non dederit aliquid patrono vel alteri cuiquam pro illo apud patronum intercedenti pro sui praesentatione. Facta indagatione et constituto de praesentatorum vitae et morum probitate, sufficienti ecclesiae supellectili et dote pro parochi sustentatione, peractoque serio examine de scientia et habilitate idem ante susceptos Ordines minores consuetam emititur fidei professionem et ad finem jura-mentum, quod nihil patrono dederit pro sui praesentatione per se vel per quempiam alium, aut dare promiserint, juxta formam in synodo Zamosciana, tit. de Simonia, praescriptam.

Adsunt in his meis dioecesisibus monasteria virorum Ordinis D. Basilii numero... quae per eorum Provinciales ab anno 1739 reguntur, sed vix in duoedecim reperitur numerus Religiosorum a s. canonibus et decretali Benedicti XIV, quae incipit: *Inter plures*, anno 1744 edita, praerequisitus. Et quamvis nonnulla horum ad mentem praecitatae decretalis jam sint sublata, attamen restant adhuc plura, quae forent sufferenda iuxta rigorem mandatorum apostolicorum. Sunt inter ea monasteria duae Abbatiae, prima Unioviae, antiqua fundatione per Sigismundum I Mensae episcopali adscripta, pro nunc a PP. Basilianis usurpata, de qua actio mihi adhuc remanet; secunda, noviter per Celsissimum principem

Radziwiłł, supremum M. D. Lithuaniae exercituum ducem,²⁸ in oppido Zułkiew, circa ecclesiam quae a primitiva fundatione sua saecularis parochialis fuerat erecta. Multorum monasteriorum Religiosi tenent parochias et curam animarum exercent non tam ex vi originativa fundationis, quam potius e usu, tunc potissimum acquisito, quando iidem Religiosi ad officia Vicariorum Generalium et curialia per Ill.mos antecedaneos meos adhibebantur, ac in dioecesibus regimen super clero saeculari habebant. Postquam cessaverint Religiosi adhiberi ad munia curialia et officia Vicariorum, clerus saecularis coepit praecedentiam super Religiosis in publicis functionibus praetendere, Religiosi vero eam clero negare. Qua de re aliquoties exortae fuerant rixae, praecipue tempore introductionis mei ad capessendam posessionem episcopatus, in anno 1749, die 29 Junii, non sine gravi magnatum et variae conditionis populi ad hunc actum congregati scandalo. Verum ad hucusque a neutra parte de hujusmodi praecedentia lis fuit intentata. Adsunt quoque et sex monasteriola Monialium ejusdem Ordinis S. Basilii M., sed sine ulla clausura et fundatione, ac moniales in eis manentes sine vita communi, singulae distinctim curant pro se victum et amictum, fila nectendo, dealbando et vendendo. Ad noviciatum amplius non suscipiuntur, cum non sint, quae habeant dotem a Synodo Zamosciana, tit. de monialibus, praerequisitam. Duxi in animum Leopoli, in Monasterio S. Onuphrii virorum, quod ad mentem citatae decretalis Benedictinae *Inter plures*, a monachis utpote in numero trium existentibus, et nullam aliam certam fundationem, praeter trecentos in anno pro omnibus tribus Religiosis flor. polon., a Confraternitate Stauropigiana, in cuius provisoriatu illud monasterium existit, pendi solitos et incertas modicissimas eleemosynas habentibus, deserit debuerat, post recessum monachorum moniales locare, et ibidem clausuram pro eis ex muris paratis et sufficientibus pro coenobio eorum exstruere; verum Confraternitas dicta pio huic meo intento, etiam cum appromisso penes eandem remansuro provisoriatu acquiescere renuit; et subaudi divi ipsosmet Religiosos curare sive jam habere benefactores ad faciendam in dicto monasterio S. Onuphrii pro octo monachis fundationem.

Seminarium dioecesanum circa nullam harum trium cathedralium mearum hactenus exstat, praeter fundationem pro educandis quatuor Alumnis in Collegio Pontificio Leopoliensi, per pie defunctum Ill.mum Athanasium, antecedaneum meum inscriptam. Ast Deo dante, finita ecclesiae Leopoliensis fabrica spero brevi erigere et fundare illud super medietate summae capitalis 116.820 flor. pol. pro dicta fabrica per

²⁸ Michael Radziwill, magnus dux exercitus Lithuaniae (1744-1762).

suprafatum p. f. Athanasium reicta; pro alia autem medietate presbyteros saeculares in caelibatu existentes pro obsequio ecclesiae et pro assistentia episcopo, quae multoties a Religiosis circa hanc cathedralm existentibus denegatur, tum quoque pro manutentione fabricae, ideo pro hac summa in toto remansura clerus per annos 10 contribuit in fabricam 147.383 flor. pol. fine, ut liber restaret a perpetua in posterum contributione pro dicto Seminario dioecesano.

C o n f r a t e r n i t a t e s in plurimis ecclesiis reperiuntur sub invocatione sancti tutelaris illarum ecclesiarum. Fundationes tamen nullas habent, sed ex se solis annuatim moderatas faciunt collectiones, tum ex eleemosynis et illas vertere solent in reparacione ecclesiarum respective suarum, pro luminibus et apparamentis necessariis, prout tenuitas talium proventuum illorum suppeditat. Inter omnes Confraternitates dioecesarum mearum primum locum obtinet Confraternitas Staupigiana in civitate hac Leopoliensi, quae adhuc in anno 1584 per patriarchale privilegium exemptionem ab ordinaria episcopi sui jurisdictione procuravit, et jurisdictioni immediatae Patriarchae Constantinopolitani se subjicit. Dein, postquam exemplo aliorum Ruthenorum ad Unionem cum Romana Ecclesia accessit, a Clemente XI similem in anno 1709 obtinuit exemptionem et jurisdictioni immediatae S. Congregationis de propaganda Fide se subjicit. Unde jurisdictionis episcopalnis Ordinaria non nisi in iis ad hanc Confraternitatem extenditur, quae respiciunt curam animarum et devotiones ejus. Jam vero rationem villicationis suae tam ex bonis stantibus, quam ex proventibus typographiae, pulsus campanarum et aliis, coram commissario Latino, qui passim consvevit esse praefectus Collegii Pontificii Leopoliensis reddere consvevit. Haec Confraternitas ex dictis proventibus providet cuncta necessaria pro ecclesia civitatensi, circa quam existit. Singulis annis quatuor presbyteris in vim deservitae mercedis ex antiqua conventione solvit fioren. polon. sexcentos. Providet quamvis exiguum victum scholaribus ibi in contubernio habitantibus. Item necessaria pro ecclesia S. Onuphrii et Religiosis PP. singulis annis flor. Polon. 300. Tum necessaria pauperibus in Xeronodochio ibidem antiquitus existenti.

Populus in his dioecesis curae meae concreditus circa sollicitam parochorum curam in scientia mysteriorum fidei catholicae cum Dei gratia multum profecit. Nihilominus in locis praesertim cum exteris Regnis finitimis multi reperiuntur durae cervicis, qui non adeo svaviter sanam percipiunt doctrinam. Existentes enim in confiniis Turcarum non raro audiuntur, in pernitiem animarum suarum, mulieres praecipue ad Turcas aufugere, cum illis sceleribus voluptatibus contaminari et quandoque etiam a fide apostatare. Alii ad finitimos schismaticos pro devotionibus et peragendis confessionibus nulliter ac illicite recurrere; alii

intra viscera proprii Regni in clandestinis polygamiis permanere; alii raptis alienis uxoribus legitimis cum iis in Valachiam confugere et ibidem nefando coeno conspurcari. Plurimi, partim longioribus jejuniis secundum praescriptum orientalis ecclesiae observari solitis pertaesи, partim vexationibus latinorum tanquam pusillanimes resistere non curantes, nativum ritum deseruerunt, et latinum amplexi sunt, deserereque et amplecti in dies non cessant. Matrimonia praecipue Ruthenorum cum Latinis evidenter praebent causam majoris in dies ritus nativi diminutionis. Sive enim vir Ruthenus duxerit in uxorem mulierem Latinam, sive mulier Ruthena nupserit viro Latino, proles utriusque sexus ex talibus matrimonii nata ut plurimum in ritu latino baptizari et educari consuevit. Immo non raro contigit, quod contra voluntatem parentis Rutheni sacerdotes ritus Latini ausi sunt infantes ritu latino baptizare et sub praetextu collati cum tali violentia baptismatis in suo ritu adolescentes retinere. In more namque huic fuit ordinatione Ill.mi Rev.mi D.ni Joannis Skarbek, Archiepiscopi latini Leopoliensis, anno 1714, die 14 Junii edita et per archidioecesim publicata firmatum, ut quoties contingerint matrimonium contractum latini cum Ruthena, vel Rutheni cum latina, ex talibus matrimonii nata proles mascula ritum patris, famella ritum matris sequi et in illo baptizare debeat. Verum hunc morem et ordinationem domini sacerdotes latini primi violant, infantes baptizant, adultos variis sinistris representationibus decipientes ad amplectendum eorum ritum permovent, contra tot prohibitiones Apostolicas ad suum ritum admittunt, et nos de similibus coram S. Sede Apostolica incusat. Si contingat aliquem Ruthenum latinizatum citari ad judicium suum proprium Ruthenum ad dandas causas et juridicas, quare ritum nativum deseruit ad docendumque de dispensatione legitime obtenta, illico ex Officio latino talis inhibetur ne ad Officium nativum Ruthenum audeant comparere et ibi se sistere, prout istud Leopoli et Cameneci ante annos sex circiter, ubi citati ratione mutationis in recenti ritus nativi Rutheni, fuerunt Leopoli per Ill.mum D. Raymundum Jezierski protunc Officiale latinum et Cameneci per pie defunctum Ill.mum ac Rev.mum D. Dębowksi, episcopum Camenecensem, ne in Officio ritus graeci compareant ad se excusandum et justificandum, fuerunt inquam inhibiti et stante tali inhibitione non comparuerunt. Quare nisi his arrogantibus ausibus occuratur a S. Sede Apostolica vel per negationem talium conjugiorum, vel alio efficaciori modo, timendum ne in ritu nostro graeco remaneant pastores sine ovibus.

De quibus omnibus statum mei episcopatus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis concernentibus veram hanc et realem facio relationem ac ad majorem fidem solito meo sigillo firmatam me subscribo. Datum Leopoli...

15.

Leopoli, 8. VI. 1762.

*De libera emptione aquae vitae aliarumque a sacerdotibus ruthenis certiorat
Episcopus de gratia concessa a comite Potocki.*

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 359-360.

Leo na Szeptycach Szeptycki

*Z Bożej i Stolicy Apostolskiej Laski Biskup Lwowski, Halicki i Kamie-
niecki, Opat Komendatariusz Mielecki.*

Przewilebnym Dziekanom, wielebnym Parochom, Koadjutorom, Wikaryuszom, i wszystkiemu tak Swieckiemu jako i Zakonnemu Duchowienstwu w wlosciach Buczackiej, Horodenskiej, Potockiej i Peczeniskiej, Dyecezyi Naszej będecemu, Nam w Chrystusie miłemu zdrowia w Panu.

Gdy Jasne Wielmożny Mikołaj Potocki Starosta Kaniowski, Dóbr rzeczonych dziedziczny Pan, chcąc zwykłej przychylnosci swojej dla Kleru dobroczynne pomnażać dowody, a przezornie postrzegając niejakie ubliżenie przyzwoitym wolnościom Duchowienstwa w Kollacyi swojej będeczego, które jako jest przez Prawa Ojczyste i Koscielne w tym Królewstwie równemi swobodami, i prerogatywami z Klerem łacinskim zaszczycione, tak w równym go poszanowaniu miec żądając, z pobożnoscι swojej autentycznym Instrumentem dnia trzeciego Grudnia Roku przeszłego 1761, w Kaniowie od siebie podpisany, a dla większej twierdzy Aktami Grodu Lwowskiego *Feria Quinta* w samą Oktawę Bożego Ciała roku teraźniejszego 1762 roborowanym, wszystko, cokolwiek zdało się byc *Immunitati Ecclesiasticae* przeciwnego, zniosł, i abrogował, pozwalając każdemu Wielebnemu Parochowi z pewnym ostrzeżeniem wolne branie wszelakich trunków na swoje potrzeby, zkad się podoba, także tiutionów, gdzie sadzic i zbierac jest zwyczaj z Cerkiewnych tylko a nie najetych ogrodów zebranych wywóz i sprzedaż gdzie i komu zechce. Przy tych i innych w tymże Instrumencie opisanych wolnościach nienaruszenie zachować postanowił, i Sukcessorów swoich do zachowania obowiązał. Takowe więc Dobrodziejstwa wzajemnie chcąc miec zawdzięczone, Wielebnosciom Waszym zalecic ymyslilismy, jakoż tym naszym pisaniem zalecamy, i nakazujmy, aby każdy z was w Intencyach waszych przed Służbą Bożą i przy każdej Liturgii J. W. Mikołaja Kollatora swego, aby mu Bóg przedłużył życia, a pomnożył Laski i Błogosławienstwa swoje, miłosierdziu jego polecał, a po długiem życiu szczęśliwie skonczonym pierwszą odebrawszy wiadomość *pro suffragio* Duszy jego po trzy Służby Boże odprawił, a potem przy każdej strasznej Ofierze o tej pamiętał.

Osobno zas temże Processem Przewielebnym Dziekanom Bucza-ckiemu, Horodenskiemu, Kossowskemu i Zabłotowskemu zalecamy pilne przestrzeganie, aby przywróconych sobie WW. Parochowie wolności *non abutantur*, to jest: aby dla kogo innego z Krewnych i Przyjacioł swoich z ukrzywdzeniem Arend trunków nie podwozili i tiutionów cudzych pod swoją protekcję do sprzedania i wywiezienia na stronę nie przyjmowali. Alias za każdy raz występu przed własnym Dziekanem dowiedzionego grzywnami dziesięciu na Cerkiew miejsca, a dziesięciu na arenę karac tymże Przewielebnym Dziekanom pozwolenie dajemy. Który Proces wydrukowac i do wszyskich Cerjwi w pomienionych włościach będących rozesłać, a Instrument przerzecznego Prawa w Aktach naszych Nadwornych, i Grodu Halickiego dla łatwiejszej wiadomości wszystkich do tego interes miec mogących oblatować rozkazalismy. *In quorum fidem etc.*

Datt. w Lwowie dnia osmeego Czerwca 1762.

(L. S.)

Leo, Biskup L.H.K.

Daniel Werchracki, Pisarz.

16.

Volodimiria, 15. XII. 1762.

Litterae communes Episcoporum et Archimanditarum in defensionem famae novi Metropolitae Kiovensis, Feliciani Wolodkovycz.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 827, f. 335-336.

SS.me D.ne, D.ne Clementissime.

Ab illo tempore, quo divina cooperante gratia Majores nostri, abjectis quibusvis pravitatibus, mystico corpori sub uno capite Ecclesiae Sanctae uniti sunt, primus modo accidit casus, quem omnes non sine maximo dolore, et ignominia Catholicae Ecclesiae, sponsae Spiritus Sancti impollutae, atque summo Inimicorum ejusdem, et Unitorum Fide scandalo recensemus, dum quasdam contra modernum Primatem nostrum Ill.mum, Exc.mum, ac Rev.mum D. Felicianum, Archiepiscopum Metropolitanum totius Russiae constructas apud Sanctam Sedem deformitates attoniti subaudiamus.²⁹ Fatemur, B.me Pater, sincera cordis et animi contestatione,

²⁹ Accusationes motae fuerunt etiam rationibus politicis diversarum familiarum Poloniae nec non a personis aemulis, quae hanc supremam auctoritatem Wolodkovicz aegre ferebant eamque subruere contendebant; in sequelam harum accusationum, novo Metropolitae datus est statim Coadiutor cum iure successionis, Leo Szeptyckyj, hoc eodem anno 1762; qui ei successit tantummodo anno 1778, per obitum Coadiuti. Coadiutoria haec tamen valde difficilis erat sane ob hanc circumstantiam et ob characterem asperum Metropolitae; cfr. de hac periodo praesens volumen documentorum nec non *Epistolas Feliciani Philippi Wolodkovycz* (vol. V-VI), Romae 1969, et alia quamplurima.

nullatenus in id inclinari, ut aliquid inconveniens, quod Deus avertat, in medio nostri aliquo iniquo pacto toleretur, sed ex alia parte ingenu vix sustinere possumus, ut Insons debitum suffragiis destitutus ad sinistram propter suos fines Hostium ritus suaequae personae representationis aliquam jacturam pati videatur, et hac ratione permoti cum in progressus praelaudati Exc.mi, ac Rev.mi Domini Hierarchae, ipsiusque recte facta matura deliberatione oculos mentis nostrae infixerimus, aliud de ipso proferre testimonium minime dubitamus, nisi quod eam, quam a juventute piam, probam, et exemplarem absque ulla macula duxit vitam ad usque, etiam ingravescente aetate sua, ad aedificationem publicam ducere non desistit. Si vero fateri licet cum (f. 335v) libertate viro ecclesiastico digna, quod ipse Jura Ecclesiarum, et Parochorum absque ullo Potentiae Saeculi motu constanter propugnaverit, delinquentes pia securitate coerciverit, disciplinam ecclesiasticam promoverit, oppressos injuste sublevare contenderit; odium proinde veritatis, et justitiae osorum contraxit. Sane cum nuper functus magni consilii, publicae existimationis, et perfectae prudentiae vir Florianus Metropolita³⁰ praesentem Primatem nostrum in Coadjutorem suum Metropoliae sponte elegerit, non alio certe motivo ad id perductum existimamus, nisi quod in ipso dotes huic muneri aptas adverterit, nihilque de ipso inaudiverit, quod excellentiam hujus sacri munera contaminare posset. Ipsa etiam Basiliana Religio, in qua ab ineunte aetate in spiritu et probitate religiosa educatus, eximia de eodem constanter testimonia praebuit, nihilque considerandum remanet, quod ipsius publicae existimationi non suffragetur. Cum itaque potissimum pro bonis operibus eundem persecutionem pati a malevolis procul dubio reputamus, idcirco preces supplices Sanctitati Vestrae afferimus, ut Sanctitas Vestra, Dominus Clementissimus, pro sua innata bonitate, et laudatissimo justitiae zelo laceratam inique Primatis nostri famam protegere gratiose dignetur.³¹ Quae gratia redundabit in integrum Roxolanam Ecclesiam, perpetuo Deum Optimum Maximum ardentissimis precibus exoraturam, quatenus Sanctitatem Vestram ad communem Orbis Catholici felicitatem, quam diutissime (f. 336) incolumem servet, prout et modo eadem professione devincti in devotissimo Sacrorum Pedum osculo manemus.

³⁰ Florianus Hrebnykyj, Metropolita Kioviensis (1748-1762) cfr. eius *Epistolas* in vol. IV *Epistolarum Metropolitarum Kioviensium Catholicorum*, Romae 1959, ubi havetur eius brevis biographia.

³¹ Revera Metropolitae datus est Coadiutor cum iure successionis in persona episcopi Leopoliensis, et ipse exhortatus est, ut statui suo conformius se gereret; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, Romae 1954, pag. 172, nr. 753.

Vlodimiriae, die 15 Decembris 1762.
Sanctitatis Vestrae Domini Nostri Clementissimi Scabella pedum et
continui exoratores
Silvester L. Rudnicki, Episcopus Luceorien., et Exarcha totius Russiae.
Leo Scepticki, Episcopus L.H.C. Abbas C.M.
Maximilianus Rylo, Episcopus Chelmen.
Heraclius Lisanski, nominatus Archiepiscopus Smolenscen., Severien.
Abbas Honuphr.
Antoninus Młodowski, Episcopus Turovien, Coadjutor Pinscen.
Hippatius Bilinski, Ord. S. Basili M. Congregationis Ruthenae Proto-
Archimandrita.
Gedeon Beyner, Abbas Zydyczynensis Ord. S. Basili M.
Josaphat Siedlecki, Abbas Ourucen. Ord. S. Basili M.
Ignatius Ulinski, Ord. S. Basili M. Abbas Dubnensis.
Augustinus Nowosielski, Ord. S. Basili M. Abbas Kobrinen.
Alexander Jodko, Ord. S.B.M. Archimandrita Dermanensis, Dubnen-
sis, et S. Crucis.

17.

Leopoli, 23. II. 1763.

*Certiorat de quodam errore in Bulla Coadiutoriae petitque ut ei insimul con-
cedatur cum Coadiutoria etiam Archimandria Kievo-Paczarensis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 90, f. 1.

Eccellenza Reverendissima.

Quest'ordinario mi vien resa la copia della spedizione fatta delle Bolle per la Coadjutoria della Metropolia;³² la quale come n'ebbe il principio dalla stimatissima benevolenza di V.E.za Rever.ma, così anche dalla medesima l'accellerato effetto. Dal leggere la suddetta copia m'occorsero degli sbagli nella estensione di Bolle, e li pressanti sono questi: che non s'è fatta menzione dell'Abadia di Milec, che dalla suprema Disposizione della Sagra Congregazione di Propaganda Fede n'è stata data in Comenda; e dell'altra Kijovopieczarensse, la quale unitamente colla Metropolia tutti i Metropolitani ottenevano, quantunque le Chiese tanto Metropolitana, che Abbaziale siano in possesso (f. 1 v.) degli scismatici di Kijovia, onde ne segue, che da tale omissione non solamente corre il pericolo la prima, e non riccapescar l'altra, ma ancora s'apre la strada alle varie liti e dispute

³² Bulla Coadiutoriae cum iure successionis data fuit revera die 18 decembris 1762; cfr. eius textum in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 179, nr. 756.

sopra di esse. Ricorro pertanto umilmente alla benigna Protezione di Vostra Ecc.za Rev.ma, che si degni d'interporre le sue autorevoli istanze acciò possa esservi rimediato a tali omissioni, mentre prima d'arrivare ad esser Metropolitano, soffrirei a causa di esse i pregiudizi ed incommodi grandi. Ciò che dalla Padronal Bontà ed Autorità di V. Ecc.nza Rev.ma dipendere qualmente lo confesso, così supplichevole di ciò con le infinite obbligazioni indesinenteamente mi confermo etc.

Leopoli, 23 Febbraio 1763.

Di Vostra Eccellenza Reverendissima

divot.mo, umill.mo ed obbligat.mo Servidore

L. Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad.re Metrop.

18.

Leopoli, 20. IV. 1763.

De Coadiutoria Kiovieni deque expensis a Coadiutore faciendis et de retentione eparchiae Volodimiriensis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 90, f. 2-3.

Eccellenza Reverendissima.³³

Quanto la valevole interposizione di V. E. Rev.ma presso la Sacra Congregazione di Propaganda fatta, mi è più che gratissima, tanto riconoscendola efficace, ne fo il dovuto ringraziamento; solamente che si dubita sopra di che potrebbe fissarsi l'assegnamento per l'Offizio della Coadiutoria, su di ciò n'umilio la mia riflessione, qualmente a causa che Monsignor Metropolitano non mi ha fatto Coadjutore del di lui Vescovado di Vladimiria, e per conseguenza resta in potere di esso farselo diverso, mi pare inconveniente, che le spese e fatiche nel farsi da me qualmente suo Coadjutore della Metropolia, abbino ad imporsi su il di lui mentovato Vescovado, il quantunque si suppone vacante e non Metropolia, con tutto ciò l'assegnare al Coadjutore di essa sopra di quello qualche porzione, sarebbe una cosa affatto nuova, quando che altrimenti si è praticato dal medesimo Metropolitano di oggi, allora Coadjutore del di lui (f. 2 v.) Antecessore della Metropolia, come ampiamente apparisce dal foglio che ho l'onore d'includerne, dal quale anche la quantità delle rendite della Metropolia più o meno viene specificata, poichè io ne delle Metropolitane, ne delle Vescovili di Vladimiria non sono informato. Laonde il metodo che V. E. Rev.ma richiede da me, potrebbe essere questo, che il suddetto

³³ Nuntius Apostolicus Varsaviensis, Antonius Eugenius Visconti (1760-1766)

passo del medesimo Metropolitano introdotto ed usato per molti anni sino ad obitum del passato, sia in esecuzione anche al presente, onde in fondamento del fatto foglio come si è premesso, praticato, potrebbe la Sacra Congregazione procederne con un ordine positivo, oppur comunicativo a V. E. R.ma che l'eseguisca, atteso che la stessa Sacra Congregazione volle provvedere il Metropolitano di Coadjutore della Metropolia, ed attenta di più la circostanza, perchè esso desidera la ritenzione del Vescovado di Vladimiria, che è dei migliori di Russia, quando che egli dovesse fare un assegnamento (f. 2) sopra delle rendite della Metropolia al Coadjutore, della medesima sarebbe ricompensato colla suddetta ritenzione, qualmente fra il medesimo ed il di lui Antecessore fu ciò praticato, contentandosi questo in maggior parte delle rendite di Polocko, quantunque ne abbia avuto di esso un altro Coadjutore, e cedendo la porzione delle rendite al suo Coadjutore rispettivo della Metropolia, e a questo fine senza incommodare più V. E. R.ma, mando una minuta di supplica al suo degnissimo Uditore. Sottometto tutto ciò al più savio giudizio di V. E. Rev.ma, e la supplico di mantenermi nella sua grazia infinitamente da me stimata, qualmente con ogni dovuta obbligazione mi raffermo

Di V. Eccellenza Rev.ma umil.mo, divot.mo ed obblig.mo Servitore
L. Szeptycki, Vesc. di Leop., Coad. Metrop.

Leopoli, 20 Aprile 1763.

19.

Leopoli, 14. XII. 1763.

De modo providendi de expensis pro Coadiutore Kiovensi et proventibus Coadiutoris in genere; sese iustificat ab obiectis sibi a Metropolita hac occasione.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 90, f. 5-12.

Ill.mo Sig.re Padrone Col.mo.³⁴

Mi è arrivata la confidente del 24 scaduto da V. S. Ill.ma favoritami, da cui intendo con il dispiacere, che S. E. Monsignor Nunzio s'ha da sperar ancora costì, nulladimeno, giacchè ella s'è degnata di anticiparmi la notizia delle difficoltà propostevi da Monsignor Metropolitano, oppure da qualchedun altro a nome suo, ad effetto di prendersi da me il partito più conveniente o di sopire l'affare del notele assegnamento, o di pro-

³⁴ Agitur, ut videtur, de quodam auditore Nuntiaturae, Varsaviae residenti; cfr. litteram praecedentem, ubi fuit mentio de commercio epistolari cum Auditore Nuntiaturae in hac materia.

seguirlo, le sono obbligatissimo della sua sincera attenzione, e nello stesso tempo la supplico del compatimento, se colla risposta ne do l'incomodo maggiore, mentre mi trovo in obbligo a far delle riflessioni, ed a rispondere a tutti i punti contro di me proposti.

Primieramente: di nulla rimordendomi la coscienza dopo aver matutamente esaminati i detti punti inventati da Monsignor Metropolitano ad effetto di evitare l'assegnamento, a cui egli ne è sollecitato, non posso in conto alcuno far questo pregiudizio a me stesso ed all'onor mio, che ne ridonderebbe dal desistere presentemente dalla domanda della pensione, quale è stata da V. S. Ill.ma, da S. Monsignor Nunzio, e dalla S. Sede stessa giudicata giusta (f. 5 v.) e ragionevole: Un tal passo verrebbe a giusto titolo interpretato, come una prova convincente di mia reità, e come tale sarei pubblicato da Monsignor Metropolitano e dai suoi Ministri con perdita della buona fama, quale da una persona onesta deve preferirsi ad ogni altro bene, ed è necessaria ad un Vescovo per il buon governo della sua Diocesi.

Propongo a Monsignor Metropolitano il partito di rimetter tutto quest'affare all'arbitrio di S. E. Monsignor Nunzio, come il più conveniente a sopire le dispute tra i Vescovi, quali quando divengono pubbliche, sono con scandalo altrui e con pregiudizio dello stato Ecclesiastico, come ancora il più atto a procurare quella buona armonia, che deve passare tra il Coajduto e il Coadjutore per il bene della nostra Gerarchia e della Metropolia in particolare, che è da ogni parte male amministrata. Quando però Monsignor Metropolitano, mal consigliato dai suoi Ministri, i quali vogliono pescar nel torbido, sia risoluto meco giudizialmente agire, non mi lascio spaventare dalle sue minaccie, sono pronto, prontissimo a far manifesta l'innocenza mia (f. 6) in ogni Tribunale, risoluto di profittare del vantaggio, che dà la legge all'innocente contro il calunniatore, basta ch'egli si dichiari giuridicamente il delatore, o dichiari che è quello.

Si lusinga forse Monsignor Metropolitano con quelle sue difficoltà di tirar a lungo l'assegnamento, e straccarmi colle spese di lite, non so però se con tale ingiusto pretesto gli riuscirà d'impedire le intenzioni della S. Sede; nell'obbligare che ha fatto questa Monsignor Metropolitano a farsi un Coadjutore della Metropolia, è stato lo scopo della medesima come V. S. Ill.ma sa meglio di me, e me l'ha comunicato per grazia, di dare allo stesso un Coadjutore non già di puro nome e titolo, che questo poco importava, ma tale, da cui fosse aiutato ed assistito nell'amministrazione della Metropolia; e qui ragione vuole, che un simile Coadjutore abbia dal suo Coadjuto un congruo assegnamento per le spese necessarie, che occorrono. Non posso intender, come avanti d'esser convinto di quanto avanza Monsignor Coadjuto contro di me, mi possa esser fatto questo

torto evidente di preferirsi a me nell'Amministrazione della Metropolia un altro Vescovo (f. 6 v.) a questo non destinato, e per conseguenza come possa egli rifiutarmi senza prova alcuna, la dovuta attenzione mia nell'aiutarlo, e conseguentemente la giusta pensione. Avendo io avuto da V. S. Ill.ma in altre occasioni tante riprove della sua gentilezza ed amicizia, tengo dall'equità sua questa fiducia, che avanti di dar ascolto alle querele di Monsignore Metropolitano contro di me, sarebbe una giustizia, ch'egli prima effettuasse il volere della S. Sede, e che a me sia data avanti il tutto quella preferenza, che dal degnissimo suo Predecessore il Signore Stefanini ottenne Monsignore presente Metropolitano in qualità di Coadjutore, sopra Monsignore di Pinsko, nell'amministrazione del Vescovato di Vladimiria vacante, atteso dippiù che nulla Monsignor Metropolitano aveva da rimproverarmi, allorchè mi ha scelto per suo Coadjutore, ora nel trattarsi del giusto assegnamento, invece del medesimo pensa pagarmi colle calunnie.

Un tal procedere di Monsignor Metropolitano in tempo, che si vede egli stretto a farmi un giusto assegnamento, mostra assai chiaro il consueto mal animo suo, e l'ingiustizia dei suoi (f. 7) pretesti per non soddisfare alle disposizioni della Sacra Congregazione e per essere libero nel suo agire, e questo solo riflesso dovrebbe bastare, perchè le accuse datemi in questa occasione non meritassero considerazione alcuna. Per togliere però ogni ombra di sospetto contro di me, e per mostrare con maggiore evidenza, quanto irragionevoli, ingiuste, e con poca carità verso il prossimo siano le opposizioni di Monsignor Metropolitano, in contraccambio dell'amichevole confidenza mostratami da V. S. Ill.ma in questa occasione, risponderò capo per capo con tutto il candore e la coscienza Vescovile.

Il primo capo non incontrerà dal canto mio difficoltà alcuna, non essendo io si indiscreto di pretender i Beni ceduti al presente Monsignor Metropolitano dal defunto suo Predecessore per quella pensione, per la quale li teneva, quando siano i medesimi da lui notabilmente migliorati con somme sue: ogni qual volta vorrà venire egli meco ad una composizione simile, sarà disposto ed accrescer il pagamento a tenore del miglioramento, che liquido si mostrerà.

Quanto al secondo, d'assister a tutte le liti, e farne le spese necessarie, ho avuto più volte il vantaggio di dichiararle formalmente si a voce, che per le lettere la ferma mia volontà, di prendere sopra di me questo peso circa i Beni della Metropolia, anzi V. S. Ill.ma può ben ricordarsi, che non ad altro fine desideravo tale assegnamento, che a motivo di supplire in questa parte men lodevole condotta di Monsignor Metropolitano, a Lei già nota abbastanza. Mi meraviglia però molto, che questi osi tacchiami di negligente nel promuovere e sostener le liti, che riguardano i

beni della mia Diocesi; è noto a tutto il mondo d'aver con notabile mia spesa, e industria recuperato un villaggio detto Podgrodzie, d'aver questo per viva forza con molto dispendio dopo esserne scacciato a titolo di Privilegio da un certo Nobile assistito dal Sig. Jablonowski, Palatino di Posnania; aggiungasi a questo la recuperazione d'una buona parte di terreno appartenente alla Villa Perehinsk che era occupata dal Principe Czartoryski. Per un'altra parte notabile pende la lite nel Tribunale col Sig.re Skarbek; un simil vantaggio (f. 8) ho procurato all'Abadia mia di Mielec, di cui ho finita, con gran travagli e spese, fortunatamente la causa tirata nel Tribunale di Lublino dai miei Predecessori col Signor Czacki per lo spazio di sessant'anni.

Per la terza difficoltà le dirò non esser per le Chiese di Novogrod e Vilna altra riparazione necessaria, che quella per mantenerle, essendo queste Chiese ben restaurate dai defunti Metropolitani Atanasio Szeptycki e Floriano Hrebnicki, alla qual spesa potrà Monsignor Metropolitano supplire facilmente senza suo notabile incomodo, coll'impiegare una piccola parte di rendite Metropolitane provenienti in Lituania.

La Chiesa di Minsk ha il suo Abbate e Monastero ben provvisto.

Il pensiero di Monsignor Metropolitano di servirsi d'altri Vescovi nell'amministrazione della Metropolia, a causa che io ho dei travagli nella mia Diocesi; aveva egli medesimo per il passato dei travagli assai maggiori tanto nella Diocesi di Chelma, di cui era Vescovo, che in quella di Vladimiria vacante, (f. 8 v.) colla preferenza sopra Monsignor di Pinsko,³⁵ come si è detto di sopra, e nel medesimo tempo essi non gli ostavano nell'amministrazione della Metropolia, perciò ingiustamente ora m'oppone di non potere lo stesso io fare; oltre di ciò tale suo pensiero come vien proposto nel quarto capo, non può effettuarsi senza mio torto e pregiudizio per la preferenza, che a mio confronto pensa dare ad un Forestiere. So la stima che si deve del merito di Monsignor Coadjutore di Pinsko, ne conviene a me entrare in discussione circa i nostri talenti, ne voglio far valere l'esperienza, che in tanti anni di governo del mio Vescovado, devo aver acquistato degli affari ecclesiastici; questo però non mi si potrà negare doversi da me attender maggior premura e attenzione nell'Amministrazione della Metropolia, quale considero come mia, di quella si possa sperare da altri, quale non la può riguardare col medesimo occhio. Ho di più in favor mio il vantaggio della vicinanza, giacchè è unita alla Diocesi mia di Leopoli la Metropolia di queste parti, (f. 9) non così Pinsko. Quando Monsignor Metropolitano voglia impiegar Monsignor Coadjutore

³⁵ Episcopus Piscensis, Georgius Bulhak (1730-1769).

di Pinsko, lo faccia pure nel governo del Vescovado suo di Vladimiria, e di quella parte di Metropolia in Lituania, come sarebbe ciò forse necessario quale occupazione aggiunta a quella, che seco porta il governo di quello di Pinsko, sarà più che sufficiente al medesimo.

Che sia io provveduto di rendite bastevoli all'onesto mio sostentamento, come nel quinto capo vien detto, non lo nego, ma queste al certo non mi basterebbero, qualora in qualità di Coadjutore dovessi agire in beneficio della Metropolia; ne è in conto alcuno giusto e ragionevole, che a quest'uso impieghi le rendite del mio Vescovado, come sì S. E. Monsignor Nunzio, che V. S. Ill.ma meco sono più volte convenuti. Quanto si aggiunge nel medesimo capo, che la mia principal cura sia di arricchire i miei Parenti, non si proverà mai, benchè si vanti Monsignor Metropolitano di poterlo fare facilmente ed evidentemente. È vero, che ho ceduto al mio fratello unico, che ho, un Bene da (f. 9 v.) me comprato, su cui però vi aveva lo stesso certa somma sua propria, ma ho creduto con buona fede permesso dai buoni Teologi ad un Vescovo di donare ad un suo Fratello, per aiutarlo a fare un matrimonio conveniente alla sua condizione, ed allo stato mio; ho avuto ancora in veduta senz'altro motivo di ricompensarlo dell'assistenza fattami in varie occasioni nei miei interessi, ed obligar il medesimo a volermela continuare in altre congiunture, come occorrendo egli ha fatto. Un altro Bene è stato da me comprato del denaro fatto di risparmio e per mia industria, io ne sono di esso padrone. Le dico con tutta la verità, non altra essere stata, ed esser la mia intenzione, che lasciarne erede il Vescovado mio di Leopoli a titolo di fondazione, non essendo a questo annesso alcuno stabile, quando mi venga ciò accordato dalla Repubblica, o disporne del frutto perpetuamente in suffragio dell'anima mia, o in vantaggio della mia Diocesi. Ne deve recar meraviglia l'aver comprato questo Bene a nome mio, e dei miei (f. 10) Successori, o sia Parenti, perchè essendo a noi Ecclesiastici in tal qualità proibito dalle leggi il comprar beni ereditariamente, questa e non altra forma si usa in tal contratto. Ove però ho potuto avvantaggiare i Beni della mia Chiesa, non ho mancato di farlo; oltre gli acquisti menzionati di sopra, ho aggiunto al fondo detto Giurisdizione vicino alla mia Cattedrale di Leopoli, un'altra buona parte comprata a spese mie. Ho fabbricato a Krylos e a Perehinsko di nuovo le Residenze Vescovili. Mi riservo in risposta al seguente capo parlare della spesa fatta nella fabbrica del mio Palazzo.

Per intelligenza di quanto devo dire per difesa mia dell'accusa che mi si fa nel sesto capo, deve sapere V. S. Ill.ma essersi il Clero mio della Congregazione Diocesana di sua spontanea volontà offerto di contribuire per la fabbrica della Chiesa Cattedrale di S. Giorgio in Leopoli, a questa condizione, che la somma lasciata dal mio Predecessore e zio Atanasio

Hic Ep.pus, cum praefato Melchisedec primo ad Bona Haeredis Catholici propria Lupos venit, cui processionaliter cum vexillis ecclesiasticis, et numero populo obviam exivit G.sus Josephus Lacki, Gubernator Moszniae, Ritus Latini, eum demque cum pulsu Campanarum tanquam proprium E.pum salutando, suscepit. Qui Ep.pus tumultuanee plebi benedictionem impartiendo, a praedicto Gubernatore invitatus ad Curiam Mosznensem se contulit, morabantur ibi tota die, populum rudem vocatum in doctrina sua confirmantes, eundemque abhinc ad se jurisdictionemque suam Perejaslavensem pertinere certiorantes.

(f. 49v) Improbis ejusmodi primordiis praefatus Ep.pus cum dicto

⁴⁹ I.e. Gervasium Linčevskýj (1757-1769).

Melchisedec non tardavit ulteriora Ukrainae Loca visatare, suaequae Jurisdictioni coacervare. Progressus igitur ad Monasterium Mosznense, non procul ab Oppido Lityn, suprafato Gubernatore assistente et numeroso populo affluente Divina in eo peragebat, post quae finita, ac doctrina exhortatoria ad eundem populum habita, cum insigniori pompa ad Oppidum Czerkassy se transtulit, ubi pariter cum vexillis ecclesiasticis sonuque campanarum salutatus est. Dein ad Oppidum Zabotyn pervenit, ubi G.nosi Skulimowski Zabotinen. et Boruslawski Kamionecen. Gubernatores Ritus Latini, eidem obviarunt genuflexique benedictionem postularunt, et obtinuerunt; atque in assistentiam securitatis causa ad 60 Casacos, sub directione alte memorati Charko, Centurionis, obtulerunt.

Regressi ad Monasterium Motrynense, plurimas populi turbas ex Decanatibus Smilanensi, Czehrynensi, et Mosznensi, cum recognitione sua, tanquam Ordinarij eorum Pastoris, ipsem saepedictus Ep.pus Perejaslavensis suscipiebat. Post haec, inito consilio cum toties dicto Melchisedec, quomodo, et qualiter integros Decanatus Ukrainianenses a Jurisdictione Metropolitae Uniti retrahere, et suae Perejaslavien. aggregare possint, et valeant, Ep'pus memoratus Perejaslaviam redivit.

Praerecensitus Melchisedec commissa sibi consilia quanto cuius celeri executioni mandare satagens, conscriptas chartulas per supradictos Decanatus, ad Oppida, villas, et vicus transmitti procuravit, quibus populum ad se suumque Monasterium invitabat. Confluere illico turbae invitatae, quas instantanee ad ejurandam Unionem cum S. R. E. jurandamque Perejaslavien. Ep.po non unito obedientiam animare, permovere, et allucere caepit. Rudis ac simplicissimus vulgus facillime extitit persuasus atque propositum sibi Juramentum explevit, idque in eam Rotham, quae ex sclavonico idiomato in latinum traducta est sequens: « Nos infra scripti imponimus nobis coram Consistorio Spirituali Perejaslavien. hanc obligationem, quod Nos, et posteri Nostrri perpetuo et intemerate Graeco-Rossianam Fidem confessuri sumus, Romanam autem et cum ea Unionem aversari, subsequente autem adversus Ecclesias Dei persecutione aliqua, eam sanguinis effusione, ipsaque vitâ salvaturi et defensuri. Si vero quis Nostrum infrascriptorum, aut Posterorum Nostrorum Fidem Romanam, vel eam Unionem amplexus fuerit, hic in extremo Judicii Divini die implacatum Judicem X.tum, atque (f. 50) non benedictioni perpetuae Ill.mi Ep.pi N.ri Perejaslaviensis omnino subjaceat, super quibus voluntarie Nos subscribimus ».

Post praestitum igitur Juramnetum suprafatum, Communitates oppidanorum et villanorum ad proprias domos reversae, Parochos suos molestare non praeterierunt, quin et ipsi pari modo Monasterium Motrenense accederent, in eoque juramentum praerecensitum seu verius abjurationem

Orthodoxae Fidei Catholicae, et cum ea Unionis perficerent; alias declararunt se eos non passuros, sed ab Ecclesiis amoturos, atque ex Dominiis propriis ejecturos.

Inenarrabilis ab eodem tempore, contra reperibiles in Ukraina Unitos, exorta tempestas, et oppressio. Multi enim Parochorum habitaculis suis, relicta omni propria supellectili, ex Paroeciis propulsi, sylvas coacti fuerunt inhabitare variasque injurias, opprobria, et damna in odium s.ae Unionis sustinere.

Perniciosum hocce incendium cum in dies magis augeretur, ad supprimendum illud anno subsequenti 1766, Mense Aprili, supervenit ad oppidum Korsun R. D. Gregorius Mokrzycki, constitutus a Metropolitano Wolodkowicz Officialis Metropoliae Kijoviensis, qui speciali mandato, ut referrebat, a modo dicto Metropolitanu obligatus, per incautum violentumque suum progressum vehementiorem excitavit flammam. Etenim Generosos Bonorum Ukrainensium Gubernatores (: quibuscum ratio omnino exigebat in hoc infelici statu leniter, pacateque conferre, cum iisdem ad obviandum crescenti malo mutuis consiliis, et auxiliis convenire, et communicare :) aliquos verbis despoticis tractabat, alios contumeliosa imparitatis notâ officiebat, alios censuris ecclesiasticis impetebat. Quae omnia pro tunc operari non solum disconveniens, sed magis damnum erat. His enim vituperiosis actibus ansam praebuit suprafatis Gubernatoribus subdi potius in sensum plebis offrenatae, quam Ecclesiae, Fideique Catholicae auxilium praestare. Videntes autem Rustici laeos per Officialem Gubernatores suos licentiosae eorum resolutioni non renitentes, plures ab Unione Fidei Catholicae recedebant et societati non Unitorum aggregabantur.

Non postremum fuit Ecclesiae hoc nocumentum, verum brevi post accessit peius. Cum enim praedictus R. Officialis Metropolitanus clam, per quasdam submissas et subordinatas personas, alte memoratum Melchisedec Jaworski, Hegumenum Motrenensem, invitatum captivasset, captivatumque rebus, equis, et variis mobilitus spoliasset, ac compeditus ligatum ad suum principa (f. 50) lem Metropolitanum modernum remisisset, Rustici majori ex tali progressu rabie incitati, Parochos in Unione S. permanentes severius aggredi, acerbius opprimere, violentas in eos manus iniecere, ecclesiis ipsis non parcere, Sacramentum Altaris contempnere, manibus sacrilegis contrectare, claves ab ecclesiis ad se recipere, ad easdemque Parochos amplius non admittere, aliaque plurima nefanda, ac impia mala ausi sunt attentare.

Sedavit aliquantis per pervicacem hanc audaciam cum militari copia adventus in Ukrainam Mg.ci Woronicz, Regimentarij, per d.m R. Mokrzycki Officialem procuratus. Temperavit non nihil Rebellisantium praeter

viam severa mortis executio, super nonnullis personis inculpatis, signanter super alte memorato Charko,⁵⁰ Cosacorum Smilanensium Centurione, primario ad rebellionem motore, et Basilio, Sartore, incola Mhlejoviensi, pro ausu, quod pixidem cum Sanctissimi Particulis ex Ciborio ecclesiae Mhlejovien. extraxerit, domum suam attulerit, et in prophanam cistulam impositam conservaverit, exemplariter ad aliorum terrorem effectuata.

Tempestate hac parumper sedatâ et tempore qualiter taliter sereno effecto, imprudentur usus est saepedictus Officialis, cum sub die 17 Maij anno eodem 1766, in Oppido Korsun protulit sententiam, qua omnes Presbyteros saeculares, crimine Apostasiae notatos et erroribus Photianis infectos, ac Monachos non Unidos ad suam jurisdictionem minime spectantes decrevit captivandos, atque omnia mobilia eorundem confiscanda. Quem in finem, pro executione hujus Decreti sui designavit decem instigatores, inter hos primum locum tenebat Venerabilis Hlinski, Minorum Ordinum Clericus, rapinae cupidus, in flagellandis Presbyteris etiam motu proprio, et sine ullo praecedente Decreto executor acerrimus.

Deputati Instigatores commissum sibi munus studiose exequentes captivabant tam Presbyteros quam Monachos, et Captivos ad Oppidum Korsun adducebant, alios Radomisliam remittebant, quibus omnibus idem R. Officialis publice jussit barbas et capitis capillos tondere eosdemque virgis, flagris, fustibus graviter cedere. Similem atrocitatem super remissis Radomisliam R. Basilius Mokrzycki, Frater Patruelis diti officialis, et locum tenens, aliquique saeculares homines, D.ni Metropolitae (f. 51) aulici, nullo praemisso processu et culpae deductione, captivis sequestratis, et compendibus ligatis exercurere.

Perculsit fortiter isthaec crudelitas Presbyteros non solum disunitos, sed etiam illos qui Unionem S. necdum abjurarunt, et aliqualiter sese circa eam retinebant, ita ut, metu tam gravis et enormis poenae consilium simul et animum mutarunt; et loco adeundi Officialem, omnes quotquot erant, in Decanatibus Czechryensi, Smilanensi, et Mosznensi, nec non in Capitaneatu Dzwinogrodensi, relictis uxoribus, prole, domibus, et tota paupera supellectili, in oras Moschoviticas aufugierunt.

Hoc eodem tempore Rustici scandalisati disunioni magis adheserunt, et supradictum Basilium Sartorem pro Martyre reputantes, scudi superimpositum, abstulerunt. Quod in Moschoviam translatum, Ep.pus Perejasla-viensis solemnni cum Processione, numero Clero et Populo associatus, ad ecclesiam suam Cathedralem detulit, et in ea exposuit, publica veneratione colendum.

⁵⁰ Unus antesignanorum insurrectionis « hajdamacorum » huius temporis, praeter Maximum Zaliznjak et Joannem Gonta.

Interim designati a rudo Officiali Instigatores omnia mobilia, post profugos extra limites Presbyteros derelicta, equos, boves, vaccas, oves, apes, frumenta, vestes et quaecumque reperiri poterant, intercipiebant, praesertim V. Glinski ex uxoribus, filiabusque profugorum sacerdotum indumenta, et coralla detrahebat, varioque mortificationum genere lacrymis, et ulalatibus gementium minime flexus adversus easdem seviebat.

Inde toties dictus Mokrzycki, Officialis Metropolitanus Kijoviensis, videns per Ukrainam numerosas ecclesias Parochiales sine Pastoribus existentes, scripsit literas ad varios Decanos Kijovienses, et Bracławienses, ut nonnullos Presbyteros ex Beneficiis suis moverent, in Ukrainam remitterent, in locis profugorum locandos. Paruere Decani huic mandato Officialis. Verum cum Sacerdotes a suis Beneficiis moti, non sufficerent illis profugorum, memoratus Officialis omnino prospicere intendens omnibus Paroecis, personas rudes, indoctas, inhabiles, variis vitiis notatas, et in fide suspectas, ad Sacros Ordines, prævia notabili pecuniae sibi, et Consecratori oblatione, apud Metropolitanum non horruit promovere. Quod et adusque in Curia Metropolitana practicatur.

Sublatio prærecensita Parochorum ex Beneficiis eorum, alios (f. 51) offendit Patronos, ac Nobiles Kijovienses, Bracławienses, quod in propriis eorum Paroeciis Operariorum defectum pati cogebantur. Rusticos vero nova haec mutatio, et Sacerdotum recenter ordinatorum inhabitate laborantium suppeditatio, non ad placitum facta, ad cruentam commovit seditionem, quam expost tyrannicae executioni mandarunt. Succensa gens haec rustica adversus Catholicos Romanos et Ruthenos Unidos, tamdiu virum pernitosum intra præcordia sua retinebat quamdiu Mg.cus Dux Woronicz Regimentarius cum Militaribus suis copiis in illis partibus morabatur, et V. Melchisedec Jaworski in carcere Monasterij Abbatialis Dermanensis, ex dispositione R. P. D. Wolodkowicz, Metropolitani, includsus destinebatur. Quamprimum autem iste carceres effugit, et Magnificus Regimentarius ex Ukraina in Podoliam se transtulit, illico V. Melchisedec in suo Motrenensi Monasterio repertus varios congregare caepit Rusticos, eisque præfecit Ducem quemdam Maximum Zelezniak, hominem extraneum,⁵¹ a multo tempore in suo Monasterio habitantem, quem juxta velle suum instructum, cum collecta insana caterva in eodem suo Monasterio reliquit, solus vero acsi nullius mali conscius esset, Perejaslaviam ad Ep.pum suum non unitum discessit.

Vix unquam experta est Ukraina cladem talem, qualem in Anno

⁵¹ Maximus Zaliznjak, dux insurrectionis an. 1768, ab exercitu russico captivatus, fuit deportatus in Siberiam.

praeterito 1768 coacta fuit sustinere. Post discessum dicti V. Melchisedec, protinus memoratus Maximus Zelezniak,⁵² crudelium Haydamacorum antesignanus, cum coacervata insolente caterva, ex Monasterio Motrynensi erupit, et ad oppidum Zabotyn supervenit, ibidemque Generosum Stempkowski, loci Gubernatorem cum Nobilibus et 18 Hebraeis occidit. Funesta haec caedes in dicto Oppido exercita perculsit omnes alias Gubernatores Ukrainenses, Nobiles, et Sacerdotes Unidos, ita ut omnes vitam salvando ex illo loco aufugere sint coacti. Rustici, Villarum subditi, turmatim praerecensito Zielezniak sese jungentes, in aliquot dierum spatio ad millenum excreverunt numerum. Divisi postea in tres partes per varia Oppida hostiliter procedentes, ubi capere poterant Sacerdotes Unidos, Bonorum Tenutarios, Dispositores, (f. 52) Commissarios, Gubernatores, et Haebreos omnes cruenta sufferebant nece, supellectilem intercipiebant, aliam Rusticis, qui ipsis coadjuvantur, distribuebant, aliam inter se dividebant.

Praecipuam experta est stragam Civitas Uman vocitata,⁵³ ad quam causa salvandae vitae plurimi confugerant variae conditionis, ac dignitatis Catholici, et Haebrei. Praefati Haydamaci civitatem expugnarunt, omnes Catholicos, et Haebreos, sex millia personarum numerum excedentes, vario mortis genere sustulerunt. Ibi audire fuit totam Civitatem funestris lamentationibus caelos penetrantem, ibi videre fuit maritos in conspectu uxorum, et e contra uxores in conspectu maritorum globis trajici, hastis transfigi, praegnantum uteros immaniter apertos, ex iisdemque foetus vivos extractos, hastis confessos in altum proici, non paucos saeculares, et Regulares Sacerdotes sacrilega impiorum manu interfici, ecclesias, vasa et indumenta sacra profanari.

Tyrannici istiusmodi cruciatus practicabantur etiam in aliis permultis oppidis, ac Villis Dioecesis Metropolitanae, quos exercitus polonus et rossiacus, licet sero nimis, vix potuit cohibere, non sine restantibus adusque reliquiis predonum in nonnullis Ukrainae profundioris partibus, ex improviso ad repetendas caedes excurrentium. Horum pessimorum malorum causae saltem occasione ex supra relatis dignoscuntur.

Quibus obviando Ill.mus Leo Szeptycki, Ep.pus Leopol., Coadjutor et Administrator Ap.licus Metropoleos omni conatu, cura, sollicitudine, et labore effecit, ut imprimis ad requisitionem Aulae Regiae, Domini Cle-

⁵² Zaliznjak, ut novitius religiosus latebat in monasterio Motronensi, unde insurrectionem contra polonus et Ecclesiam catholicam proclamavit eamque dirigebat cum successu et magna strage Unitorum, praesertim in Uman, ubi fere totam civitatem gladio sustulit et enecavit.

⁵³ S.d. « excidium Humanense », notum praecipua crudelitate contra hebraeos et Unidos.

mentissimi, praefatus Ep.pus Perejaslaviensis non Unitus Sede sua sit privatus et in Moschoviam seu Siberiam cum aliis remissus.⁵⁴ Idem exhortatoriis Literis suis Pastoralibus et variis modis convenientibus, per Ecclesiasticas et Saeculares Personas in Officio existentes, ut Clerus per illos, populos vero per istos ad pristinam Unionem Sanctam, et obedientiam Sedi Ap.licae, sibi, et Dominis suis praestandam rediret, satagere non praetermisit. Patronos quoque, et Dominos Oppidorum, Villarum intervenire non desiit, ut quanto citius effectus modo dictus haberetur, prout, Deo opitulante, permulti Spirituales ac Laici (f. 52) ad S. Unionem, et Administratoris Ap.lici obedientiam effectu redierunt, et Ecclesiastici super premissis Manifestationem coram Actis authenticis, die 22. X.bris praeteriti 1768 fecerunt.

Verum R.mus Wolodkowicz, Metropolitanus, impedire, ut supra dictum est nititur, et attentat, constitutoque in Ukraina Officio compositio ex saepedicto Officiali et aliis Presbyteris, imo et Clericis, iisdem varia Mandata Regimen Dioecesis concernatia commisit, et continuo committit, quae Clerum in bivio positum iterum summe anxium reddunt, an parere debeant, praefato Metropolitanu, an suo Coadjutori, qua Administratori Ap.lico.

Haec sunt, quae spectant ad jurisdictionem spiritualem, modo veniendum est ad temporalem. Et quidem ex indagationibus per Commissarios Spirituales, ad apprehendenda Bona ab Administratore Ap.lico deputatos, super factis patuit, in Bonis ad Mensam Metropolitanam spectantibus, et in Ukrainiani Polesia existentibus, atque aliquibus eorum Dominio Moschovitico proximis, nec numerum multo majorem Patrum familias sub tempus Athanasij Szeptycki Metropolitanu, anno 1746 vita functi, tam 1761 lustratis per Florianum Metropolitanum, aequa major fuisse, nunc vero sub regimine D. moderni Metropolitanu multum immunita esse a dicto anno 1761 ad 1768. Qui in numero minori restiterunt, ac in majori numero pedites, illi vero, qui deficiunt Patre familias, cum pecudibus, pecoribus, et cum omni supellectili, apprehensis filiis, qui futuri erant Patres familias, in alias se oras transtulerunt.

Causae cur multi subditi alias se contulerint, alii nimis depauperati remanserint, sunt: Quod R.mus D. Metropolitanus dederit Commissarium Generoso Kaminski, affini suo, qui nullam compassionem super memoratis subditis habens, eosdem variis et in vicinorum Bonis impracticatis operibus aggravabat, praeter operas Curiales etiam ad labores in villis

⁵⁴ Duces insurrectionis quidam capite plexi sunt, partim in Siberiam deportati ad metalla.

quoque suis perficiendos, nec non ad vecturas infidelibus Haebreis, Tabernarum propinatoriarum Arendatoribus, frequenter expediendas obligabant, eosdem subditos exquisitis mediis et solus depactabat, et Judaeis arendatoribusque (: acceptis propterea ab iisdem Haebraeis variis muneribus:) depactari, liquores etiam nolentibus iniici, debita falso adaugeri, pro justis et falso aductis executiones rigidissimas supermitti, pecora, pecudes, vestimenta, et quaeque mobilia..., per eosdem et Creditores Judaeos vilissime taxari, et sibi pro debitibus compensari permittebat.

(f. 53) Haec subditorum Bonorum Mensae Metropolitanae, qua inusitatis et excessivis laboribus, qua novis praeggravatis tributis, qua injustis per saepedictum Commissarium, et Infideles Arendatores Tabernarum extorsivis depactationibus, qua Sylvarum devastationibus, oppressio, causa est redactionis illorum ad paupertatem multorumque in ignotas oras fugationis, propterea Reditus Mensae Metropolitanae annui nimium sunt imminuti.

(f. 53) Praerecensitas Subditorum oppressiones a Domino Kaminski, Commissario, et de assensu ejus ab Arendatoribus Tabernarum passas, quamvis altmemoratus Rmus D. Felicianus Wolodkowicz, Metropolitanus, habeat sibi delatas, et in tempore oportuno significatas, eis tamen minime curavit obviare, quin potius connivere videbatur, ut tanta gravamina et damna in ulterius patrentur, cum predictum D. Commissarium, suum affinem, ab Officio Commissariatus non amovit, sed per multos annos ad praeteritum usque 1768 conservavit, et modo nititur conservare.

Praeter Subditorum modis, quibus supra, angarisationem, insuper ipsamet Bona sunt in periculo magnae eorum diminutionis propter multiplicatos Processus cum variis personis, et in variis subselliis per R.mum D. Metropolitanum intentatos, pro quibus Processibus continuandis, et causis evincendis notabiles ac plurimae desiderantur expensae, ita ut vix proventus ex iisdem Bonis in defensionem eorum sufficere possint.

His enarratis quoniam per saepe dictum Metropolitanum, reluctantem contra venerandas Aplicicas Dispositiones, quibus S. Sede voluit avertere mala, quae in dies ob causas praexpressas crescebant, ex ejus progressu pejora timentur, idcirco officiosa desiderantur remedia, et Decreta, quatenus ipse parendo Mandatis Aplicis, pro resarcimento S. Unionis, pro pace Patriae, pro Regimine in spiritualibus, pro integritate in temporalibus, ccesset omnino a suis praecognitis resolutionibus et relinquat, juxta ante memoratum Rescriptum, suo Coadjutori qua Administratori Aplico totalem Curam Dioecesis Metropolitanae, tam in Regno Poloniae quam in Magno Ducatu Litvaniae.

34.

Leopoli, 6. II, 1770.

Divergentiae variae inter Coadiutorem et Coadiutum de preventibus Metropoliae Kiovensis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 90, f. 163-164.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 827, f. 297rv, 300.

Eccellenza Reverendissima.⁵⁵

Oltre alla premura che ho di eseguire il mio dovere nel prontamente ubbidire ai veneratissimi cenni della Santa Sede, tale è il rispetto il quale io professo all'Eccellenza Vostra Rev.ma, che ogni suo avviso e consiglio viene da me riguardato come regola e norma della mia condotta. Quindi se al ricevere la Sua pregiatissima degli 7 Gennaio mi fossi trovato mancante in qualche punto riguardo agli assegnamenti, che da me dovevano darsi a Monsignor Metropolitano, non avrei mancato di subito soddisfare agli obblighi mei. Ma ben lungi da rinvenirmi colpevole in questo punto, ho io anzi delle azioni contro Monsignor mio Coadjuto, le quali non posso astenermi di umiliare alla Sacra Congregazione non meno, che all'Eccellenza Vostra.

In primo luogo Monsignor mio Coadjuto fa istanza per gli assegnamenti di due anni intieri, quando l'Amministrazione non (f. 163) ha principiato che sui primi di Ottobre del 1768, sicchè ei non potrebbe pretendere al più che gli assegnamenti di un anno e quattro mesi.

Secondariamente, Monsignor mio Coadjuto non solo ha sempre turbata la Giurisdizione benignamente concessami dalla Santa Sede, ed ha ritirato e ritira dai Beni della Metropolia ciò che più gli piace, ma ove ha avuto le mani pienamente libere, come in Lituania, ha ritirato sempre tutte le entrate, ed opponendosi agli Apostolici Decreti non ha ne tampoco permesso l'esercitarvi la minima Amministrazione.

Supplico umilmente Vostra Eccellenza Reverendissima a volersi degnare colla sua nota equità di ben considerare questo punto, dal quale si deduce che Monsignor Metropolitano per il passato ha di già ritirati gli assegnamenti da se medesimo, e che per quello che spetta all'avvenire non sarà (f. 164) mai possibile che io li soddisfaccia, s'ei non mi lascia libera la percezione delle entrate.

Non dubiti Vostra Eccellenza Reverendissima che dal canto mio sia già mai per aver motivo di procedere ad ulteriori passi contro di me,

⁵⁵ Nuntius Apostolicus Varsaviensis, Angelus Maria Durini (1766-1772).

come nel fine di detta sua stimatissima si esprime, avendo io troppo a cuore di prontamente ed esattamente ubbidire alle Apostoliche disposizioni. Ma perchè le cose vadano in ordine, pare che sarebbe necessario di obbligare Monsignore mio Coadjuto ad ubbidire egli ancora agli Apostolici Decreti, lasciandomi libera l'Amministrazione. Ciò dipende dall'Eccellenza Vostra, e mi lusingo, che col dare su di ciò gli opportuni autorevoli provvedimenti cesseranno le ingiuste querele di Monsignor mio Coadjuto, che ad altro non hanno fino ad ora visato, e non visano, se non a render nulle le Apostoliche disposizioni.

Con ogni debito ossequio e venerazione mi dò l'onore di confermarmi,
Di Vostra Eccell.za Rever.ma umil.mo, devot.mo ed obblig.mo
Servitore

L. Leone Szeptycki, Vesc. di Leop., Coad. ed Ammin.
Ap.co della Metrop. di tutta la Russia.

Leopoli, 6 Febbraio 1770.

P.S. Ho l'onore di accludere un ristretto di tutte l'entrate della Metropolia e di quanto ha di già ritirato Monsignor Metropolitano.

35.

Leopoli, an. 1770.

De calumniis contra clerum unitum et de tollendis suspicionibus nec non de modo procedendi cum clericis vagis.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 32, fol. 37.

Leo in Szeptyce Szeptycki Dei, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenicensis, Archiepiscopatus Metropolitani Kijoviensis, et totius Russiae, cum Archimandria Pieczarensi Coadjutor, et Administrator Aplicus, Abbas Commendatarius Mielecensis, Eques Ordinis S. Stanislai.

AA. RR. et RR. Officialibus, Decanis, Parochis, et Universo Clero, ac Populo Saeculari Diocesum Nostrarum Leopolien., Halicien., et Camenecen., tam quoque Metropolitanae in Regno Poloniae, et Magno Ducatu Litt. Nobis in Christo Dilectis salutem in Domino sempiternum.

In communi praesenti Regni calamitate, oppressione, et afflictione, hoc vel maxime sentimus, quod quaedem calumniosae insinuationes sparsae sint contra Clerum Nostrum cum S. Romana Ecclesia unitum de fidelitate erga propriam Patriam non suspectum, in vinea Christi circa curam, et solitudinem nostram, non tantum ad effusionem sudoris laborantem, sed et sanguini proprio (: uti in tot unitis Presbyteris ferocitas

Plebis Ukrainensis spiritu rebellionis commota consummavit tyrannidem :) non parcentem, animas curae suae commissas via mandatorum Dei, et Ecclesiae juxta vocationem suam ducentem, acsi in quibusdam locis rebellionis plebis fuisset occasio, et quod terribilius, acsi eandem rebellionem in Sacramentali Confessione inspirasset.⁵⁶ Et quamvis ejusmodi calumniae Statum Spiritualem denigrantes Patrem mendacii, ejusque Sectatores certos esse authores manifestum sit, eorumque malitia jam in variis detecta, et documentis comprobata est, obviando tamen perniciosis ejusmodo moliminibus, per Literas Nostras Pastorales, die 9 Februarii anni currentis, ad Dilectiones vestras supra scriptas illirica, et polonica lingua pro facilitiori uniuscupsique captu datas, commendavimus fervidas orationes, pro impetranda misericordia Divina, ut nos de medio tribulationis erueret, persecutionem averteret, et pacem desideratam restitueret. Specialiter autem RR. Parochis, et quibusvis curam animarum habentibus Presbyteris mandavimus exponere, et inculcare Parochianis suis, qui sunt Iure Regni glebae servi, ut Dominis suis et cujusvis Superioritati debitam obedientiam, uti obligationem Divina voluntate conditioni suae adnexam, adimpleant, (f. 37) inobedientiam et quamcumque rebellionem contra Superioritatem vindictam Dei promereri. Verum equidem in tractu publicationis executionis dictorum mandatorum nostrorum, lapsis aliquot mensibus, nostra ejusmodi sollicitudo Pastoralis non modo sicut speravimus, ut ab omnibus pro desiderata, ac utili reputaretur, sed una cum majori cordis Nostri amaritudine sinistras... mandatorum nostrorum contra rei evidentiam inter prelationes fieri subaudimus, licet in eo malevolentiam nonnullorum pridem expertam, nunc autem magis intensam adventamus, hujus tamen ipsius causas identicas perscrutantes, hanc vel maxime specialiorem esse arbitramur, multos ex variis et praesertim Valachiae Partibus, vitae servandae causa, in Patria N.ra Presbyteros Saeculares et Monachos Advenas inter plebem divagantes hanc forte de Clero Unito Catholico male suspicandi occasionem praebere. Volentes igitur et hanc praesumptam tollere occasionem, ne re ipsa aliquis Vagus extraneus Clericus plebem ad aliquod nefas inducat, Vobis suprascriptas in virtute S. Obedientiae et sub amotione ab Officiis Decanis, privatione Beneficiar. Parochis mandamus, ut quilibet in sua Parochia vagos ejusmodi Spirituales, permissionem a Nobis ipsis in scriptis commorandi in Dioecesi non habentes observaret, ex tunc Decano Loci deferrat, Decanus autem vagos praedictos, adhibito etiam si opus fuerit, brachii

⁵⁶ Accusatio haec omnino fuit falsa et absurda, quia acies insurrectionis praesertim contra sacerdotes unitos fui directa et saeviebat, ut ex.gr. in civitate Humanensi.

saecularis auxilio, cum omnibus quibuscumque extraneis documentis authenticis, Literis passus et reliquis si aliquas deferrent (: quae omnia pro fictis et compilatis habenda sint :) deprehensos ad respectiva officia Nostra ad indagandum, et investigandum de causis morae eorum in Dioecesi, remittant. Officiales vero strictam de praemissis investigationem summario Processu facient, et Nos fideliter pro ulteriori dispositione informent. Omnes autem Dilectiones vestras suprascriptas hortamur in Domino, ut cuncta ea quae praememoratis Literis nostris praescripsimus, qui aut deceptus aut quovis praetextu ad sinistre de Clero sentiendum inductus est, explicantes...

36.

Leopoli, an. 1770.

Recursus Episcopi Leopoliensis, ut procrastinetur Capitulum Generale Basiliatorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 826, f. 11-12.

Ricorso originale fatto da Monsig. Szeptycki
a Monsig. Gran Cancelliere, Vescovo di Posnania,⁵⁷
e da questo esibito al Nunzio di Polonia.

Persuadé, que dans tout Pais les assemblés générales doivent se faire avec (1) l'aggrement du gouvernement; et ayant apprit que les Religieux de l'ordre de S. Basil voulent s'assembler en Chapitre à Biala ou à Brest en Lithuanie, pour deliberer sur leurs affaires Monastiques le 26 du mois Aout prochain; Je crois etre de mon (2) devoir de faire part prealablement à S.E. le Grand Chancelier de la Couronne et à tout le Ministère de l'intention des Religieux de la Province de la Couronne et de elle du Grand Duché de Lithuanie. Je supplirois en même tems Sa Majesté de vouloir bien donner son aggrement pour cette assemblée, si les circonstances (3) facheuses d'apresent ne forcoient à faire (f. 11v) des representations tout à fait opposées, car si on considere le lieu savoir, Biala ou Brest en Lithuanie, ou ces deliberations doivent se tenir selon les institutions de cette ordre; ces (4) endroits sont le centre des troubles d'apresent; si l'on a egard au transport du President, dont la presence est indispensable nécessaire tant pour veiller qu'il n'y arrivere vien de prejudicier que pour maintenir le bon ordre dans les deliberations, (5) e trans-

⁵⁷ Andreas Mlodziejowski, Cancellarius magnus Poloniae (1767-1779).

port est apreset tres dangereux dans tout le Pais. Si enfin on considere le danger de chacun en particulier de ceux qui auront voie a l'assemblée lorsqu'ils voudront s'y rendre, on trouvera, qu'il est si grand, qu'apeine, il y en aura t'il quelques uns, qui auseront entreprendre de se metre en chemin. Mais comme ela non obstant (f. 12) on a distribue des lettres convocatoires, pour cette assemblée, et que les (6) seuls Superieurs des Couvents ont part à cet entrepris inconséquente, je me trouve obligé de faire les instances les plus vives à S.E. Mgr. le Grand Chancelier de la Couronne et à tout le Ministére pour qu'ils usent des moiens les plus (7) efficaces afin, que cette assemblée soit remise a un temp plus favorable.

Riflessioni del Nunzio

(1) Questa massima non è verissima; molto meno in un Regno libero, qual è la Polonia; ma quand'anche in qualche aspetto fosse plausibile. stà molto male in bocca di un Vescovo, trattandosi qui di un Capitolo Generale di Regolari, che non può dare la minima ombra al Governo.

(2) Il suo dovere era di ricorrere al Nunzio Apost. e non già ai Ministri del Governo Laico facendo così di un affare mero Ecclesiastico un affare di Corte.

(3) Le circostanze attuali di Polonia sono, e saranno sempre più disgustose per quelli, che si sono buttati sfacciatamente al partito Russo, come ha fatto Mgr. Szepticki, e me lo saprà dire fra due mesi al più.

(4) Questi luoghi anziche essere il centro delle turbolenze, sono il centro della Fede Cattolica, e della libertà, due cose inseparabili in Polonia.

(5) Confesso essere questo passaggio pericolosissimo per chi ha prevaricato mostrandosi nemico scoperto delle Confederazioni, come fatto Monsig. Szepticki; ma non è altrimenti azzardoso per chi è in odore di Patriottismo, e di Cattolicità. Se vi fosse il minimo pericolo, i religiosi Vocali me lo avrebbero rappresentato per ottenere la proroga: anzi mi costa, che la proroga non anderà loro a sangue; ma ho seguito quel detto, che de duabus malis minus est eligendum.

(6) Vorrei sapere a chi spetta d'interessarsi per la celebrazione d'un Capitolo, se non che ai Superiori dei rispettivi conventi, che lo devono formare.

(7) Ricorrere alla Corte perche usi i mezzi più efficaci per impedire un Capitolo già per tre volte frastornato dagl'intrighi della Corte, per aderire alle cui premure si sono accordate le proroghe, che altro è se non che rovesciare ogni legge, pregiudicare al buon governo di un ordine, e ledere troppo sensibilmente l'autorità Ecclesiastica?

37.

Leopoli, 30. V. 1770.

Inhibitio Episcopi Leopoliensis, ne PP. Basiliani theses theologicas publicent disputationesque instituant, sine approbatione Ordinarii loci, cum remediis extraordinariis Nuntii Apostolici,

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 10, f. 149-150v.

Leo in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopolien. Halicien. et Camenecen. Archi Episcopatus Metropolitani Kijovien. et totius Russiae cum Archimandria Pieczarensi Coadjutor et Administrator Apostolicus, Abbas Camendatarius Mielecen. et Eques Ordinis S. Stanislai.

RR.VV. ac Honorandis viris Parochis, Vicarijs, Coadjutoribus, caeterisque Praesbyteris, quibusvis clericis, ecclesiarum Ministris, aliisque legitimis executoribus tenore praesen. requirendis salutem in Domino.

Mandamus vobis in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quatenus ad instantiam Vener. Curiae Nostrae Fiscalis personaliter accedentes, RR.PP. Anastasium Petrowski, Superiorem, Adrianum Koloni, Josaphatum Makarewicz et Ignatium Czaykouski S.T. et Canonum Professores eorumque Discipulos in Communitate ad Cathedram nostram tit. S. Georgij Martyris Leopolien. residentium, Ord. S.B.M. existentes, si commode poteritis, alias per dimissionem copiae praesen. in manus alicujus eorundem Religiosorum, ipsis authoritate nostra Ordinaria inhibeatis, et districte praecipiatis, quibus etiam nos praesentibus inhibemus, ac districte praecipimus, ne ipsi, et quivis eorum quovis quaesito colore, praetextu vel ingenio, Theses suas aliquas ex Theologia seu Canonibus sine praevia per censores librorum revisione, et a nobis ut loci Ordinario obtenta, prout de jure, imprimendi facultate impressas sive impri- mendas publicae disputationi exponere, aut disputationes ejusmodi in praedicta ecclesia Cathedrali nostra, quae est domus orationis, et non Gymnasium aliquod, peragere audeant, et praesumant, et quivis eorum audeat, ac praesumat, sub poena suspensionis a Divinis, ipso facto incurrenda, ac interdicti ab ingressu ecclesiae contra communitatem praefatam aliisque arbitrijs irremissibiliter extendendis. Citentur praeterea suprafati Inhibiti pro die et termino infrascriptis, ut coram Nobis Iudicioque Curiae Nostrae Episcopalis Leopolien. compareant ad videndum et audiendum suprascriptam Inhibitionem nostram suo in robore conservari, poenasque supra appositias in eventum contraventionis succubuisse declarari, Declaratorias decerni, tum ad docendum, de cuius facultate dictas Theses suas quatenus impressas typo imprimi fecerunt, alias videndum,

ipsos pro contraventione Decretis SS. Canonum exemplariter (f. 149v) puniri, et similes ausus in post prohiberi. Terminus ipsis coram nobis comparandi dies 4ta Junij hora 2da post Meridiem praefigitur et assignatur. In quorum fidem etc.

Datt. Leopoli, die 31 mensis Maij, Anno D.ni 1770.

Leo, Episcopus - Locus sigilli - Intimat. die 1ma Junij anno eodem.

* * *

LITT. C.: *Remedia extraordinaria extra hanc inhibitionem.*

Angelus Maria ex Comitibus Modo etiae Durini Patricius Mediolanensis Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Ancyranus, SS.mi Domini Nostri, D. Clementis Divina Providentia Papae ejus Nominis XIV. Praelatus Domesticus, et Assistens ejusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et M.D.L. cum facultatibus legati de Latere Nuntius.

Dilectis Nobis in Christo RR.PP. Anastasio Piottrouski, Superiori, Adriano Koloni, Josaphato Makarewicz et Ignatio Czaykouski S.T. et SS. Canonum Professoribus, Ord. S.B.M. Monasterij Leopolien. tituli S. Georgij salutem in Domino sempiternam.

Exponi nobis fecistis, quod cum vos, juxta usitatam praxim, et consuetum ab antiquo morem theses scholasticas ex Univer. Theologia collectas typo impressas publicae disputationi in ecclesia Vestra Leopolien. ad S. Georgium in mense, et anno nunc currenti exposueritis eumque ad effectum Professores Philosophiae et Theologiae variorum Ordinum pro die designata Disputationi impetratae introduxeritis, protunc V. Fiscale Curiae Episcopalis Leopolien. R.G.U. sub praetextu, quod ejusmodi Disputatio in ecclesia tanquam Domo orationis fieri nequeat, quodque praedictae Theses typo impressae absque approbatione Censoris Librorum Dioecesis Leopolien., sub poena suspensionis et Interdicti de non absolvenda ejusmodi Disputatione praedicto P. Superiori intimari curavit, cum autem ex Authentico Testimonio a Professoribus et Lectoribus Ordinis SS.mae Trinitatis, Ordinis Praedicatorum et Carmelitatum Discalceatorum ibi congregatis dato, coram nobis producto constituit, praedictas Theses Theologicas nunquam ab ordinarijs Loci indiguisse censura, easque in ecclesijs omnium fere Religiosorum absolvi solitas fuisse, dictasque in ecclesijs omnium fere Religiosorum absolvi solitas fuisse, dictique exponentes ob protractum tunc tempus, Disputationi ex ejusmodi Inhibitione designatum summam injuriam suis lectionibus patientur, idcirco donec super validitate ejusmodi Inhibitionis Jure actum fuerit, nobis humiliter supplicatum fuit, ut praedictam Inhibitionem suspenderemus, eaque non

obstante commoditati praedictorum Professorum exponentium consuleremus, hujusmodi Disputationem solita praxi absolvere concederemus, Nos ejusmodi supplicationibus benigne inclinati, praxi consuetae inhaerentes, praedictam inhibitionem a Curia Episcopali emanatam suspendendam esse duximus prout (f. 150) suspendimus per praesentes, ac ut censuris comminatis in illa expressis non obstantibus (: salvo proinde jure partibus coram quo de jure promovendos:) toties dictam Disputationem super Thesibus in lucem explere permittimus, et concedimus non obstantibus. In quorum fidem etc. etc.

Datt. Varsaviae, die 20 mensis Junij, anno Domini 1770.

* * *

LITT. D.: *Inhibitio 2da, spreta a Monachis.*

Leo in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopolien. Halicien. et Camenecen. Archi Episcopatus Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae cum Archimandria Pieczarensi Coadjutor, et Administrator Apostolicus, Abbas Commendatarius Mielecen. et Eques Ordinis Sancti Stanislai.

R.ndis VV. ac Honor.dis viris Parochis, Coadjutoribus, Vicarijs caeterisque Presbyteris, quibusvis Clericis, ecclesiarum Ministris aliisque legitimis executoribus tenore praesen. requirendis salutem in Domino.

Noveritis, quod quamvis RR.PP. Basiliani ad Cathedralem Nostram Ecclesiam tit. S. Georgij Martyris Leopolien. Residentes, ad Instantiam V. Fiscalis Curiae Nostrae legitime et canonice fuerunt inhibitii, ne Conclusiones Theologicas sine censura et obtenta prout de jure a Nobis imprimenti facultate typo impressas in ecclesia nostra praefata publicae disputationi exponerent, et hujuusmodi inhibitio mediante Decreto nostro die lunae septima mensis Junij V.S. anno currenti lato fuerit conservata, quo Decreto ijdem Patres gravatos se sentientes ad Tribunal Sacrae Nuntiatione Apostolicae appellaverint, et fine prosequendae appellationis suaee Remedia juris exportata Fisci nostro praedicto sub die 3tia mensis Julij novi styli anno eodem intimaverint, attamen non expectata ex serijs controversijs in Tribunal praedicto decisione taliter typo impressas conclusiones suas, insistendo permissioni ab Ill.mo Excell.mo ac Rev.mo Domino Nuntio Apostolico Regni Poloniae, in fundamento quorundam privatorum testimoniorum, et falsae eorum narrativae, utpote contra leges Canonicas, videlicet Concilium Trid. Sessione III. de Fide Catholica, tit. 15: Cum homines, et praxim subreptitie obtentae, easdem Conclusiones Disputationi publicae se exposituros jactare, taliterque Iurisdic-

tioni noſtræ vim ac praejudicium inferre conantur, ac praesumunt. Nos autem pro viribus jura noſtra ordinaria ad tramites SS. Canonum defendere obſtrictos ſentientes, nec tamen per hujusmodi defenſionem obedientiam ſuperiori jurisdictioni de lege debitam vel (f. 150v) in minimo laedere intendentis, imo cum ea qua par est veneratione proſequentes, ac favorabile ad mentem SS. Canonum in Cauſa praeferti Judicatum expectantes, Vobis ſuprascriptis Authoritate Noſtra mandamus, quatenus personaliter accedentes A.R.P. Anastarium Piotrowski Superiorem, tum RR.PP. Adrianum Koloni, Josaphatum Makarewicz, et Ignatium Czaykowski Professores, eorumque Discipulos Ordinis S.B.M., ſeu aliquem eorum, de communitate praefatorum Residentium ipsis Authoritate noſtra Ordinaria iterato inhibeatis, et districte praecipiatis, quibus etiam nos praefentibus inhibemus et districte praecipimus, ne ipſi memoratas Thesēs ſuas Theologicas, ut ſupra ſine censura, et licentia impressas tam in ecclēſia noſtra Cathedrali, quam et in alio quocunque Dioecesis Noſtræ loco Disputationi exponere audeant, realiter et in effectu, sub poenis: ſuperior atque lectores suspensionis a Divinis, Communitas vero Religiosa Interdicti ab ingressu Ecclesiae ipſo facto indurrendis, et in eventum contraventionis huic iteratae noſtræ inhibitioni eorum pro suspensiōnē, ac interdictis per ecclēſias publicationis. In quorum fidem etc.

Datt. Leopoli, die 25 Junii 1770.

Leo, Episcopus - Locus Sigilli - Daniel Werchratski, Notarius.

* * *

1770. — Die Veneris, 25, Mensis Junij, v.s. Ego infrascriptus accedendo personaliter R.P. Adrianum Koloni, Ordinis S.B.M., Theologiae Professorem primum ipſi copiam praefentium ad manus proprias tradidi, et quae intromandantur fideliter executus ſum ideoque praefentem meam relationem manu propria subscribo.

Datt. ut Supra. - R. Michael Janiszewski, Parochus Strutinensis.

38.

Leopoli, 7. VI. 1770.

Causa PP. Basiliānorū cum Episcopo L. Szeptyckyj de instituendis publicis disputationibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 10, f. 153-154v.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo: Die vero Lunae, septima Mensis Junij, Leopoli.

Coram III.mo Excell.mo ac Rev.mo Domino Leone, Episcopo Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi, Archi Episcopatus Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae cum Archimandria Pieczarensi Coadjutore et Administratore Apostolico, comparens personaliter V. Fiscalis Judicij Curiae praesentis principalis Actor in Termino ex Actis et conversatione ejus provenienti, accusata contumacia A.R. Patris Anastasij Piotrouski Superioris, tum RR.um Patrum Adriani Kolloni, Josaphat Makarewicz, et Ignatij Czaykouski, Sacrae Theologiae et Canonum Professorum, eorumque Discipulorum ad Cathedram tituli S. Georgij Martyris Leopoliensem Residentium, Ordinis S. Basilij Magni, citatorum, et inhibitorum quatenus non comparentium, et in eorum contumaciam dixit juxta Schedam:

In Termino ex Actis et conversatione in diem hodiernam incidenti contumaciam etc. accusavit, et in eorum contumaciam replicando adversus exceptiones suaे Excellentiae ac si Judicis, sibi citatis et inhibitis male affecti, et fori declinatoriae in anteriori termino appositas. Cum citatis peroptime sit notum ecclesiam Sancti Georgij Martyris pro Cathedrali Leopoliensem designatam et per Episcopum, a primo Macario Tuczapski⁵⁸, usque ad Suam Excellentiam, qui in numero undecimus est sine ulla interuptione plus quam (f. 153v) per duo saecula gubernatam fuisse et ad praesens gubernari, jam vero aliunde apud citatos indubium est ipsos tam ante efformatam Provinciam, quam etiam post factam sui ab Ill.mis locorum Ordinarijs de eorum jurisdictione manumissionem, circa cathedrales manentes semper jurisdictioni Episcopali in jis, quae ecclesiarum Cathedralium servitum, et cultum Divinum respiciunt, fuisse ac esse subjectos, idque vigore non solum jurium antiquorum et continuae praxis, verum etiam vigore recentissimae constitutionis S.mi piae mem. Benedicti XIV Pontificis incipientis « Super Familiam », 30 Martij 1756, ad Instantiam Patrum Basilianorum editae; nec praetensam malam affectionem obstarre, quin conventi in causa praesenti respondere non debeant, nam omnis Superior subditis sibi inobedientibus per eorum renitentiam cogitur quodammodo affectus male esse, tum quia lis de praesenti Sancti Georgij Leopoliensis, et alijs Cathedralibus intentata, et per viam appellationis ad Tribunal Sacrae Nuntiaturae Apostolicae devoluta, non est lis suaे Excellentissimae Dominationis, sed Cleri Diocesani saecularis, neque de hac Cathedrali Sua Excellentia a Patribus Basilianiis unquam est conventus, tum etiam ipsa ratione suadente ibi tantum Judex, ut male affectus recusari posset, ubi agitur de re controversa et dubij juris, ubi autem actio est de observatione Legis clarae, minime haec recusaio

⁵⁸ Macarius Tuczapski, Episcopus Leopoliensis (1539-1547).

attendi debet, nihil enim Judex in tali (: qualis et praesens causa est :), quae ideo vel maxime est instituta ne aliquid Leges et Statuta contrarij patiantur, et ne abusus hucusque practicati amplius eveniant, decernere speratur, nisi prout lex praescribit ad ejus (f. 154) observationem strin gere. Et ideo perperam ab adversa opponitur sua Excellentia in causa praesenti ac si sua propria, et altiori Tribunal affecta, judicem esse non posse; nec in sua Cathedrali Conclusiones, sine approbatione ordinaria, contra vetitum S. Concilij Tridentini, Sess. 4, de editione Librorum typo mandatas publicae Disputationi per Patres citatos non exponantur prohibere valere dixit, et ut supra pro Inhibitionis conservatione instetit. Praesente Religioso Patre Ignatio Czaykouski, Ordinis Sancti Basilij Magni SS.m Canonum in Monasterio S. Georgij Martyris ad Cathedram Professore, suae Communitatis Religiosae Plenipotente, ex termino Prorogationis ad replicandum incidente comparente, protestando contra V. Fiscalem Curiae praesentis de indebita in jus evocatione et inquietatione suorum citatorum, tum etiam adhaerendo suae anteriori Instantiae super recusatione suae Ill.mae Excellentiae ac etiam non quadrature Fori praesentis sibi Citatis, causam praesentem cum ejus replicatione ad Tribunal, quo est affecta in toto remitti, seque liberos ab observatione judicij, et termini pronuntiari humillime expetente, alias replicationis Partis Actoreae in ordine ad duplicandum communicationem sibi dari ad quindenam expetente. Ill.mus, Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Episcopus supranominatus sedens etc. auditis partium controversijs verbo, et scripto factis, quandoquidem RR. Patres Basiliani ad Cathedram suam Leopolien. residentes Exceptiones recusatorias sui et declinatorias Fori judicij Ordinarij frivole temereque opponant, sub hoc praesidio leges Canonicas Concilij Tridentini de non imprimendis quibusvis scriptis (f. 154v) sine censura et facultate Ordinarij, tum etiam Decretalis Benedicti XIV, de obedientia Illustrissimis locorum Ordinarijs per Residentes circa Cathedras omnino praestanda (: contra quas Sanctiones praescribere nemo potest :) jam per Religiosos Patres contemptas, magis magisque contemnerent sibique nemine obstante majora licere facerent, attento quo executionem legis clarae, quae Ill.mis locorum Ordinarijs incumbit, etiam exempti nullo modo et praetextu evitare possunt. Proinde rejectis eorum exceptionibus uti insubstantibus, et communicatione petita inhibitio nem suam ad effectum, ne audeant Theses quandocumque sine censura per Librorum Censores Dioecesanos facienda et facultate imprimendi imprimere aut, taliter impressas Disputationi publicae tam in ecclesia Cathedrali Leopoliensi, quam et in alio quocunque loco suae Dioecesis exponere emanatam, in suo robore semel pro semper conservavit. Quod vero jam fecerunt sine facultate imprimi aliquas Theses contra Decretum

Synodi Tridentinae, licet pro ejusmodi impressione legi adversante paenales esse deberent, ex clementia tamen sui Iudicij poenam eis condonavit. A quo Decreto Religiosi Patres Basiliani ad quem de jure appellarunt, quae Appellatio est refutata.

Ex Protocollo Actorum Curiae Episcopalis Leopoliensis extractum, et sigillo Illustrissimi, Excellentissimi ac Rev.mi Domini Leonis Szeptycki, Episcopi Leopolien. Coadjutoris et Administratoris Metropolitani totius Russiae altenominati communitum.

Daniel Werchratski, Actorum Curiae Episcopalis Leopolien. Notarius.

39.

Leopoli, 11. III. 1771.

Instrumentum renovationis Capituli Leopoliensis et institutionis Canonicorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 835, f. 264-265v.

Leo Szeptycki, Episcopus,... Christi Dei, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Podoliae, Abbas commendatarius Mielecensis, Archiepiscopatus Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae Coadjutor et Administrator Apostolicus, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Eques.

Universis et singulis quorum interest, et in futurum quomodolibet interesse poterit, praesentes Literas visuris, lecturis et inspecturis, salutem in Domino sempiternam.

Postquam concredit Nobis Ovilis Christi Dioecesis Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Regimen suscepimus, inter primas Pastoralis sollicitudinis curas statuimus ea, quae malignitate temporum sunt extincta suscitare, collapsa sublevare, destructa restaurare, avulsa recuperare, sua Ecclesiarum jura, earumque Ministrorum reintegrare, cuncta quoque ad majorem Dei Gloriam, animarum salutem, et Dioecesis nitorem juxta SS. Canonum Sanctita disponere, et ordinare, hujus autem studij nostri intentum et executionem Documentorum in distractum Dioecesanum Archivum defectus retardaverat. Nonnullis interea collectis juribus ex documentis, ijsdem innixi, ad effectuationem propositorum nostrorum devenientes, ante omnia Bona Podgrodzie et Sokol, mensae nostrarae Episcopalis propria, Deo adjuvante, jure vindicavimus, ratione avulsorum a Bonis Perehinsko, ejusdem mensae, haereditarijs, Processum Praedecessorum nostrorum reassumpsimus. Decreta constituendorum limitum in Tribunali Regni obtinuimus, Ecclesias Cathedrales tam Sancti Georgij Martyris Leopoliensem, a fundamentis restauravimus, ad eamque Palatium

Episcopale de novo muro ex latere cocto extruximus, in monte a natura inferni hortum plantavimus eumque muro cinximus, Cortile seu introitum petreis et ferreis Stachetis munivimus, quam etiam tituli Obdormitionis B.V. Mariae Haliciensem in Krylos, cum Residentia Episcopali pariter reparavimus, et pro viribus nostris tam ijsdem restauratis, quam et alijs ecclesijs necessaria providere, suosque pro decore et debito spirituali obsequio Ministros constituere cupientes, super re hujusmodi diu delibera vimus. Visis autem originalibus juribus, privilegijs, et erectione, seu verius resuscitatione vetustissimi Capituli antiquo vocabulo Schlavonico « Kryloszany » vocitati, alias extincti, per Macarium Tuczapski primum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem Episcopum 1544, die 16 Novembris, ipso Festo S. Mathaei Apostoli facta, Authoritate Metropolitae Kijoviensis Macarij, Novogrodeci 1549, die 10 Januarij approbata, et per Serenissimos Poloniae Reges Sigismundum Augustum, Lublini in Conventu Regni Generali 1566, die 25 Iulij, et Vladislau IV, Leopoli die 12 Octobris 1634, gratiouse confirmata. Visis pariter et lectis fundamentis Capituli Cathedralis Haliciensis in Krylos, et quidem Privilegio eidem, durante adhuc Metropolia Haliciensi per Serenissimum Leonem Russiae Duce m, anno a condito orbe 1809, Christi vero 1301, die 8 Martij collato, et per Serenissimos Poloniae Reges Stephanum, Varsaviae (f. 264v) in Conventu Regni Generali, ultima Januarij 1581 et Sigismundum ... pariter in Comitijs Regni Varsaviae die 1 8bris 1592, successive confirmato, ejusdemque Haliciensis Capituli per eundem Macarium Episcopum Leopoliensem Ordinatione, itidem per suprafatum Metropolitam Kijoviensem Macarium, die 1 Iulij 1548 approbata, tum quoque per Ill.mum olim Praedecessorem Nostrum Josephum Szumlanski, 1700, die 10 Julij, memorati Capituli Leopoliensis conservatione. Quibus itaque juribus ac fundamentis adhaerendo, insistendoque Praedecessorum nostrorum vestigij, et praxi aliarum Cathedralium ecclesiarum in Russia, memores quoque existentes Brevium et Rescriptorum p.m. Benedicti XIV, Pontificis, quae incipiunt: « Commendatissimum studium » et: « Quae Venerabiles Fratres », anno Domini 1755 editorum, quibus potissimam curam, elevationem, et ad ministeria promotionem Cleri Saecularis omnibus Russiae Episcopis commendaverat, desideratum in Cathedrali nostra Leopoliensi, Haliciensi et Camenecensi Ecclesia Capitulum, semper ex Clero saeculari formatum, per Macarium olim revocatum, rursus quomodolibet extinctum, et adusque deficiens, Authoritate nostra Ordinaria iterum suscitandum ac renovandum esse duximus, uti quidem sic, ut Decreto Nostro inter eundem clerum saecularem, et Monachos Sancti Basilij Magni ratione occupationis tam Cathedralium, quam nonnullarum Parochialium ecclesiarum, die veneris nona Decembris Anno Christi 1769 prolato, jam resuscitavimus, ita et praesenti

Instrumento in Dei Nomine resuscitamus, renovamus, et ad omnia jura Privilegia, Praerogativas, Praelaturas in Orientali Ecclesia usitatas, consuetudines et facultates, cum seorsiva tamen nostra Ordinatione eidem praescribenda, restituimus, et reintegramus, ita tamen ut propter trinum ecclesiae Nostrae Cathedralis, videlicet Leopoliensis, Haliciensis et Came-nencensis titulum, non tria distincta Capitula, sed unum identice, prout una identice est Dioecesis, cum distinctis tamen Officiis per distinctas Personas, Praesbyteros saeculares caelibes, aut viduatos et quantum fieri potest nobiles, vitae probitate, et morum honestate, doctrina, pietate, ac alijs qualitatibus praeditos, ad hoc prout de jure electos, et ordinaria autho-ritate institutos, in singulis praefatis ecclesijs nostris et quidem in Leo-polensi, tanquam principali Cathedrali, in alijs vero duabus per nodum Collegiatarum obeundis, ad unum tamen corpus Capituli destinatis, et non alias, nec alius per nos constitutum ac revocatum esse decrevimus, et declaravimus. Devenientes autem ad actualem praefati Capituli et Capi-tularium nominationem ac institutionem, ante omnia tam in praefata principali Cathedrali tituli Sancti Georgij Martyris, quam alijs duabus (f. 265) ecclesijs nostris, titulum Cathedrae habentibus, usitatas in Ori-en-tali Ecclesia Praelaturas, videlicet: Archipraesbyteratum, vice Archipraes-byteratum sive Praepositatum, Archidiaconatum, Ecclesiarchatum, Scho-lasteria, Primiceriatum, et Cancellariatum constituimus et determinavimus, et insuper ecclesias Parochiales hic Leopoli sitas, ac solis Capitularibus sive Kryloszanis ab antiquo dari et conferri solitas, ijsdem Capitularibus in post (: salvis modernis Possessoribus :) dandas et conferendas statuimus et destinavimus; convocatis, itaque, nonnullis de Clero Nostro Dioce-sano, ipsisque sensu nostro communicato, ex ijsdem pro hac vice in Prae-latos, et Capitulares sive Canonicos, et quidem ad Cathedralem Sancti Georgij Martyris Leopoliensem: Perillustres Admodum Reverendos Mi-chaelem Prymowicz, Officialem nostrum Administratoriam Kijoviensem in Archipresbyterum sive Decanum, Antonium Lewinski, Officialem nostrum Leopoliensem in Vice Archipresbyterum seu Praepositum, Stephanum Lewinski in Archidiaconum, Andream Lipnicki, Officialem nostrum Foraneum Brzezanensem, in Ecclesiarcham sive Custodem, Alexium Piasecki in Scholasticum, Joannem Osławski in Primicerium seu Can-torem, Simeonem Zoltowski in Charlophilacem seu Cancellarium, Petrum Prymowicz, Judicem Surrogatum Leopoliensem, Georgium Trochlinski, Judicem Surrogatum Administratoriam Kijoviensem, Jacobum Kawecki Glinianensem, Stephanum Kowlewski Bobrecensem, et Gregorium Donikiewicz Leopoliensem, Decanos Foraneos, in Kleroszanos, seu Canonicos; Jam vero ad Cathedram Haliciensem tituli Obdormitionis B. Virginis Mariae in Krylos, Gregorium Tychowicz, Decanum Bursztynensem, in

Archipresbyterum, Joannem Piasecki, Officialem nostrum Haliciensem, in Archidiaconum, Michaelem Blonski, Decanum Woniloviensem, in Ecclesiarcham, Jacobum Bereznicki, Decanum Perehinsensem, in Scholasticum, Georgium Tarnowiecki, Decanum Horodescensem, in Primicerium, Antonium Wolkowicz, Decanum Stanislaopoliensem, in Cancellerium. Demum ad Cathedram Camenecensem Joannem Gromnicki Lubinski, Officialem nostrum Camenecensem, in Archypresbyterum, Joannem Lubinski, Officialem Bracławiensem, in Archidiaconum, Michaelem Radevicz, Judicem Surrogatum Camenecensem, in Ecclesiarcham, Nicolaum Rymbala, Decanum et Praepositum Trembovliensem, in Scholasticum, Gregorium Szuszalski, Praepositum Horodensensem (f. 265v), in Primicerium, et Joannem Medynski, Decanum Skalcensem, in Cancellarium, elegimus, per Praesentes servatis servandis (salvis alijs electis, ad praesens absentibus, in post instituendis) statim instituimus, ac investivimus. Sic autem renovatum ac reintegratum Capitulum Nostrum, ut perpetuo, ac in aevum sit duraturum, nullaque temporum vicissitudo, bis jam practicata, vice tertia neutquam extinguere conetur, succedaneos nostros Episcopos Leopolienses, Halicienses et Camenecenses obligamus, et in Domino obsecramus, autoritatemque et protectionem Sanctae Sedis Apostolicae nec non Serenissimi Stanislai Augusti, Regis Poloniae, Domini Nostri Clementissimi ejusque Serenissimorum Succedaneorum ac Serenissimae Reipublicae humillime imploramus. In praemissorum autem omnium fidem Praesentes Literas Nostras manu propria subscriptimus et sigillo pensili muniri jussimus. Acta sunt haec Leopoli, in Palatio nostro Episcopali ad Cathedram Sancti Georgij Martyris, die undecima Mensis Martij v.s., Millesimo septingentesimo septuagesimo primo anno.

Leo Episcopus — Locus Sigilli pensilis — Daniel Werchratski, Actorum Curiae Suae Ill.mae Excellentiae Notarius.

Et quia ego Matthaeus Ustrzycki, Philosophiae Doctor, Publicus S. Authoritate Apostolica per Dioecesim Posnanien. et Varsavien. Notarius, Praesentem copiam literarum diplomatis innovationis ac ordinationis Capituli Rutheni favore V. Cleri Saecularis Leopolien. Halicien. et Camenecen. Podoliae Dioecesum emanati, cum suo Originali Authentico in Pergameno extenso manu propria Ill.mi et Rev.mi D.ni Leonis Szeptycki, Episcopi Leopolien. subscripti, ejusdemque sigillo pensili in cera rubra expresso communiti confrontatam et collationatam per omnia concordare reperi, ideo in praemissorum fidem signum, nomen et cognomen meum, quibus in talibus utor, apposui rogatus et requisitus. Act. Varsaviae Anno D.ni 1771, die Mercurii 30 mensis 8bris, Indictione Romana IV, Pontificatus autem SS.mi D.ni N.ri D.ni Clementis Divina Providentia Papae ejus Nominis XIV, Anno III.

40.

Leopoli, 4. VI. 1771.

Petit, ut confirmetur Capitulum Cathedrale Leopoliense renovatum.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 238-239.

Beatissime Pater.

A primordiis commissi humilitati meae Regiminis Dioecesum Leopolien. Halicien. et Camenecen. in id potissimum vires impendebam, ut in populo pietas, in Clero debitus virtutum non minus ac doctrinae eniteat splendor. Postquam vero sapientissimum Breve Ssmi p. m. Benedicti XIV, Beatitudinis vestrae Praedecessoris, incipiens: *Quae Venerabiles Fratres*, 1753 editum, ad omnes Nationis mae Episcopos directum, quo potissima Cleri Saecularis Cura nobis est commendata, receperim, illud calcaris loco pro effectuandis intentis meis adhibebam. Nec votis defuerit bonitas Dei. Laetor enim nunc in Domino numeroso et probo et prudenti Clero. Et cum idem Clerus exhibuissest mihi authentica Documenta probantia, fuisse Capitula ad unamquamque praefatarum Cathedralium mearum, verum stante super eo Religiosorum Patrum Basilianorum gubernio a multis annis extincta, rogare non cessavit, quin collapsa haecce Capitula resuscitentur. Cujus justis hujusmodi petitis anni, atque pro majori Cathedralium mearum decore, obsequiis ac simul pro dando aliis ad virtutum doctrinaeque studia capessenda allicio, in Praelatos et Canonicos pervetusto termino Kleroszanos vocitatos, de eodem Clero elegi ac institui, iisdemque Capitularibus de anno redditu partim ex tenuitate mea partim ex spontaneis ipsiusmet Cleri oblationibus ad duodecim millia et ultra scuda monetae Romanae ascidente providi. Quod salutare opus ne maligna temporis vicissitudine denuo supprimatur, sed aeviterne sit perduraturum, Supremam Beatitudinis V.rae Authoritatem approbationemque eidem adjiciendam humillime exoro, simulque in osculo pedum cum profundissima adoratione permaneo Sanctitatis Vestrae.

41.

Leopoli, 4. VI. 1771.

Idem commendatur Congregationi de Prop. Fide.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 239-240.

Eminentissimi ac Rev.mi D.ni, Domini, et Patroni Singularissimi.

Peroptime gnarus sum non latere Eminentias Vestras R.mas oblitterati depressique Status Cleri N.ri Saecularis Rutheni, Earundemque

summo cordi fuisse ac esse, ut idem Clerus efflorescat, ab ipsismet primordiis coeptae Curiae super Clero et Populo Dioecesium mearum pro viribus studui in elevando eodem Clero, laudabilisima Eminentiarum V.rarum desideria adimplere et simul obtigationi meae satisfacere. Nec defuit votis singularis Dei bonitas. Non invanum siquidem gloriari possum, me laetari in D.no numero et probo et prudenti Clero. Volens autem eidem Clero meo adjicere calcar meliora emulandi charismata, visis pervetustissimis Documentis, probantibus ad Cathedrales meas more aliarum Ruthenarum Dioecesium fuisse Capitula ex Clero Saeculari conflata, sed, durante Religiosorum Patrum Basilianorum super eo gubernio, a multis annis suppressa, eadem Capitula in executionem prudentissimae Decretalis p. m. Benedicti XIV, incipientis: *Quae Venerabiles Fratres*, an. 1753 editae, qua singularis cura Cleri n.ri saecularis Rutheni nobis est commendata, resuscitavi, ac in Capitulares Praelatos et Canonicos vulgari nomine Kleroszanos vocitatos, a medio ejusdem Cleri elegi, et institui, institutisque partim de mea tenuitate partim ex liberalibus ipsiusmet Cleri oblationibus de Reditu in singulos ad 12,000 scuta Romana providi.

Ut autem salutare summeque desideratum hoc opus meum sit aeviternum, nec ulla temporis vicissitudine aut hominum malignitate denuo supprimi queat, humiliter supplicandum censui Em.ssimis Rev.mis B.nibus V.ris, quatenus pro eo, quo erga inmeritum Clerum N.rum feruntur amore, robur supremae Authoritatis Ap.liae eidem adjiciendum efficere institutosque consuetis honoribus ac praerogativis, de Jure et Consuetudine usitatis, exornare non dedignantur. In expectatione singularis hujus Gratiae Em.marum ac Rev.marum D.nationum V.rum cum debita Veneratione circa osculum Sacrarum Purpurarum persistimus. Em.marum R.marum D.nationum V.rarum, etc.

42.

Leopoli, 4. VI. 1771.

Similis reccommendatio Secretario S.C. de Prop. Fide.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 240..

Ad Ill.mum D. S. Congregationis Propagandae Secretarium.

Non ignotum esse arbitror Ill.mae et Rev.mae D.nationi V.rae, Clerum meum Ruthenum Leopolien., Halicien. et Camenecen., quoisque sub despotica P.P. Basilianorum in Dioecesaniis Officiis existentium fuit dispositione, incultum depressumque fuisse. Postquam vero ab injurioso corundem regimine, vacante adhuc Sede, fuerit libertatus, et ego Deo sic volente curam Pastoralem Dioecesium memoratarum susceperim,

in id potissimum vires impendebam, ut in populo pietas, in Clero morum et doctrinae emineat nitor. Et cum prudentissima Ss.mi p. m. Benedicti XIV Decretalis, incipiens: *Quae Venerabiles Fratres*, anno 1753 edita, singularem Cleri Saecularis curam nobis commendaverit, tanto magis elevando Clero me accinxii. In sequellam sapientissimae hujus Decretalis eundem Clerum alium ad Officia Dioceesana promovi, alium conservari, ac insuper visis pervetustissimis Documentis Capitula ad Cathedrales meas a saeculis fuisse probantibus, eaque durante Religiosorum Patrum gubernio extincta, pro majori Ecclesiarum mearum commodo et Chori decore quae Capitula resuscitavi, in Capitulares Praelatos et Canonicos, antiquo nomine Kleroszanos vocitatos selectiores de Clero elegi, canonicie institui, et institutis de annuo redditu ad duodecem millia florenorum Polonical. ascende, partim ex tenuitate peculii mei partim ex spontaneis et liberalibus ipsiusmet Cleri oblationibus providi.

Sed ut hoc desideratum non minus quam salutare opus firmius sit ac validius nec in posterum ulla temporis vicissitudine sicut praedictum Patrum Basiliatorum versutia denuo supprimi queat, sed aeviterne sit duratura, censeo necessario implorandam esse renovati hujusmodi Capituli supremam S. Sedis Ap.licae Approbationem. Ad quam facilius obtinendam efficacem Eminent. ac Rev.marum D.nationum S. Congregationis Propagandae fidei Cardinalium atque simul Ill.mae ac R.mae Dominationis V.rae Instantiam et Cooperationem ferventissimis exoro precibus ac cum debita veneratione persisto Ill.mae ac R.mae D. V.rae...

43.

In Ucraina, an. 1772.

Relatio de regimine Metropolitae Kiovensis eiusque Coadjutoris Leonis Szeptyckyj.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 91, fol. 40-43.

Succincta informatio de regimine et Progressibus Ill.mi ac Rev.mi D. Wolodkowicz, Metropolitani Russiae, ejusque in Metropolia Ill.mi ac Rev.mi Coadjutoris.

Regimen et Progressus dicti Ill.mi D. Metropolitani, ut optime noti atque probati esse possint Ill.mo Excellentissimo ac Rev.mo Domino Domino Nuntio Apostolico, ejusdemque justissimo Tritunali, cum ea qua par est reverentia et devotione praesens exhibetur expositio.

Ad repetitas querelas Magnatum et multorum Procerum Palatinatum Kijoviensis et Braclaviensis emanarunt Brevia s. m. Clementis XIII, Pontificis Maximi sub die 20 Junii 1767, tam ad Ill'mum Metropolitanum,

ut ipse jurisdictionem suam in spiritualibus Ill.mo Coadjutori suo Metropolitanu *pleno jure* committat, quam ad Ill.mum Coadjutorem ut hujusmodi jurisdictionem exercendam suscipiat, prout videre est in Documentis seorsive collectis, *Nro 1.*

Post emanata haec Brevia S. Sedes prospiciendo honori dicti Ill.mi Metropolitanae commiserat Excellentissimo D. Visconti, Nuntio suo Apostolico, quatenus persuaderet D. Metropolitanu, ut ipse solus hanc jurisdictionem in Coadjutorem suum transferret. Quod si facere sponte nolle, tunc Breve dimittendae jurisdictionis ipsi intimandum foret.

Discessus ex Polonia Excellentissimi Nuntii Visconti Brevia supracitata effectuanda reliquit suo Succedaneo. Interim multiplicibus crescentibus querelis contra D. Metropolitanum ab incolis illorum Palatinatum ad Sacram Regiam Majestatem porrectis, Majestas Sua clementissime procedens, commisit Excellentissimo ac Rev.mo Domino Supremo Regini Cancellario, quatenus (f. 40 v) cum praefato D. Metropolitanu tractaret et resolutionem super punctis sibi porrectis ab eodem obtineret, ut in Documento *Nro 2do.*

Cancellarius commisum sibi a Sacra Regia Majestate negotium adimplens, diu conferebat cum Ill.mo D. Metropolitanu, controvertebatque super punctis sibi communicatis: ac tandem ad singula idem D. Metropolitanus bene reflexus resolvens respondit, *Num. 3o*, et dein cum suis Coadjutoribus Transactionem initit, jurisdictionem in Spiritualibus eis plene committens, et pro laboribus quartam partem de omnibus redditibus apromittens, ut instrumenta fusius obloquuntur, *Num. 4o*.

Pro majori Transactionis initiae robore tam Ill.mus Metropolitanu quam sui Coadjutores verbo statuerunt a Sancta Sede Apostolica confirmationem ejusdem detinere. Ubi postquam ex parte Coadjutorum pro dicta confirmatione instatum fuisse, Ill.mus Metropolitanus Transactioni libere per se factae stare nolens, opposuit eam vi et metu a se extortam.

Sancta Sedes Apostolica tali oppositione audita negotium confirmationis suspendit, et de allegatis vi et metu per Ill.mum Dominum Nuntium suum informari voluit.

Interim exorta in Regno turbulentia et Confaederatio Barensis, cui Ill.mus D. Metropolitanus favens Cosacos suos numero 200 ad eam expediendos necessariis (f. 41) providebat, hi antequam Castra Confaederatorum adivissent, resciverunt de curribus aliquot Moschoviticis D. Generalis Kreczetnikow, variis rebus pretiosis onustis, Kijoviam circa Radomysliam cum paucissimo Militum numero transeuntibus, eosdem milites cum suo Confaederatorum Commandante sunt inseuti, ac aliquot Milites occiderunt, aliquos ad fugam coegerunt, sicque currus et quidquid in eis erat, totum illis in praedam cessit, prout patet *Num. 5to.*

Hac strage Cosacorum suorum Ill.mus D. Metropolitanus perterritus et Moschorum vindictam declinans vitam et personam suam fuga salvavit et Radomislia in oras remotas et ignotas se transtulit.

Moschi, accepta notitia de militibus suis per Cosacos occisis et de rebus variis interceptis, Bona tam Metropolitana in Polessia Ukrainensi et in Wolhynia, quam etiam Episcopalia Vladimiriensia vi et violenter invaserunt ac, quidquid in eis invenerunt omnia intercepere, Praediaque ex integro spoliarunt. Quod totum innuitur Documento, *Num. 6to.*

Diu iram Moschorum Ill.mo D. Metropolitano declinante, et in abdito latitante, interim gravissima Haidamacorum per Ukrainam grassabatur clades, sacerdotes multi tyrannica morte occubuerunt, plures timore crudelitatis se non esse Unidos simularunt, plurimi relicti Beneficiis fuga se salvarunt et nemo reperiebatur qui afflictissimis solatium paeberet.

Delata fuere haec omnia Leopolim (f. 41 v) Ill.mo Coadjutori, ab hoc Sacrae Regiae Majestati, inde ad Urbem, et Ministrum Suae Majestatis. His vero expositis omnibus S. Sedi Apostolicae in Regno factis, ab eadem obtinuit Decretum sub die 28 Augusti 1768, quo mediante Ill.mi Coadjutores Metropolitanus Kijoviensis et Episcopalis Vladimiriens *provisionaliter* sunt deputati in Administratores Apostolicos, idque: Durante absentia D. Metropolitani Russiae et donec aliter per Sanctitatem Suam provideatur. Vid. Decretum, *Num. 7mo.*

Recepto ejusmodi Decreto accinxerunt se subito dicti Ill.mi Coadjutores seu respective Ill.mus D. Coadjutor Metropolitae se accinxit ad Regimen tam in spiritualibus quam in temporalibus. Cuius jurisdictione reassumpta, plures ex Parochis timore crudelitas Haidamacorum in reprobum sensum migrantes ad pristinam obedientiam redierunt et ad omnem cautelam a paenis et censuris authoritate Apostolica sunt absoluti, *Num. 8.*

Interim provisum fuit per S. Sedem Apostolicam, ut pro *honesta et decenti* sustentatione Ill.mi Domini Metropolitani, quando ex abditis locis et Oris revertetur, Ill.mus D. Administrator, demptis oneribus ex restantibus Mensae Metropolitanae fructibus medietatem persolvat. Legantur Literae Em.mi Cardinalis Sacrae Congregationis Propagandae Fidei Praefecti, *Num. 9no.* Sed quia Bona Ukrainiania in Polessia et Volhynensia ex occasione Ill.mi D. Metropolitae per Moschos fuerunt devastata, ut supra probatum est, et Ill.mus Metropolitanus in Lithuania Bona Mensae sua notabilem redditum importantia pacifice possidebat et fructum integrum ex iisdem nec non Cathedricum percipiebat (f. 42) ideo Ill.mus D. Administrator medietatem fructus ex Bonis Polessiensibus et Volhyniae qui et qualis modicus fuit et futurum calculum in suspenso habuit.

Durante ejusmodi administratione pacata, per annos duos et tres circiter menses, videre licuit cuique in Clero disciplinam et in Populo tran-

quillam erga Haeros suos obedientiam. Sed hanc pacem turbavit Ill.mus D. Metropolitanus insperato in Polessiam adventu suo et *violentissima* jurisdictionis in spiritualibus et temporalibus reasumptione, non exspectata ulla alia Sanctae Sedis resolutione, ut videre placeat, *Num. 10, 11 et 12.*

Expost obtinuit quidem favore sui in Sacra Congregatione Propagandae Fidei Ill.mus Metropolitanus restitutionem in anno 1770, die 10 Aprilis, adversus Decretum sub die 28 Augusti 1768; *legatur n. 13.* Sed facta remonstratione per Ill.mum D. Marchionem Antici, Sacrae Regiae Majestatis in Urbe Ministrum, Em.mo ac Rev.mo D. Cardinali Secretario Status, quod cum illud Decretum 1768 anni ad insinuationem Sacrae Regiae Majestatis fuerit prolatum, inaudito suae Majestatis Ministro non debuit revocari, et tunc ad remonstrations dicti Em.mi Cardinalis Secretarii Status Decretum illud sub die 10 Aprilis expeditum vivae vocis Oraculo per Sanctissimum reformatum extitit in terminis, ut est *Num. 14.*

Scriptae dein literae a memorato Em.mo Secretario Status ad Ill.mum D. Nuntium Apostolicum, ut ad executionem praefati Decreti non deveniat, sed ex Oraculo Sanctissimi sinat: «Subsistente in duobus (f. 42 v.) Coadjutoribus Metropoliae et Episcopatus Vladimiriensis administrationem», prout videre est *Num. 15.* De hac Sanctissimi mente idem Excellentissimus D. Nuntius significet Ill.mo Metropolitano, prout de facto fecit et Literas Monitoriales extradidit sub die 19 Mensis Septembris, anno eodem 1770, legantur *Num. 16.*

His Monitorialibus Ill.mus D. Metropolitanus non obedivit, quinimo violentias violentiis accumulando Ministros Administratoriales qua combinationibus, qua processibus, qua captivationibus et incarcerationibus persequebatur, Accolytas sine Praesentationibus, etiam aliquos de gleba, sine justo Canonico titulo et minus habiles ad Ordines Sacros promovebat, ac pro installatione ad Decanos a se creatos remittebat. Quod totum praeter sui notorietatem probatur, Doc. *Num. 17.*

Ill.mus Administrator, videns hanc jurisdictionis administratorialis perturbationem, Ill.mum Metropolitanum haud sinere fecit recursum novum ad Sanctam Sedem, et ex Camera Apostolica inhibitionem sub comminatione censoriarum exportavit, sub die 20 Mensis Augusti 1771 emanatam, quam idem intimari curavit, legatur *Num. 18.*

Cumque nec hujusmodi inhibitio manus Ill.mo D. Metropolitae visa fuit ligasse, citato ejus Procuratore in Urbe ad Tribunal Signaturae justitiae emanavit Decretum sub die 7 Februarii anno currenti 1772 novae inhibitionis, ne praedictus Ill.mus Metropolitanus quidquam in partibus innovare praesumat, *Num. 19* (f. 43). Sed et hoc Decretum nihil adusque

operatum est. Interim vero tam in spiritualibus quam in temporalibus Ecclesia et Bona ejus magnam jacturam patiebantur patiunturque.

Siquidem praeter plures ordinatos sine titulo canonico et sine necessitate multiplicatos Presbyteros, ut supra indigitatum, stante hac intrusiva Ill.mi D. Metropolitani jurisdictione Presbyteri Apostatae cum adminiculo Militiae Rossiaceae Presbyteros Unitos plurimos ex Beneficiis eorum propriis canonice possessis expulerunt, ad carceres squallidos intrudi procuraverunt, et eorum Beneficia per non Unidos occupari fecerunt. Quod totum ex conniventia et simulatione imo cointelligentia Ill.mi D. Metropolitani videtur successisse, Documento *Num. 20* producto attestante. Non deerunt et multae testificationes qualificatarum personarum literatoria signanter Ill.mi D. Palatini Kijoviensis, recens demortui, *Num. 21*, et alterius *Num. 22*. Nec non Ill.ris Magnifici Stempkowski, Castellani Kijoviensis, violentiarum ejusmodi et earum causae peroptime gnari, utpote in illis Oris Officium Regimentarii per longum tempus gerentis et multa oculis propriis conspicientis.

Non mediocrem et Bona Ecclesiastica in metis et limitibus suis patiuntur diminutionem damnificationemque. Nam plurimi Vicini limites antiquos transgredientes notabiles partes bonorum Mensae Metropolitanae sibi appropriarunt ut plurimae ea de re Manifestationes per Ill.mum Administratorem et Plenipotentiarios, ejus nomine factae, demonstrant, *Num. 23* (f. 43v).

Quae injuriae pariter praesumuntur connivente Ill.mo D. Metropolitano per vicinos attentatae. Siquidem hi iidem Domini Possessores Vicini Testimonia aliqua favore illius ad Urbem redere. De quo legale attestatum habet *Num. 24*.

Qualiter autem Ill.mus Administrator modico quamvis paccato tempore in illis Kijoviensis et Bracławiensis Palatinatum ditionibus cum profectu Sanctae Unionis, cum procerum ac Terrigenarum plena satisfactione Regimen in spiritualibus exercuerit, eorundem procerum exhibentur copiae literarum tam ad Sanctissimum D. quam ad Sacram Congregationem Propag. Fidei nec non ad Sacram Regiam Majestatem scriptarum legalisatae, *Num. 25*.

Praemissis itaque omnibus succinte collectis atque expositis supplicandum restat Ill.mo Excellentissimo et Rev.mo Domino D.no Nuntio Apostolico, ejusdem justissimo Tribunali, cuiusnam regimen, spectatis praesertim moderni temporis circumstantiis in Dioecesi Metropolitana Kijoviensi, per praefatos Palatinatus Kijoviensis et Bracławiensis sese extendenti, pro Unionis Sanctae propugnatione et manutentione, proque Cleri et Populi Fidei Sanctae Catholicae tenacis nec non ipsorummet Procerum et Magnatum dictorum Palatinatum pace et tranquillitate

desiderentur, obtineanturque: an nempe Ill.mi Domini Metropolitani,
an vero sui Ill.mi Coadjutoris et adusque Administratoris Apostolici?

44.

Leopoli, 8. I. 1772.

Certiorat Nuntium de interventu Cancellarii Regni contra quendam clericum eparchiae.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 89, fol. 155.

Eccellenza Reverendissima.

Dall'annesse due copie di lettere che mi dò l'onore di umiliarle, rilevansi l'Eccellenza Vostra Reverendissima ciò che mi dà occasione d'importunarla colla presente. Rilevansi altresì quel tanto m'ingiunge ex officio Sua Eccellenza Monsignor Gran Cancelliere come Primo Ministro del Regno, la di cui autorità, ed i gravi motivi che l'hanno indotto ad'un tal passo Ministeriale fanno sì ch'io debba eseguire quanto mi impone. La cattiva e temeraria condotta di un certo Chierico Glinski, offensiva dell'istessa Sagra Persona di Sua Maestà, il Re mio Clementissimo Signore, ha obligato, come ben vedrà Vostra Eccellenza Reverendissima, il rispettabilissimo Ministro a darmi ordini si precisi ed obbliga ancora me a non dipartirmi da essi, onde se il suddetto Glinski sarà a me rimesso dal Sig. Stempkovski, Regimentario delle Truppe della Republica, non potrò fare a meno di non farle mettere nelle carceri Vescovili, a fine di appurare il tutto e di punirlo quando trovisi reo dei delitti, de' quali viene accusato, mentre dai medesimi ridonda una somma ignominia per l'intiero ceto ecclesiastico. Ho stimato mio dovere di dar subito contezza all'Eccellenza Vostra Reverendissima di tutto quanto e ciò per prevenire tutte le altre sinistre rimostranze che potrebbero (f. 155v) venirle tanto da parte di Monsignor Metropolitano quanto di qualchedun altro. Mi lusingo ch'ella gradirà questo mio ufficio come un attestato della mia somma venerazione, e raccomandandomi alla continuazione delle sue grazie con profondissimo ossequio mi confermo.

Di Vostra Eccellenza Reverendissima

umilissimo, devotissimo ed obligatissimo Servitore
L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coadjutore ed Amministratore della Metropolia di tutta Russia.

Leopoli, 8 Gennaio 1772.

45.

Leopoli, 19. II. 1772.

Iterata petitio pro confirmatione Capituli et concedendis distinctoriis Capitularibus.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 249.

Beatissime Pater, D.ne D.ne Clementissime.

Octo elapsi menses,⁵⁹ ac habui honorem Sanctitati V.rae deferre, humiliterque expostulare, ut Capitulum Cathedrale, a multis annis collapsum, per me anno imediate elapso resuscitatum, ne dein rursus corruat, Suprema Autoritate Sua Vicariaque X.ti Potestate corroborare non gravetur. Verum cum adusque non sim factus voti compos, illos autem de Clero, qui notabiles suas pro Capitularibus accumularunt summas, timore ne diu sine confirmatione Apostolica duraturi hujuscemodi Capituli percuslos titubare advertam, oblationesque suas in alium finem disponere velle subaudiam; supplicandum denuo statui Sanctitati V.rae, quatenus exoptatam Gratiam Suam praestare, Capitularesque Praelatos et Canonicos meos distinctis Insigniis pro Paterna Sua Bonitate condecorare dignetur. Pro exorata hac Sanctitatis V.rae Benevolentia Pastorum Pastorem ferventissimis precibus cum toto Clero meo efflagitari non desinam, ut Sanctitatem V.ram ad regendam faustissime Ecclesiam Suam militantem de nobis servet incolumen. Cujus Paternis advolutus pedibus, eas millenis delibando osculis, cum profundissima adoratione permaneo Beatitudinis V.rae...

46.

Leopoli, 19. II. 1772.

Eadem reiterata petitio ad Sacram Congr. de Prop. Fide.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 249-250

Em.mi ac R.dmi D.ni.

Ante 8 Menses⁶⁰ honorem habui deferendi Em.mis ac R.mis D.nationibus V.ris, quod Capitula Cathedralium mearum, stante P. P. Basiliatorum super Clero saeculari gubernio, eorundem studio suppressa resuscitaverim, in Capitulares Praelatos et Canonicos Personas idoneas e medio ejusdem Cleri elegerim, et canonice instituerim, supplicaverimque Emi-

⁵⁹ Instantia haec facta fuit die 4.VI.1771; cfr. supra.

⁶⁰ Cfr. supra, die 4 junii 1771.

nentiis V.ris, ut resuscitatum hocce Capitulum sit aeviterne duraturum, nullaque temporis vicissitudine aboleatur, eidem robur supremae Autoritatis Apostolicae adjiciendum efflcere velint. Verum cum adusque optatus Postulatorum meorum effectus sit protractus idque non alia de causa factum arbitror, nisi quod S. Sedes Apostolica mole totius Orbis negotiorum semper obruatur, constitui iterato supplicandum Em.mis ad R.mis D.nibus V.ris pro obtainendo felici votorum meorum successu. Subaudio namque illos de Clero, qui pro manutentione renovati hujusce Capituli Oblationi meae notabiles suas accumularunt Summas, pertimescentes sine Confirmatione Apostolica opus hoc non diu perduraturum, dispositam salutarem intentionem suam immutare velle, alios vero ab augenda ejusmodi Fundatione arceri. Quapropter supplex exoro Eminentias V.ras, ut non solum desideratam confirmationem quantocys a Ss.mo D.no exposcere, verum etiam institutos Praelatos et Canonicos distinctis Insigniis condecorandos efficere non dedignentur. Gratia haec S. Sedis Apostolicae, mediante valida efficacique Cooperatione Em.marum ac R.marum D.num V.rarum non solum Offerentes notabile peculium in pio immutabilique proposito firmabit, verum etiam alias ad similem oblationem allicet, immo et ipsis Schismaticis Dioecesi meae vicinis, singulare hoc S. Sedis Indultum Capitularibus meis concessum, ad resipiscendum ab erroribus incitamentum esse poterit. Iteratas itaque in Postulatis hisce meis repetendo preces, simulque Sacras Eminentiarum V.rarum exosculando Purpuras, cum profundissima Veneratione persisto.

* * *

Ill.me ac Rev.me D.ne. (Secret. Propag.)

Dudum expresseram Postulata mea tam ad Ss.mum D.num quam ad s. Congr. Propag. fidei pro obtainenda confirmatione antiquissimi Cathedralis meae Capituli, studio Patrum Basilianorum, cum Regimen super Clero saeculari habuissent, suppressi, denuo per me resuscitati. Eodem tempore non intermisseram quoque Ill.mae ac R.dmae D.nis V.rae interpellare officia. Sed cum adusque Petitorum effectus maneat in suspenso, jam autem illi de Clero, qui notabiles Summas suas pro manutentione renovati hujus Capituli obtulerunt, dubii de subsequenda Confirmatione optata, certi autem de non diurna ejusdem Capituli sine Confirmatione Apostolica permanentia, liberam suam oblationem in aliud opus immutare velint, alii ab augenda ejusmodi fundatione arceantur, denuo constitui supplicandum S. Sedi Apostolicae, *pro obtainenda non solum desiderata Confirmatione verum etiam Praelatorum et Canonicorum meorum distinctis Insigniis condecoratione*. Utraquae haec S. Sedis Apostolicae Gratia non

modo Offerentes in salutari eorum proposito in majus Ecclesiae decus vergente firmabit, sed et aliis ad similem oblationem incitamentum praebebit, immo et ipsos Schismaticos Dioecesibus meis vicinos ad resipiscendum commovere poterit. Ad quam Gratiam facilius consequendam efficacissimam Ill.mae ac R.dmae D.nis V.rae Cooperationem iterum iterumque ferventissimis humillime exoro precibus, cum perennatura obligatione mansurus Ill.mae ac R.mae D.nis V.rae...

47.

Leopoli, 24. II. 1772.

De suis agentibus Varsaviae et de intentionibus Metropolitae in Ucraina.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 89, fol. 163.

Eccellenza Reverendissima

Quantumque nel mandar costà un'altro mio Prete, l'Ab. Lewinski⁶¹ avevo dato l'ordine all'Ab. Zoltowski di ritornare, con tutto ciò quando questi è utile al servizio di Vostra Eccellenza Reverendissima, volontieri gli permetto, e gli comando di servirla con ogni puntualità. Sia certa Vostra Eccellenza Reverendissima, che come stimo la degnissima persona, così ad ogni cenno sono sempre pronto di ubidirla, mentre non dubito delle sue grazie tanto per me, quanto per il mio Clero.

In questo tempo ricevo le due nuove di Monsignor Metropolita, la prima, ch'egli si è determinato di andare in Ucraina e di protestare gli Abb. Prymowicz, Lubinski, e gli altri, che in tempo dell'Amministrazione Apostolica furon da me costituiti (fol. 163v) Ufficiali Generali e foranei ne' Palatinati di Kijovia e di Braclavia. L'altra nuova, che lo si pratica in quella parte della Metropolia in Littunia, e per conseguenza l'accordato fatto con autorità di Vostra Eccellenza Reverendissima viene poco da esso considerato, e mantenute le di lui promissioni, come le esporrà e monstrarà dalle lettere il mio Procuratore Ab. Lewinski, a cui La suplico di darne udienza, e di fare in appresso, accioche cessino tutti i disturbi, e le calunnie di qualunque sia stato per il passato nella detta Amministrazione; e senza piú incomodarLa passo a raccomandarmi alla sua sperimentata bontà protestandomi colla dovuta stima e venerazione.

⁶¹ Stephanus Levynskyj, sacerdos eparchiae Leopoliensis (1710-1806), varia obi- bat munera et variis gaudebat dignitatibus ecclesiasticis, ut ex.g. Abbatis commenda- tarii Suprasliensis; dein nominatus Ep. tit. Tegeanus, et demum episcopus Luceoriensis unitus, ultimus in hac serie.

Di Vostra Eccellenza Reverendissima
 umilissimo devotissimo ed obligatissimo servitore
 L. Leone, Vescovo di Leopoli, Coadjutore Metropolitano...
 Leopoli, 24 Febbraio 1772.

48.

Leopoli, 25. III. 1772.

*Ep. L. Šeptyckyj Card. Castello, de sacerdote Eustachio Kulikowski absol-
 vendo a censuris.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 10, fol. 433 (copia).
 MUH, vol. VI, pag. 343, nr. 212.

Eminenza R.ma.

Di quanto codesta Sagra Congregazione intorno il memoriale por-
 rettovi dal prete Eustachio Kulikowski mi ha ordinato, n'umilio la se-
 guente informazione. Questo Eustachio, figliolo del prete Ruteno, dopo
 la morte della prima sua moglie, ha preso l'altra, e questa vedova; era
 in servizio della chiesa Kolaczkoviense sino che le turbolenze della pace
 non si eccitassero nel Regno; quindi moltiplicandosi i confederati, fra
 gli altri l'Oratore fu preso da medesimi, perché servisse loro da soldato;
 scappò la prima volta, ma non avendo dove nascondersi, fu attaccato
 l'altra volta, pure gli è riuscito di fugirsene e di portarsi in Valachia;
 ivi da un certo Amfilochio, vescovo disunito di Coccin, prese gli Ordini
 sagri, e vi fu istituito al benefizio in Sinszonc in quelle parti, postosi
 in tal stato qual sicuro dell'ulterior sua presa alla milizia, ritornò in patria.
 Quantunque per lo scandalo emanato dalla comunicazione con i disuniti,
 non può egli rimanere nelle parti confini con Valachia, e neppur nella
 mia diocesi, tuttavia confessando egli il suo errore per paura commesso,
 e ricorrendo alla s. madre Chiesa, pare di poter essere aggraziato dalla
 benigna clemenza della S. Sede; peraltro questo mio sentimento rimetto
 all'alto giudizio della Sagra Congregazione; per fine colla più rispettosa
 venerazione mi dico

Di Vostra Eminenza R.ma umilissimo, devotissimo ed obbligatissimo
 servitore

L. Leone Szeptycki, vescovo di Leopoli, coadiutore ed amministra-
 tore delle truppe di tutta la Russia.⁶²

Leopoli, 25 Marzo 1772.

⁶² Ut videtur, quidam error, nam tale munus non dabatur tunc tempore, dum fere tota Ucraina in dominio erat Moscoviae.

49.

Roma, 24. VII. 1772.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 10, f. 434rv.
MUH, vol. VI, pag. 345, nr. 214

Istruzione per Monsignor Vescovo di Leopoli.⁶³

1. Monsignore Vescovo di Leopoli si compiacerà d'informare se Eustachio Chulikowski abbia il congruo assegnamento, con cui possa vivere con decenza propria al carattere.
2. Se ha ricevuti gl'Ordini e minori, e maggiori, e se successivamente e non per saltum.
3. Se abbia mai celebrato dopo ricevuti gl'Ordini.
4. Quanto tempo è stato fra Schismatici.
5. Se stima egli spedito, che l'Oratore venga dispensato dalla Bigamia e dalle irregolarità per la celebrazione, se ha celebrato, e per la comunicazione cò Scismatici.
6. Se l'abilitarlo, colle previe dispense Apostoliche, alla celebrazione della Messa, possa recare scandalo in quelle parti.
7. A quale Ordinario sarà soggetto se non può restare nella Diocesi di Leopoli, e per qual motivo non può restarvi.
- (f. 434v) 8. Deve finalmente sapere, che la Suprema è benignamente condiscensa di farlo assolvere dalla Scommunicata, etc. etc. etc. ...

24 Luglio 1772.

50.

Leopoli, 9. X. 1772.

Instantia Administratoris Metropoliae contra violentias et persecutiones in Ucraina.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 10, fol. 533-534.
ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 33, foll. 44-45.

Traductio Literarum Ill.mi et Rev.mi D. Szeptycki, Episcopi Leopolensis, Coadjutoris et Administratoris Apostolici Metropoliae totius Russiae ad Ill.mum D. Comitem Romanoff, Feld-Mareschalcum seu Supremum Commandantem Exercituum Russiae, datarum die 9 8.bris 1772. Leopoli.

⁶³ Leoni Szeptyckyj.

In fiducia summae Dominationis Vestrae Ill.mae gratiae atque benevolentiae, qua gloriior, nec non justitiae qua ipsa floret coram Universo, audeo praesentibus eandem convenire, ac misericordi suo animo inauditas Cleri ad meam curam Pastoralem spectantis oppressiones exponere.

Lege illa, quam Nobis Serenissima Imperatrix Sua authoritate firmavit, sub paenis severis cautum est, ut nec Unitis ad Non-Unitos, nec Non-Unitis ad Unionem liceat abhinc transire, sed ut quilibet et suis gaudeat juribus, teneatque pacifice quidquid ad annum 1717 possedit. Aliqui ex Nostris veris Unitis violenter legem ejusmodi partim ex petulantia, partim propter paenas pro excessibus evitandas, partim suasione Episcopi Periaslaviensis jurisdictionem suam aliena in Dioecesi atque Dominio dilatare intendentis, publicato se esse Non-Unitos, expediverunt de medio suo Petropolim quendam *Guranda*,⁶⁴ qui non ita pridem tanquam verus Unitus, cum aliis Unitis Presbyteris manifestationem super violentiis, homicidiis factam subscrispsit, et alterum ei non dissimilem *Perorowski* vocitatum Presbyteros saeculares, cumque rimorsiis contra Unidos et Polonos, acsi persecutionem ab iis paterentur, unde exportarunt protectio-nalia favore (f. 44 v) sui Rescripta ad Exercitus Imperiales, ut eos ab his, de quibus conuerebantur, protegerent persecutionibus. Nunc sub velo ejusmodi Protectionis jam non modo supramemoratam Legem violant, sed eadem ipsa concessa sibi a Serenissima Imperatrice gratiosa protec-tione (: in qua non est haec libertas :) pro Unitorum oppressione utuntur, circa adminiculum Armorum a dispositione Principis Generalis Galiczy dependentium, sicque Parochos Unidos invadunt, percussionibus tractant, ligant, atque ad carceres: Polonnensem et Berdyczoviensem remittunt, portas ecclesiarum refrigunt, ut non modo ab his amoverent, verum a propriis etiam domibus Plebanalibus eiiciunt, totam illorum intercipiunt substantiam; ipsis quoque uxoribus, liberis ac famulis eorundem non par-cendo, simili crudelitate cum iis procedunt, ruditate ipsa atque malitia sese regentes; Cyboria cum SS. Eucharistia de altaribus ad terram dei-ciunt, Sacraenta nostra Unitorum pro invalidis declarant, irridentque, nunquam faciunt. Plures violentias D. Gromnicki, meus Officialis Came-necensis, cum magna Ill.mae Dominationis Vestrae permissione, quam humillime expeto, oretenus exponet, et documentis probabit, quas justis-simo (f. 45 r.) ejus judicio subiiciendo, supplico imprimis quatenus dignet-ur confidere meae conscientiae, quod, si ego viderem vel minimam inju-

⁶⁴ Quendam Laurentium Guranda, ad praesentationem Excel.mi Branicki, ipse Leo Szeptyckyj die 27 decembris 1769, Leopoli, ad ecclesiam parochialem in oppido Bohuslav ordinavit. Vide infra, in elenco ordinatorum.

riam Non-Unitis a Clero meo inferri, juberem fieri cuilibet exemplarem satisfactionem; tam imploro gratiam propter injuste oppressum Clerum meum unitum, saeculares Presbyters, ut a supra Dominationis Vestrae Ill.mae dispositione possent habere protectionem per mandatum in scripto extradendum ad Principem Generalem Galiczym, qua mediante non solum non opprimerentur adeo crudeliter, verum ad Parochias quoque, proprietatesque suas, ex quibus sunt expulsi, possent redire. Utique, nemini per vim etiam suas res proprias licet repetere, tanto magis iis qui sunt Legis transgressores gratiaque ipsis concessa abutuntur.

Clerus meus, postquam expulsus fuerit, hanc misericordiam, pro maximis successibus, proque augmento gloriae Dominationis Vestrae Ill.mae Deum ferventer exorabit; ego autem manebo in obligationibus magnificandi justitiam, bonitatem, benevolentiamque ejus, cui me una cum oppressis recommendans, debita cum veneratione me subscribo, etc.

51.

Varsavia, 25. XI. 1772.

Gratias agit de concordia stabilienda cum Metropolitano, annuente regia auctoritate.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 91, fol. 56.

Episcopi Leopoliensis et Brestensis,⁶⁵ Coadjutores Ill.mi Metropolitani et Episcopi Vladimiriensis, humillimi servi Ill.mi Excell.mi et Rev.mi Domini Domini Nuntii Apostolici intime sunt persuasi meliorem utilioremque Ecclesiae Ruthenae Catholicae partem eligi non potuisse a Sua Excellentia Rev.ma in combinando negotio cum Ill.mo Domino Metropolitano suo Coadjuto, quam per viam amicabilis compositionis; proindeque maximas quas possunt referunt gratias eidem Suae Excellentiae Rev.mae pro omni eo, quod pro suo incomparabili zelo atque innata benevolentia operari est dignata.

Ut vero ista via ad suum effectum perduci valeat, censem Coadjutores supradicti totum hoc negotium cum scitu et beneplacito Sacrae Regiae Majestatis esse transigendum. Quapropter obsecrant eandem Suam Excellentiam Rev.mam, quatenus modus compositionis communicetur Ministerio Suae Regiae Majestatis, ut eo ipso opus hoc maneat magis solenne, publicum et inconcussum. Haec interea humillime exponunt

⁶⁵ I.e. Leo Szeptyckyj et Antoninus Mlodovskyj.

iidem Coadjutores supradicti et promptam Mandatis Apostolicis Suae Excellentiae voluntatem testantes iterum se profitentur etc.

Varsaviae, die 25 Novembris 1772.

52.

Varsavia, 9. XII. 1772.

De concordia inter Coadiutores et Coadiutum, Metr. Wolodkowyč.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 10, fol. 572rv.

MUH, vol. VI, pag. 345, nr. 215.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine Clem.me.

Post oscula pedum Vestrae Sanctitatis, humillime exponimus: Qualiter tandem sub auspiciis Vestrae Beatitudinis, mediante sollicita cura, zelo, officiis atque authoritate Exc.mi D.ni Iosephi Garampi, dignissimi in hoc Regno Nuntii Apostolici, diu exoptata nos inter et Ill.mum Archiepiscopum Metropolitanum Russiae, nostrum Coadiutum concordia, ad mentem saluberrimorum oraculorum dispositionumque eiusdem Vestrae Beatitudinis est stabilita. Neque aliud iam nobis superesse videmus, nisi implorare gratiam Vestrae Sanctitatis, quatenus hocce opus supremo eius beneplacito confirmari atque approbari possit. Secuto hoc effectu, nos ut de firmitate eiusdem operis perpetuo reddemur securi, illico omnia studia, viriumque nostrarum contentiones eo conferemus, ut mandatis praelibati Exc.mi D.ni Nuntii respondentes, et rebus Unionis sanctae, (fol. 472v) quam summo in discimine positam esse cernimus, pro ea, quae cordibus nostris insidet sollicitudine consulere, et feliciorem desiderabilioremque dioecesibus ordinem afferre valeamus.

Pro hoc actu clementiae Vestrae Beatitudinis dum iterum iterumque supplices instamus, Apostolicam suam sanctam benedictionem profundissima cum veneratione expetentes, inter iterata sanctissimorum pedum oscula manemus.

Varsaviae, die 9 Decembris, 1772 anno.

Sanctitatis Vestrae Domini Nostri clementissimi scabella pedum et quotidiani exoratores

L. Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Coadiutor Metropoliae totius Russiae.

A. Młodowski, Episcopus Brestensis, Coadiutor episcopatus Vladimiriensis, m. pr.

53.

Varsavia, 10. XII. 1772.

Tertia iam vice expedit confirmationem renovati Capituli Leopoliensis.

ASV, *Arch. Nuz. di Vienna*, vnl. 71, fol. 41.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 256-257.

Beatissime Pater, Domine, D.ne Clementissime.

Post oscula pedum Sanctitatis V.rae, audeo non modo humillime exponere resuscitatum a me esse Capitulum verum etiam ne successu temporis, sicut jam practicatum fuit, denuo corruat, sed Ap.lica firmate roboratum aeviterne durare possit, pro apponenda eidem suprema authoritate ardentissime supplicare. Scio euidem tam Ecclesiasticos quam Saeculares Ritus Latini hoc in Regno pridem nos odio persequi, et tam Canonicis quam Patriis Legibus in omnibus ipsis parificatos pati nolle. Pluries de hujusmodi persecutionibus, et per nos modernos Episcopos, et per Praedecessores nostros coram S. Sede Apostolica fuit querulatum, sed optatae tranquilitatis, et non fictae amicitiae effectus adusque desideratur, imo in praesentiarum per evidentiam contrarius exhibetur. Quamvis unius Sanctae Matris Ecclesiae Catholicae simus Filii, unum Patrem nobis aequa ac illis communem Summum Pontificem veneremur, illi attamen volunt Nos non ut Fratres, sed ut alienigenas et sibi in omnibus subjectos habere. Hic Rev.morum Ritus Latini Episcoporum nobiscum agendi modus quantum sit nocivus Unionis s. propagationi, Schismaticorumque vicinorum scandalo, enarrare perdifficile. Videntes enim talia Nobiscum peragi, Nos irrident, et se in erroribus obfirmant. Quare supplex exoro Sanctitatem Vestram, quatenus falsis malevolorum relationibus de me, meisque Capitularibus, Personis distinctis, scientia et bonis moribus praeditis, non vilibus, non rustictis, velut accusati sunt, quorum aliquos Illmo Sanctatis V.rae in hoc Regno Nuntio habui honorem praesentandi, fidem nolit praebere, sed imo postulatis meis benigneter admissis, renovatum Capitulum suprema potestate sua confirmare, Capitularesque meos distincta sua Ap.lica gratia donare et concedere dignetur.⁶⁶ Interim coelorum Patrem pro longaeva incolumitato Sanctitatis V.rae ad faustissime regendam militantem Ecclesiam suam cum eodem Clero meo deprecans, in iterato sacratorum pedum osculo maneo, Sanctitatis V.rae D.ni D.ni mei Clementissimi scabelum pedum et quotidianus Exorator.

Leo Szeptycki, Ep.pus Leopolien., Coadjutor Metropoliae tot. Rus.
Varsaviae, die 10 Xbris 1772.

⁶⁶ Confirmatio haec expresse, ut videtur, non fuit concessa nisi saeculo XIX.

54.

Varsavia, 10. XII. 1772.

Triplacata instantia apud S.C. de Prop. Fide de eodem argumento confirmationis Capituli Leopoliensis.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 257-258.

Em.mi Domini, D.ni Patroni Clementissimi.

Habeo relatum, E.mi Domini, quod Ill.mus D.nus Archieppus Latinus⁶⁷ suis in Literis ad Eminentias Vestras datis non modo asseruit, resuscitationem Capituli mei esse novitatem in Ruthena Ecclesia inauditam, verum Capitulares quoque meos esse Personas viles, rusticas, ad solam agriculturam idoneas, et caetero indignas. Insuper concitavit hic in Regno omnes Ill.mos Ep.pos Latinos et Capitula eorum ad huic meo operi salutari se opponendum. Deus illi parcat; utinam is ultimus esset, qui Nos Nostrique Ritus Clerum et Populum persequatur. Ab initio ferme initiae Graecorum Ruthenorumque in Concilio Florentino Unionis cum S. Romana Ecclesia ingentibus repleta est Ruthenorum querelis S. Sedes Ap.lica, et S. Congregatio de propag. fide contra Dominos Polonos, tam Ecclesiasticos quam Saeculares Ritus Latini. Talis in nostro solo nobiscum procedendi modus S. Unionis propagationi summe est nocivus. Vicini enim Schismatici varias Nostras oppressiones, et Ritus labefactionem videntes, Nos derident, et in erroribus suis magis magisque firmantur. Quod haec Capituli resuscitatio non sit ulla novitas, quodve Capitulares mei non tales sint Personae, quales malitiose coram S. Sede fuerunt depicti, ad abundantiam probavi coram Ill.mo D.no in hoc Regno Nuntio Ap.lico eidemque aliquot Personas de gremio Capituli deputatas praesentavi, ut videret, sententiaretque, non sine injuria eos in Urbe denigratos fuisse.

Supplex itaque exoro Em.mas ac R.mas D.tiones Vestras, ut innocuo mihi Capitularibusque meis parcentes, efficacissima Officia sua ad SS. Dominum communem utriusque Ritus Patrem pro obtainenda Capituli resuscitati confirmatione, quam suo malevoli studio impedire satagunt, interponere non dedignentur.⁶⁸ Si Ill.mo D.no Archiep.po Leopolien. Latino, habenti Capitulum Cathedrale Leopolien. et duarum Collegiatarum Stanislaopoliens. nempe et Zolkievien. pridem erecta, licuit anno praesenti pro majori Ecclesiae, Dioecesis et Cleri sui decore novam ad Ecclesiam S. Mariae in Suburbio Leopoliensi Collegiatam erigere, et in ea Capitulares

⁶⁷ Venceslaus Sierakowski, Archiepiscopus Leopoliensis Latinorum (1760-1780).

⁶⁸ Venceslao Sierakowski.

Canonicos instituere, demirari non possum, cur mihi antiquum Cathedrale vicissitudine temporum abolitum non licuerit resuscitare, et ne denuo corruat, praesidio Authoritatis Apostolicae firmari. Sumus enim in omnibus cum Latinis non solum Canonicis, sed etiam Patriis Legibus parificati, et quemadmodum ego non me immisceo ad regimen et Dispositiones Illustrissimi Archiep.pi, pari modo nec ipse meis obsistere, tanto magis alios Ill.mos Ep.pos suos concitare deberet. Si unquam moderno praecipue infelicissimo tempore haec Ill.mi D.ni Archi-Ep.pi praepotentia in abdito esse deberet, sumus enim in tali discrimine positi, quod Disuniti Nobis praedominantes plurimos Nostros Unidos Parochos in Ukraina, Moschovitico Dominio suo vicina, de Beneficiis propulsarunt, varioque oppresionum genere affecerunt. Nisi itaque a S. Sede Apostolica pari cum Latinis gratia protegamus, et prosequamur, actum erit de Unione Nostra, longissimo annorum imo saeculorum spatio conquisita. Quod cunctorum malorum pessimum ut non eveniat, iteratas, humillimas meas Eminentiarum Vestris repeto preces, et in osculo Sacrarum Purpurarum cum profundissima veneratione persisto. Eminentiarum Vestrarum etc.

Varsaviae, die 10. Xbris, 1772.

L. Leo Szeptycki, Ep.pus Leoplien., Coad. Metr. tot. Rus.

55.

Varsavia, 10. XII. 1772.

De eodem argumento Secretario Congregationis de Prop. Fide.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 258-259.

Ill.me, ac R.me D.ne, D.ne, Patrone Col.me.

Pridem mihi notum est, Ill.mum D.num Archiep.pum Leopoliensem torvo aspicere oculo Cleri mei elevationem, omniaque adhibere media, ut depressus, in pristino sit opprobrio, et vilipensione. Detulit S. Sedi, renovatum Capitulum meum esse novitatem in orientali Ecclesia inauditam, Capitulares meos Personas viles, rusticas, ad solam agriculturam capaces, et propterea distinctis Ap.lcae Gratiae insigniis indignas. Quae omnia quam longe a veritate sint aliena, et honorem carpentia, ad evidentiam demonstravi Excell.mo D.no in hoc Regno Nuntio Apostolico: Non me dilato in variis praejudiciis a praefato Ill.mo. Archiep.po mihi, et Clero meo illatis, Unionis S. Propagationi summe nocivis, et vicinos Schismaticos nimis scandalisantibus. Id unicum superaddo, quia in hoc potissimum laborat et alias Ill.mos Coep.pos suos ad secum idem sentiendum et faciendum incitat, ut non solum Cleri Nostri legibus tum Canonicis quam Patriis, cum Clero Latino in omnibus parificati, elevationem impediret,

ſed etiam nosmet ipsos Ep. pos Jurisdictioni ſuae poſſit ſubjicere. Quapropter humillima poſtulata mea ad S. Sedem Ap. licam iterata repeto, ſimulque Ill. mae ac Reverendis. D. nem V. ram enixiſſime exoro, ut vali- diſſimam ſuam interpoſitionem favore Capituli mei ad Em. mos Patres facere dignetur, qui non attentis, imo ſpretis, tanquam calumniosis, et inno- cuorum honorem laedentibus objectis per ſaepedictum Ill. mum D. num Archiep. pum allatis, Clerum meum ſingulari benevolentia profe- quentes, Capitulum reuocatum per SS. D. num confirmandum ſingulari et diſtincta S. Sediſ Gratia dignos fore ceneant, et opem ſuam praebere non graventur. In expectatione hujus Gratiae, cum obligatione aeviternae gratitudinis maneo Ill. mae ac Rev. mae D. tnis V. rae devotissimis et obligatissimus Servus.

L. Leo Szeptycki, Ep. pus Leopolien., Coadjutor Metropol. tot. Russiae.
Varsaviae, die 10 Xbris. 1772.

56.

Varsavia, 10. XII. 1772.

*Idem Plenipotentiario Regis Poloniae in Curia Romana.*MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 259.

Ad Excell. mum Marchionem Antici, Plenipotentem Regium.

Ill. me ac Excell. me Domine, D. ne, Patrone Col. me.

Quemadmodum cuncta occurrentia in Urbe negotia mea tractabam mediante validiſſima cooperatione Ill. mae ac Excell. mae D. nis V. rae, ita et negotium habendae confirmationis a S. Sede Ap. lca Capituli mei Leopolien., Halicien. et Camenecen., pridem aboliti, et in anno immediate praeterito per me reuocati, eidem ſingulariter commendatum eſſe cupio. Quae ſcripsi ad S. mum, S. Congregationem, et Ill. mum D. num ejusdem Secretarium, intelliget Ill. ma et Excell. ma Dominatio V. ra ex literis volanti ſigillo ad ſe annexis. Hic aliud non reſtat exprimendum, niſi ſingularem exorare Gratiam Ill. mae ac Excell. mae D. nis V. rae, ut circa conſignationem literarum Summo Pontifici, Em. mo Cardinali S. Congregationis Praefecto, et Ill. mo D. no ejusdem Congregationis Secretario, tum Informationis dehinc Excell. mi D. ni Nuntii A. plici, ſuarum quoque rationum validiſſima momenta exponere velit, et S. Sedem Ap. licam ad vota mea inclinare. Ill. mus. D. Archiep. pus Leopolien. omnes Regni Ep. pos, et eorum Capitula contra me Capitulumque concitatavit, Capitulares meos immaniter denigravit; accepta poſtea notitia, gratiam Distinc- toriorum eſſe ſupeſtam, ſumme cum ſuo Capitulo eſt laetus. Spem attamen in Deo et S. Sede repono, quod circa fortiſſimam Ill. mae D. nis

V.rae cooperationem gaudium hoc jniustum non diu sit duraturum. Interim in omni patientia felicem eventum expectans, cum perennatura gratitudinis obligatione manere non desistam Ill.mae ac Excell.mae D.nis V.rae devotissimus et oblig. Servus.

L. Leo Szeptycki, Ep.pus. Leopolien., Coadj. et Administrator Metr. totius Russiae.

Die 10. Xbris. Varsavia.

57.

Leopoli, an. 1773.

Instantiae et rationes Episcopi Leopoliensis pro subiectione monachorum Basiliatorum iurisdictioni Episcopi Leopoliensis.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 348-351.

Adnotationes de Ep.porum ruthenorum in monachos ruthenos s. Basili M. ordinaria jurisdictione, factae per Ep.pum ruth. Leopoliensem, Leonem Szeptycki.

Quemadmodum certum est, unum tantum esse in Ecclesia Orientali religiosum coetum monachalem, a S. Basilio, Archiep.po Caesariensi institutum, ita procul dubio Monachos a prima sui institutione ordinariae Ep.porum jurisdictioni semper immediate subjectos fuisse et nunc subesse, ubi ritus graecus profitetur, veluti in Graecia, Hungaria, Croatia, Dalmatia, Translyvania, Bulgaria, Valachia, Moscovia, sive Catholici sive Schismatici, a suis respective orthodoxis Antistitibus immediate dependent, nullibi suos regulares Superiores ab hac jurisdictione quovismodo exemptos habent.

Jurisdictionem autem super Monachos in Ecclesia Graeca non quomodo docunque ab Ep.pis adeptam vel usurpatam, sed auctoritate ecclesiastica et civili ipsis attributam fuisse, Monachosque in Russia jurisdictioni ordinariae Metropolitae et Ep.porum subjectos fuisse, patet et Constitutionibus Ducum Russiae: S. Vladimiri, Jaroslai, Basilii filii Demetrii.⁶⁹

Extinctis Russiae Ducibus, cum dominium ad reges Poloniae esset jam devolutum, Sigismundus I, Poloniae Rex, ex Metropolia Haliciensi, quae vicissitudine temporum suppressa fuit, efformando Ep.patum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem, anno X.ti 1539, ad eundemque Ep.patum Macarium Tuczapski, antehac Vicarium in spiritualibus

⁶⁹ S. Vladimirus Magnus (978-1015), Jaroslaus Sapiens (1018-1054) et, ut videtur, Basilius I Demetrii, princeps Moscoviae (1371-1425).

Metropolitae Kijoviensis, primum Ep.pum Leopoliensem nominando, in suo erectionis ac nominationis diplomate, districtus ac limites dioecesis describens, in his quoque districtibus subesse jurisdictioni spirituali populum ac clerum in Monasteriis, in specie autem illud in Unio declarat. Hanc jurisdictionem in Monachos etiam alii Serenissimi Reges Poloniae in suis diplomatibus nominationis Ep.porum Leopoliensium expresse confirmarunt ac iterarunt usque ad ultimam moderni Ep.pi Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis nominationem, a Serenissimo Augusto III, Rege Poloniae, in qua idem retinuit jus jurisdictionis in Basilianos, quamvis jam dimissos et exemptione S. Sedis munitos.⁷⁰ Quare nullum dubium superest, Basilianos subjectos fuisse jurisdictioni Ep.porum.

Tandem Athanasius, pie functus immediatus Ep.pus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Metropolita totius Russiae, urgente Curia Romana executionem certi decreti, ad instantiam Monachorum in Synodo nationali Zamoscii celebrata firmati,⁷¹ ut Monasteria Basilianorum Dioecesium Vladimiriensis, Luceoriensis, Chelmensis, Leopoliensis ac Premisiensis in unam Congregationem seu provinciam redigantur, convocato collegio Ep.porum harum dioecesum, non tam libenter quam reverenter obtemperando mandatis apostolicis, dictos Monachos de Ordinaria jurisdictione dimisit, quos statim Benedictus XIV Papa per Breve suum ab eadem jurisdictione ordinaria dimissos exemit, et S. Sedi immediate subjecit.⁷² Cum quibus taliter exemptis idem Athanasius Metropolita in hac Cathedra Leopoliensi S. Georgii primum Capitulum celebravit, Superiores immediatos Ordinis elegit, qui Monachi nullam tunc de Cathedralitate ejus quaestionem moverunt, imo in suo actu Capituli pro Cathedra recognoverunt.

An autem supra dictum decretum de redigendis in unam congregationem Monachis seu de provincia sub uno Capite Religionis erigenda in Synodo Zamosciana, sine consensu Regis et Reipublicae prolatum, tot principum Privilegiis ac juri Metropolitico non sit contrarium, et an Athanasius Metropolita juri Ordinario etiam nomine Succedaneorum suorum potuerit legitime renuntiare ac de jurisdictione in Monachos privata autoritate cedere? quaestio ista de jure est resolvenda. Non possunt Monachi consensum Serenis. Augusti II Regis tum regnantis tacitum ducere, cum Succedaneus ejus Augustus III, in nominatione moderni

⁷⁰ Anno 1748, quo Leo Szeptyckyj ad eparchiam Leopoliensem promotus fuit.

⁷¹ Anno 1720, sic d. Synodus Provincialis Zamostiana; cfr. opus J. BILANYCZ, *Synodus Zamostiana an. 1750: eius celebratio, approbatio et momentum*, Romae 1960.

⁷² Litteris «*Inter plures*», die 11.V.1744; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, Romae 1954, pag. 88, nr. 704.

Ep.pi Leopoliensis, jam stante dimissione et exemptione eorum, hoc non obstante, eosdem jurisdictioni ordinariae subjicit.

Post talem Monachorum exemptionem quanta in Ecclesiam ruthenam irrepserunt mala et disordo, praetermissis illis, quae spiritualia, scilicet ritum, ceremonias ecclesiasticas et devotiones concernunt, saltem aliqua, quae ad statum politicum spectant, hic adnotantur. Et quidem, primo fecerunt illi cum saepe dicto Athanasio Metropolita certum concordatum, quod intitularunt « *nexus religionis cum Metropolitano* »⁷³ eoque mediante se submiserunt semper illum pro Capite Ordinis religiosi recognoscere, ab eoque tanquam primo Ordinis Superiori immediate dependere. Sed tali nexu brevi totaliter rupto, simplicem Monachum pro Capite Religionis suae elegerunt, eumque Protoarchimandritam generalem nuncupaverunt, et cum tali suo Capite conjuncti Archimandritas alios, Abbatess religiosos, a Regibus nominatos, a Metropolitanis benedictos ac institutos, qui a jurisdictione Metropolitana nunquam exempti fuere, magno motu ac impensis, excitato super hoc in Curia Romana cum Metropolita litigio, tandem per decretum ejusdem Curiae dictos Archimandritas advitales potestati ac jurisdictioni ejusdem temporanei Superioris, simplicis Monachi sui Protoarchimandritae ad quadriennium tantum electi, subegerunt ita, ut decretum romanum praedictum, favore monachorum latum, contra tot privilegia et jura Regum et Reipublicae Metropolitanis gratiose elargita, non solum in personas dictorum Abbatum, sed etiam in bona abbatialia a Regibus Poloniae collata, jus Protoarchimandritae, cum abrogatione jurisdictionis Metropolitanae in eosdem, adjudicaret.

Secundo, quaedam monasteria abbatialia juris et collationis regiae, uti inter alia Lauroviense, quod est in Galicia, ac aliorum saecularium Magnatum, suppresso jure patronatus Majestatico, in simplicia transformarunt, cui absurdo status Reipublicae sese opponendo, per legem publicam an. 1768 sancitam, dictas suppressas Abatias et jurisdictionem Metropolitanam in Abbes et eorum bona instaurarunt. Licet Serenissimus Rex, adhaerendo dictae legi, pro jure suo nominavit in Abbes personas religiosas, sed nominationibus Regis et legi Reipublicae tam arroganter Monachi se opposuerunt, personas nominatas in Curia Romana et aliis subseliis infinitis processibus involvunt, contributiones ex monasteriis pro ejusmodi litigiis quotannis extorquent, et hoc modo extra regnum lites nutriunt, ut praeter unam, quae fuit favore eorum Protoarchiman-

⁷³ Cfr. opus M.M. WOJNAR, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949, passim, et in *De Capitulis Basiliyanorum*, Romae 1954, Capitulum Dubnense an. 1743, pag. 23.

dritae olim Bilinski ac dictam Lauroviensem collata, nulla alia nominatio regia suum effectum sortita sit, nam ad eandum ipsam Lauroviensem Abbatiam, post obitum dicti Abbatis Bilinski, alias nominatus, ad ejus consequitionem non admissus.⁷⁴

Tertio. Sub praesidio exemptionis suaे juribus Ordinariorum quanta praejudicia ac vulnera intulerant et continuo inferant, nullis fere Ep. porum dispositionibus obtemperando, ut reformatio ac reparatio tanti disordinis multo labore ac opera indigeret. Ex his itaque facile colligitur, decretum Synodi Zamoscianaæ de congregandis monachis in unum Corpus seu provinciam supradictam, motivo acsi instaurandæ seu conservandæ disciplinae regularis factum, fine et effectu suo evidentissime frustrari, et potius corruptelæ, litigiis et inconvenientiis, tam supra relatis quam aliis innumeris ansam et occasionem praebuisse et continuo praebere.

58.

....., 1772.

Instantia de amovendo Metropolita Wolodkowycz a regimine Metropoliae.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 91, fol. 81rv.

Copia certae chartae e Polonico in Latinum versae.

Comprobando his documentis, quae in Originali mittunt. Quoniam, quam primum reintegratus fuerat, Clerus timore percusus, forte et in Lithuania reparavit, ad exemplum Ukrainae, nam dum hic petit auxilium ille minatur captivationem. Veros Unitos, appellat schismaticos. Talia ipsius facta, summae infelicitatis causae fiunt, demonstrantque clare: existere ipsum incapacem regiminis, Defraudatorem Unionis; necesse est ergo, ut etiam in Lithuania privetur omni jurisdictione. Excellentissimus Nuntius intueat has literas, quae de Lithuania pervenerunt, exponatque Sacrae Congregationi necessitatem, privandi omni jurisdictione, tam in Polonia, quam in Lithuania, mihiq[ue] eam commitendi absque mora, ut possim tali malo mederi; pollicitus est utique se, in casu urgentis necessitatis, traditurum Nobis instrumenta, ac concessorum reassumptionem regiminum, sine expectatione confirmationis. Potest ne dari major necessitas ista? Cum stante reintegratione Metropolitani, Clerus (qui sperabat habere aliqualem protectionem) nunc una cum suis totis Decanatibus segregatur.

⁷⁴ Hypatius Bilynskyj, Protoarchimandrita (1747-1751, 1759-1771). Obiit die 8. IV.1771; Archimandrita Lauroviensis nominatus fuit anno 1768. Cfr. M. WOJNAR, OSBM, *De Protoarchimandrita Basiliyanorum* (1617-1804), Romae 1958, pag. 286-7.

Exponenda sunt haec et Domino Gidzobi, pretendumque ab eo: quatenus haec omnia Serenissimo Regi nuntiet ad obtinendam quam citissime rem desideratam. In scriptis (f. 81 v.) porrigantur Reflexiones, nam verba volant, scripta vero, dum certo oculos habebunt Itali, majori utentur consideratione, citius facient aliquid.

(Trad. da un foglio polacco di mano di Mgr. Szeptycki Vesc. di Leopoli)

59.

Anno 1772.

Elenchus ecclesiarum in Decanatibus Ucrainae et de eorum occupatione a non-Unitis.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 32, foll. 54-59v.

Kiovien.

PRO INFORMATIONE.

Numerus ecclesiarum Parochialium in Archidioecesi Metropolitana per Palatinatus Kijovien. et Braclavien. extensa, juxta Dispositionem Decanatum conscriptus, anno 1764.

In Palatinatu Kijovien. Districtibus Kijovien. et Zytomirien. numerabantur Decanatus 15, videlicet:

1. Zytomiriensis, qui continet ecclesias	51
2. Smilanensis	70
3. Bohuslaviensis	64
4. Pohrebiscensis	58
5. Czehrynenis	43
6. Moszenensis	40
7. Korsunensis	66
8. Czudnoviensis	53
9. Fastoviensis	43
10. Lubarensis	53
11. Pawolocensis	72
12. Tetijovicensis	67
13. Kanioviensis	53
14. Bialocerkieviensis	52
15. Berdyczoviensis	56

In Districtu Owruensi Decanatus 5, videlicet:

1. Radomysliensis, qui continet ecclesias	54
2. Dymiriensis	37
3. Brahinensis	30

4. Baraszoviensis	34
5. Owruensis	43
In Palatinatu Bracławiensi Decanatus 13, vlt:	
1. Niemieroviensis, qui continet ecclesias	56
2. Granoviensis	53
3. Komargrodensis	56
4. Zywotoviensis	73
5. Humanensis (f. 54v)	86
6. Iampoliensis	53
7. Kalnicensis	63
8. Bracławiensis	71
9. Brailoviensis	56
10. Czeczelnicensis	73
11. Krasnianensis	38
12. Winnicensis	61
13. Raszkowcensis	44
Summa ecclesiarum	1822

* * *

SPECIFICATIO ECCLESIARUM PAROCHIALIUM AD DISUNIONEM
REDACTARUM, PER RESPECTIVOS DECANOS CONSCRIPTA, ANNO 1772 (f. 54v)

IN DECANATU SMILANENSI:

1. Ad ecclesiam Smilanen. tituli S. Nicolai erectam et benedictam praeviis Jnstrumentis Consistorij Radomisliensis - Metropolitani: Parochus ordinatus ab Ill.mo Metropolitano, tempore grassationis Haydama-corum apostatavit, hucusque in apostasia permanet.
2. Ad ecclesiam, ibid. tituli Protectionis B. M. V.: Parochus reperitur disunitus.
3. Ad ecclesiam, ibid., tit. S. Salvatoris: Parochus ordinatus ab Ill.mo Metropolita - apostatavit.
4. Ad ecclesiam tit. S. Nicolai, in Villa Baluklij: fuit Parochus ordinatus ab Ep.po Perejaslavien., modo ex dispositione et sub praesentia Celsissimi Principis Palatinidae Bracławiensis est introductus unitus.
5. Ad ecclesiam Resurrectionis, in Villa Konstantynow: Parochus ordinatus a Metropolitano apostatavit.
6. Ad ecclesiam tit. Nativitatis B. V. M., in Villa Starosileczko: Parochus ordinatus a Metropolitano, tempore grassationis apostatavit.

7. Ad ecclesiam tit. S. Michaelis, in Villa Orloviae: (f. 55 r.) Parochus Sergius Bogacki, ordinatus ab Ill.mo Metropolita, apostatavit.
8. Ecclesia tit. S. Nicolai, in Orlovec: post recessum Parochi disuniti vacat.
9. Ad ecclesiam in Chlistynowce: Parochus ordinatus ab Ill.mo Metropolita, apostatavit.
10. Ad ecclesiam tit. Assumpt. B. V. M., Wiazowiecka erectam et benedictam praeviis instrumentis Ill.mi olim Metropolitae Athanasiij Szeptycki: Parochus extat ordinatus ab Ep.po Perejaslavien.
11. (f. 55) Ad ecclesiam tit. Protectionis B. V. M. Wiazowiecka: Parochus disunitus, ordinatus in Valachia, datus Perejaslavâ.
12. Ad ecclesiam Horodyska tit. S. Salvatoris: Parochus, ordinatus ab Ill.mo Metropolitano, apostatavit.
13. Ecclesia tit. Nativitatis B. V. M.: post decessum Parochi disuniti vacat.
14. Ad ecclesiam tit. SS. Trinitatis, in Oppido Mhlijow: fuit Presbyter disunitus, ordinatus Perejaslaviae adhuc vivente Theodoro Gdaszycki, Parocho unito, qui ab Haydamacis anno 1768 occisus remansit.
15. Ad ecclesiam tit. Assumpt. B. V. M., ibid.: fuit Parochus disunitus Valachus, datus ab Ep.po Perejaslavien., modo ad istas duas ecclesias ex dispositione Principis Collatoris datus est Vicarius unitus.
16. Ad ecclesiam tit. Assumpt. B. V. M., Staro Mhlijovien.: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
17. Ad ecclesiam Assumpt. B. V. M., Derenkowce: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
18. Ad ecclesiam S. Nicolai, Derenkowce: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit; in ejus locum, ad instantiam Collatoris datus est Vicarius unitus.
19. Ad ecclesiam tit. SS. Trinitatis, Czerepinen.: Parochus apostatavit, post cujus vitam alter Disunitus successit, missus Perejaslavia (f. 55 v.).
20. Ad ecclesiam tit. Nativitatis B. V. M., Zawadowcen.: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit; fuit causa mortis Nicolai Parochi uniti, et ejus filij in Korsun, ab Haydamacis perpetratae.
21. Ad ecclesiam tit. Protectionis B. V. M., Walavien.: Presbyter disunitus missus Perejaslavia.
22. Ad ecclesiam tit. Praesentationis B. V. M., ibid.: fuit Parochus unitus Joannes Polusin, ab Haydamacis in Kaniov mortem cruentam subivit.

23. Ad ecclesiam tit. S. Georgij, in Wierzbowiec: Parochus unitus, disunitus vero ibi constitutus tempore rebellionis est conductus in Korsun.
24. Ad ecclesiam tit. Obdormitionis B. V. M., Olszanska: fuit Presbyter ordinatus Perejaslaviae, modo nullus.
25. Ad ecclesiam tit. S. Praxedis, in Villa Zurawce: Parochus disunitus, ordinatus Perejaslaviae.
26. Ad ecclesiam tit. Protectionis B. V. M., in Villa Petryki: Parochus Valachus disunitus, datus Perejaslaviae.
27. Ad ecclesiam tit. Protectionis B. V. M.: Parochus, ordinatus ab Ill.mo Metropolitano, apostatavit.
28. Ad ecclesiam tit. S. Joanni Theologi, in Villa Morynce: Ordinatus ab Ill.mo Metropolitano apostatavit.
29. Ad ecclesiam tit. S. Michaelis, in Villa Pedynowce: Parochus, ordinatus ab Ill.mo Metropolita, apostatavit.
30. Ad ecclesiam tit. S. Joannis Theologi, in Villa Kyrilowce: Parochus disunitus dicitur ordinatus Perejaslaviae.
31. Ad ecclesiam tit. Protectionis B. V. M., in Tarassowce: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
32. Ad ecclesiam tit. S. Barbarae: Parochus, ordinatus a Metropolitano, apostatavit.
33. Ad ecclesiam tit. S. Praxedis, in Czyczykorzowce: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
34. Ad ecclesiam tit. Nativitatis B. V. M., in Oppido Szysok: Parochus fuit disunitus; modo ex dispositione Principis Vicarius unitus est datus.
35. Ecclesia tit. S. Nicolai, in Wasylkowce: post obitum Parochi disuniti vacat (f. 56 r.).
36. Ad ecclesiam tit. Assumpt. B. V. M., Kapuscianka: Parochus disunitus, habet etiam Vicarium ordinatum Perejaslaviae.
37. Ad ecclesiam S. Michaelis, Kapustianka: Parochus, ordinatus ab Ill.mo Metropolita, apostatavit.
38. Ad ecclesiam tit. S. Barbarae, in Olenincy: Parochus, ordinatus a Metropolitano, apostatavit.
39. Ad ecclesiam tit. Protectionis B. V. M., in Villa Tolmacze: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
40. Ad ecclesiam tit. Nativitatis B. V. M., in Lipnazie: Parochus Perejaslaviae ordinatus.
41. Ad ecclesiam tit. Ascensionis X.ti D.ni, in Oppido Turia: fuerunt duo Presbyteri disuniti, quibus mortuis, ad requisitionem Principis, datus est Vicarius unitus.

42. Ad ecclesiam tit. SS. Apostol. Petri et Pauli: Sacerdos disunitus datus est Perejaslaviae.
43. Ad ecclesiam tit. S. Michaelis, in Telepince: Parochus fuit ordinatus a Metropolita, apostatavit; est acceptus in Korsun, in cuius locum suffectus a Disunitis Valachus.
44. Ad ecclesiam Pazarowska, tit. Nativitatis B. V. M.: Parochus disunitus, ordinatus Perejaslaviae.
45. Ad ecclesiam tit. Exaltationis S. Crucis, in Villa Taszlikuv: Parochus disunitus Perejaslaviae ordinatus.
46. Ad ecclesiam S. Nicolai, in Villa Malujowie: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
47. Ad ecclesiam tit. S. Demetrii fuit Presbyter disunitus, qui a Principe alienatus, alius unitus datus est.
48. Ad ecclesiam in Villa Syhnajowa: Presbyter disunitus Perejaslaviae ordinatus.

IN DECANATU BOHUSLAVIENSI:
(recesserunt a S. Unione)

1. Ioannes Paszkowski, Parochus Bohuslavien. et ejus Coadjutor.
2. Ioannes Jarocki, Parochus ecclae Protectionis B. V. M. Bohuslavensis (f. 46 v.).
3. Eleuterius Filipowicz, Parochus Myscytovien.
4. Petrus Sasiewicz, Parochus Deszkovien.
5. Cyrillus Kuczerowski, Parochus Jajukovien.
6. Mathaeus Tarasiewicz, Parochus Dmitren.
7. Iacobus Zawalnikowski, Parochus Kaydanovien.
8. Ioannes Pacholowicz, Parochus Bijowsen., Marcus Coadjutor.
9. Simeon Seniczenko, Parochus Olchovien; Isidorus, gener ejus, hoc anno ordinatus ab Ep.po Perejaslavien.
10. Ignatius Kalinowski, Parochus Semihorscen.
11. Daniel Pawlowski, Parochus Jachnowcen.
12. Daniel Olistratowicz, Parochus Szupycen.
13. Trophinus Olosinski, Parochus Juchnowcen.
14. Theodorus Chmielowski, Parochus Baranopolien.
15. Alexius Ostrowski, Parochus Dybynen.
16. Simon Bobrowski, Parochus Czaykowien.
17. Theodorus Lewicki, Parochus Isaykowien; Theodorus Ciumpowicz, Coadjutor.
18. Paulus Szmygelski, Parochus Medwinen, S. Nicolai.
19. Theodorus Hruszewski, Parochus Medwinen. B. V. M.

20. Petrus Hnojeuski, Parochus Chocholvianen.
 21. Basilius Bułowski, Parochus Kosiakovien.
 22. Lucas Kislicki, Parochus Winograden.
 23. Andreas Sadowski, Parochus Ripczynen.
 24. Eustachius Juzefowicz, Parochus Bojaren.
 25. Joannes Kossowski, Parochus Luczanen.
 26. Ad ecclesiam Krutohorbscen. etiam adest Disunitus.
 27. Ad ecclesiam Janowcen. pariter Disunitus, Perejaslaviae ordinatus est.
 28. Joannes Litkowski, Parochus Krasnohorscen. Unitus non admittitur a Disunitus.
- Aliae ecclesiae ignorantur, quae per Decanum Kotlonowski sunt erectae.

IN DECANATU MOSZENENSI:

1. Ad ecclesiam Mosznen. tit. Transfigurationis X.ti D.ni: Ordinatus a Metropolitano apostatavit.
2. Ad ecclesiam tit. Obdormitionis B. V. M.: pariter ordinatus a Metropolita apostatavit, et extra limites (f. 57 r); in suum locum Vicarium Perejaslaviā obtinuit.
3. Ad ecclesiam tit. S. Nicolai: Parochus ordinatus Perejaslaviae.
4. Ad ecclesiam in Villa Bilochorze: Parochus disunitus Perejaslaviae ordinatus.
5. Ad ecclesiam in Kumcyki: Parochus ordinatus Perejaslaviae.
6. Ad ecclesiam in Szepeluki: Parochus, ordinatus a Metropolitano, apostatavit.
7. Ad ecclesiam in Tubulce: ordinatus a Metropolita apostatavit.
8. Ad ecclesiam in Michalowce: Parochus, ordinatus ab Ep.po Perejaslavien.
9. Ad ecclesiam in Kanioncza: Parochus disunitus, ordinatus Perejasl.
10. Ad ecclesiam in Miedzyrzyc: Parochus, ordinatus Perejaslaviae, Disunitus.
11. Ad ecclesiam in Babycze: Parochus disunitus missus Perejaslaviā.
12. Ad ecclesiam in Rzawce: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
13. Ad ecclesiam in Swidowek: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostatavit.
14. Ad ecclesiam tit. SS. Trinitatis, in Czerkasy: Parochus disunitus, ordinatus Perejaslaviae.

15. Ad ecclesiam S. Nicolai, ibid.: Parochus, ordinatus in Valachia, Disunitorum Praepositus.
16. Ad ecclesiam in Zmahaylowsce: Parochus, ordinatus a Metropolita, apostataavit.
17. Ad ecclesiam in Sikawa: Parochus, ordinatus in Valachia, missus Perejaslaviam.
18. Ad ecclesiam in Loski: Parochus ordinatus Perejasl.
19. Ad ecclesiam in Zabdyki: Parochus Valachus, missus a Disunitis Perejaslaviam.
20. Ad ecclesiam in Lomowate: Parochus disunitus missus Perejaslaviam.
21. Ad ecclesiam in Cerniawce: Parochus ordinatus in Valachia.
22. Ad ecclesiam in Werhuny: Parochus disunitus (f. 57 v).
23. Ad ecclesiam in Bizykowce: Parochus ordinatus Perejaslaviae.
24. Ad ecclesiam in Stepanki: Parochus, ordinatus in Valachia, missus Perejaslavia.
25. Ad ecclesiam in Chackie: Ordinatus a Metropolita apostataavit, juxta morem Perejaslaviae.
26. Ad ecclesiam Bialozorscen: Parochus disunitus.
27. Ad ecclesiam in Dubijowce: Parochus ordinatus Perejaslaviae, Disunitus.
28. Ad ecclesiam in Ruska Polana: Parochus ordinatus Perejaslaviae.

IN DECANATU CERHRYNENSI:

Excepta una ecclesia in oppido Zabotyn, aliae per Disunitos ordinatos in Valachia et in aliis partibus, extra limites, gubernantur.

IN DECANATU KORSUNENSI:

Tempore persecutionis Haydamakorum ad Jurisdictionem Ep.pi Perejaslavien. iverunt sequentes:

1. Jacobus Piskowski, Parochus Drabowen.
2. Sorokunski Niceta, Parochus Koszmakovien.
3. Paulus Danilewicz, Parochus Kwitczanen.
4. Nicephorus Tarasucki, Parochus Taraszczanen.
5. Joannes Rossinski, Parochus Jablonovien.
6. Joannes Lewicki, Parochus Steblowien.
7. Mortuo Joanne Kolmacki, Parochus Werechraszczen. Disuniti apprehenderunt omnia.
8. Joann. Jaworski, Parochus Poczapicen.

9. Jacobus Kolomyski, Parochus Dzurdzinen.
10. Simeon Lebedowicz, Parochus Szczebaszinen.
11. Simeon Kondracki, Paroch. Lysionen., S. Grargij.
12. Curiillus Zaruszkiwicz, Parochus Lyszanen Transfig.
13. Ignatius Tekucki, Coadjutor Lysianen.
14. Basilus Kornecki, Parochus Bydyszczce.
15. Jacobus Borucinski, Vicarius Szestacrnsicen.
16. Andreas Wartminski, Parochus Niemorazcen.
17. Petrus Topalski, Vicarius Dzwinograden.
18. Leontius Radziejowski, Parochus Stebnianen.
20. Joan. Sylewicz, Parochus Byribiscen. (58 r).
21. Basilus Gdyszycki, Vicarius Ryzanovien.
22. Joannes Deremkowski, Commendarius Czemeryscen.
23. Demetrius Omszanski, Commendarius Jablonovien.
24. Theodorus Sorokunski, Parochus Buzanen.
Presbyteri Ordinati Perejaslaviae ad Ep.po Gervasio:
25. Andreas Dabrowski, Suchinen.
26. Iacobus Sylanski, Jozefovien.
27. Stephanus Lewicki, Smilczynen.
28. Lucas Kleoffas a Minoribus usq. ad Diaconatum a Metropolita,
in Presbyteratum Perejaslaviae ordinatus.
29. Joannes Szczerbinski, ordinatus Kijoviae, occupavit Parochiam
in Sielisko.

IN DECANATU FASTOVIENSI:

1. Ecclesiam Snitynensem ab unito Parocho Joanne Zachariewicz
ademit Alexius Andrzejowski, Disunitus, Proto Presbyter Fastovien.
2. Item idem ademit ecclesiam Fastovien. tit. Resurrectionis X.ti
D.ni, a Parocho unito Joanne Juncevicz.
3. Parochus Sultanowski Wielki.
4. Parochus Sultanowski Mały.
5. Parochus Mozowidlowski. Isti tres tempore persecutionis iverunt
in Jurisdictionem Ep.pi Perejaslavien.

IN DECANATU KANIEVIENSI:

Parochi tempore rebellionis Jurisdictioni Perejaslaviensi se subdi-
derunt:

1. Ioannes Krupa, Parochus Tulinensis.
2. Nicetas Lewicki, Parochus Potocen.

3. Theodorus Lewicki, Parochus Pijovien.
4. Joannes Kulikowski, Zielenkovien.
5. Cyrillus Muzelowski, Pustowoytowcen.
6. Emelian Czerniachowski, Mironowen.
7. Trochimus Haraczewski, Matwijoven.
8. Nicephor Tereszkiewicz, Maslaven.
9. Joan. Kondratewicz, Stepanen.
10. Michael Kalinowski, Kurylczyce.
11. Ioan. Kozlowski, Bobrycen.
12. Stephanus Jakimowicz, Siedliscen.
13. Andreas Konsewicz, Krasnosielscen (f. 58 v).
14. Gregorius Jarocki, Parochus Piszczałnescensis.
15. Stephanus Kuzminski, Pszenicznikovien.
16. Stephanus Ilnicki, Liporozscen.
17. Basilius Stefanowicz, Chodorowscen.
18. Irereus Szostakowski, Trachtemirovien.
19. Elias Tupaczewski, Zydowostawcen.
20. Alexius Kostecki, Hrynczynscen.
21. Andreas Krasowski, Makidonscen.
22. Adrianus Dryga, Hruszewscen.
23. Basilius Terpilowski, Hryhorowscen.
24. Paulus Danilewicz, Lytwynscen.
25. Alexander Filatowicz, Czornyszewscen.
26. Alexius Staniszewski, Potapscen.
27. Jacobus Janowski, Pijecen.
28. Gabriel Szymonowski, Czuczynen.: jam mortuus.
29. Michael Terpilowski, Butrynscen., et iste mortuus.

PRESBYTERI ORDINATI A GERVASIO EP.PO PEREJASLAVIEN.:

1. Alexius Kowalski ad instantiam seu Epistulam et Praesentationem Ill.ris Mier, ordinatus ad eccl. Hermanowka, in ejus Bonis.
2. Isidorus Kramarz, ad eccl. tit. Transf. X.ti D.ni in Kaniow, ordinatus in locum R.di Piotrowski.
3. Alexius Dziaduszycki, ad eccl. tit. S. Basilii, ibidem, in locum R.di Bielawski.
4. Abraamius in locum R. di Jacobi Janowski.
5. Demetrius Palanica, ordinatus a Gervasio usque ad Diaconatum, a Successore Ep.po Pereslavien. Job, in Presbyterum, ad ecclesiam in Villa Romaszek.

6. Nicolaus in locum Thomae Piskunowski, Parochi Koscianensis, occisi ab Haydamacis, ordinatus Perejaslaviae.

7. Monasteriolum cum cura animarum Religiosi PP. Perejaslavienses occuparunt (f. 59 r).

Relazione della Diocesi Metropolitana in Ukraina.

60.

Anno 1772.

Elenchus sacerdotum constitutorum in Sacris ab Episco Leopoliensi annis 1769-1772.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 32, foll. 40-43.

ELECHUS ORDINATORUM EX DIOECESI METROPOLITANA KJOVIENSI ab Ill.mo et Rv.mo Domino Leone Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, Haliciensi, et Camenencensi, Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae Coadjutore, ac ejusdem pro tunc Administratore Apostolico.⁷⁵

1769, die XIX Aprilis, in Cathedra Leopoliensi tituli S. Georgii Martyris:

Ioannes Simonowicz ad ecclesiam Parochialem tituli SS. Cosmae et Damiani oppidi Horodok Hluski, ad Praesentationem Mgf.ci Marini Bandinelli, Capitanei Budownicensis.

Anno eodem, die IX Maij, in eadem Cathedra tit. S. Georgii Martyris:
Petrus Rudakiewicz ad ecclesiam Parochialem tit. SS.mae Trinitatis in Villa Slobadyszcze Granowskie, ad Praesentationem Ill.mi Ducis Czartoryski, Palatini Russiae.

Gregorius Sawicki ad ecclesiam Parochialem tit. Protectionis B. V. M. Villarum Floryna et Mazurowa, ac Presentationem Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Braclavien.

Anno eodem, die VIII Iunii, in eadem Cathedra:
Gregorius Lubinski ad eccl. Paroch. tit. S. Nicolai oppidi Miastkowka, ad Praesentationem Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Braclavensis.

Ioannes Rubanowicz ad eccl. Paroch. tit. Obdormitionis B. V. M. Villae

⁷⁵ Elenchus hic dat pulchram imaginem Episcopi-consecratoris, nec non alicuius uitatis etiam pro historia Ecclesiae Ucrainae esse potest.

Glinsk, ad Praesentationem Ill.mi Ducis Sanguszko, Ordinati Dubnensis.

Basilius Rokecki ad eccl. Paroch. tit. Nativitatis B. V. M. Villae Christinowka, ad Praesentationem Ill.mi Mgf.ci Polocki, Palatini Kijoviae. Simeon Bagocki ad eccl. Paroch. tit. S. Nicolai oppidi Stara Winnica, ad Praesent. Mgf.ci Czosnowski, Capitanei Winnicensis.

Ioannes Jurkiewicz ad eccl. Paroch. tit. Protectionis B. V. M. Villae Stanislawczyk, titulo Coadjutoriae cum futura successione, ad Praesent. Ill.mi Francisci Polocki, Palatini Kijoviae.

Andreas Chmielowski ad eccl. Paroch. tit. Apparitionis S. Michaelis Archangeli Villae Komanowka, ad Praesent. Celsissimae Radzivillowa. Simeon Leonowicz ad ecc.l Paroch. tit. Exaltationis S.ae Crucis Villae ad Praesent. Mgf.ci Rolicki, Regentis M. D. L.

Antonius Soroczynski ad eccl. Paroch. tituli Protectionis B. V. M. Villae Kolodki, ad Praesent. V.blis Con.tus Berdyczovien. Ordinis Carmelitarum excalceatorum.

Sabba Ruszczynski ad eccl. Paroch. tit. Protectionis B. V. M. Villae Losovata, ad Praesentationem Ill.ris Mgf.cae Kossakowska, Castellanae Kamienensis.

Theodorus Hordasiewicz ad eccl. Paroch. tit. Protectionis B. V. M. Villae Kropiwna, ad Praesent. Mgf.ci Dubrowski, Vice-Capitanei Owruensis.

Maximus Lascki ad eccl. Paroch. tit. Apparitionis S. Michaelis Archangeli, ad Praesent. Ill.ris. Mgf.ci Potocki, Palatini Kijoviae.

Patrus Nikusiewicz ad eccl. Paroch. tit. Protectionis B. V. M. oppidi Czurylow, ad Praesent. Ill'ris Mgf.ci Theodori Potocki, Capitanei Smotrycensis.

Anno eodem, die XIV Septembbris in eadem Cathedra:

Religiosus Jacobus Zdanowicz, O. S. B. M., pro Religiosa Familia Monasterii Abbatialis Suprasliensis.

Ioannes Konopacki ad eccl. Paroch. tit. Exaltationis S. Crucis, ad Praesent. Mgf.ci Bykoski Dapiferi Minscensis (f. 40 v).

Anno eodem, die Dominica, XIII Decembris, in eadem Cathedra:

Michael Zielinski ad ecclesiam Parochialem tituli Protectionis B. V. M. Villae..... ad Praesentationem Mgf.ci Ostrowski, Vasilliferi Bracławiensis.

Ioannes Telczynski ad eccl. Paroch. tit. SSmae Trinitatis Villae Xązowka, ad Praesent. Ill.mi Mgf.ci Potocki, Palatini Kijoviae.

Gregorius Dwernacki ad eccl. Paroch. tit. Apparitionis S. Michaelis Arch.,
ad Praesent. I.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracłaviensis.
Alexius Jurkiewicz ad eccl. Paroch. tit. S. Michaelis Villae Sledzie, ad
Praesent. Mgr.ci Urkonowski Thesaurarii Volhyniae.

Anno eodem, die XXVII Decembris, in eadem Cathedra:

Basilius Iaworowski ad eccl. Paroch. tit. Obdormitionis B. V. M. Oppidi
Tomaszpol, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirskk, Palatini Bra-
clavien.

Theodorus Popowski ad eccl. Paroch. tit. S. Demetrii Martyris Villae
Popieluchi, ad Praesentationem Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini
Bracłaviensis.

Nicolaus Michalewicz ad eccl. Paroch. tit. S. Parasceviae Matris Villae
Samhoroda, ad Praesentationem Ill.s Magnifici Potocki, Palatini
Kijoviae.

Ioannes Maxymowicz ad eccl. Paroch. tit. S. Ioannis Theologi, ad Prae-
sentationem Mgf.ci Rybinski, Vexilliferi Cunicensis.

Zacharias Iwaszkiewicz ad ecclesiam Parochial. tit. Obdormitionis V. B. M.
Villae Borszczakowka, ad Praesent. Mgf.ci Zachariae Hanski, Gene-
ralis Exercitus S. R. M.

Theodorus Mackiewicz ad eccl. Paroch. tit. Nativitatis B. V. M. Villae
Kamien, ad Praesentt. Ill.mi Ducis Sanguszko, Ordinati Dubnen.

Bisilius Batorowicz ad ecclesiam Parochiale tit. Obdormitionis B. V. M.
oppidi Korelnia, ad Praesentt. Mgf.ci Pruszynski, Thesaurarii Kijo-
viensis.

Laurentius Guranda ad eccl. Paroch. titt. SSmae Trinitatis, oppidi Bohu-
slaw, ad Praesentationem Ill.mi Branicki, Castellani Cracovien.,
Capitanei Bohuslaviensis.

1770, die X Januarii, in Cathedra Leopoliensi tit. S. Georgii Martyris:

Demetrius Lewicki ad eccl. Paroch. tit. S. Ioannis Evangelistae Villae
Kislin, ad Praesent. Ill.mi Potocki, Palatini Kijoviae.

Niceta Krypaczewski ad eccles. Paroch. tit. S. Nicolai, Villae Iakuszynce,
ad Praesent. Mgf.ci Pruszynski, Vexilliferi Zytomiriensis.

Romanus Mrozowski ad eccl. Paroch. tit. S. Demetrii Villae Orlowka,
ad Praesentationem Ill.mi Iosephi Potocki, Incisoris Regni.

Anno eodem, die VI Aprilis, in eadem Cathedra Leopoliensi:

Basilius Kowinski ad eccl. Paroch. tit. Protectionis B. V. M. Oppidi Tulc-
zyn, ad Praesentationem Ill.mi Potocki, Palatini Kijoviae.

Ioannes Szubowicz ad eccl. Paroch. tit. S. Onophrii Villae Knyzopol,

ad Praesent. Illustrissimi Ducis Czetwertynski, Capitanei Danczoviensis.

Simeon Kalinicz ad eccl. Paroch. tit. Nativitatis B. V. M. Villae Sobolowka, ad Praesent. Ill.mi Potocki, Incisoris Regni.

Theodorus Ostapowicz ad eccl. Paroch. tit. S. Demetrii Mart. Villae Kapsuciany, ad Praesent. Ill.mi Potocki, Palatini Kijoviae (f. 41 r).

Joannes Kozlowski, ad ecclesiam Parochialem tituli Conceptionis S. Joannis Villae Syczowka, novae fundationis, ad Praesentationem Ill.mi Potocki, Palat. Kioviae.

Anno eodem, die XXV aprilis, in Cathedra Leopolien. tit. S. Georgii:

Basilius Czarniawski ad eccl. Paroch. tit. Synaxis S. Michaelis Arch. Villae Kowbana, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis.

Alexius Kaminski ad eccl. Paroch. tit. S. Parasceviae Matris, Villae Tupala, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiens.

Iacobus Hankiewicz ad eccl. Paroch. titt. S. Demetrii M. Villae Gruszka, ad Praesent. Mgf.ci Dobek, Ensiferi Vielunensis.

Anno eodem, die XXIII Maii, in Cathedra eadem:

Timotheus Dankiewicz ad eccl. Paroch. titt. Exaltt. S. Crucis Villae Kniazynce, ad Praesent. Mgf.ci Adami Linkiewicz, Subdapiferi Mozyrensis.

Thomas Michalski ad eccl. Paroch. titt. S. Joannis Christostomi Villae Markowce, ad Praesent. Ill.mae Principis Radziviliae, Palatinæ Novogrodenensis.

Tarasius Bereczowski ad eccl. Paroch. titt. Transfigurationis Christi Villae Bazowa, ad Paresent. Mgr.ci Kniaz Szuyski, Capitanei Nizyńnensis.

Ioachim Dziatkowski ad eccl. Parochialem titt. Protectionis B. V. M. Villae Kopyczynce, ad Praesent. Ill.mi Mgf.ci Plater, Palatini Mscislaviensis.

Iacobus Szymanowski ad eccl. Paroch. titt. S. Georgii Martyris Villae Selinowce, ad Praesent. Ill.mi Potocki, Incisoris Regni.

Mathaeus Mozarowski ad eccl. Paroch. tit. Nativitatis B. V. M. Villae Machnowka, ad Praesent. nomine Minorenis Collatoris Mgf.ci Potocki, Capitaneidae Guzovien., per Plenipotentem collatam.

Alexius Dziedzicewicz, ad Praesent. Ill.mi Ducis Cartoryski, Palatini Russiae, ad ecclesiam Paroch. titt. Nativitatis B. V. M. Oppidi Kublicz.

Demetrius Koblanski ad eccl. Paroch. titt. Obitus S. Joannis Theologi Villae Krasnenka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis.

Gabriel Lopuszynski ad eccl. Paroch. titt. S. Onophrii Villae Alexandrowka, titulo Coadjutoriae cum futura successione, ad Praesent. Ill.ris Mgf.ci Potocki, Capit. Smotrycensis.

Ioannes Kozaczewski ad eccl. Paroch. titt. Obdormitionis B. V. M. Villae Michalowka, ad Praesent. Ill.tris Mgf.ci Theodori Potocki, Capitanei Smotrycensis.

Michael Krasowski ad eccl. Paroch. tit. S. Michaelis Archangeli Villae Holodki, ad Praesent. Mgf.cae Kancka, Capitaneae Merecensis.

Anno eodem, die VII Novembris, in eadem Cathedra S. Georgii:

Michael Chorzewski ad eccl. Paroch. titt. S. Michaelis Villae Olszanka Wielka, ad Praesent. Ill.ris Mgf.ci Mniszec Capitanei Bialocerkev. Damianus Sydyczynski ad eccl. Paroch. tit. Obdormitionis B. V. M. Villae Hrebowa, ad Paresent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiien.

Simeon Lewicki ad eccl. Paroch. titt. S. Michaelis Villae Rohuzka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis.

Daniel Balachowski ad eccl. Paroch. titt. Obdormitionis B. V. M. Villae Grodziemba, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis (f. 41v).

1771, die 1 Maii, in Cathedra Leopolen, tit. S. Georgii Martyris:

Georgius Sliuzynski ad eccl. Paroch. tit. S. Demetrii, Villae Byxlowka, ad Praesent. Ill.tris Mgf.ci Petri Potocki, Capitanei Sniatynensis.

Petrus Solowski ad eccl. Paroch. tit. Nativitatis B. V. M. Villae Mierzwince, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis.

Sabba Tustanowski ad eccl. Parochialem tit. Nativitatis B. V. M. Villae Sokolowka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis.

Auxentius Bukowski ad eccl. Paroch. tit. Obdormitionis B. V. M. Villae Kamionka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatinadae Bracławiien.

Thomas Papczenko ad eccl. Paroch. tit. Nativit. B. V. M. Villae Kaczkowka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Bracławiensis.

Andreas Kirczynski ad eccl. Paroch. tit. Protect. B. V. M. Villae Ternowka, ad Praesent. Ill.mi Mgf.ci Potocki, Palatini Kijoviae.

Daniel Markowski ad eccl. Paroch. tit. SSmae Trinitatis Villae Rzyszcnow, ad Praesent. Mgf.cae Szczeniowska, Capitaneae Trechtymirien.

Basilius Lozinski ad eccl. Paroch. titt. Obdormitt. B. V. M. Villae Pereyma, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatinidae Braclavienensis.

Ignatius Chizynski ad eccl. Paroch. titt. S. Ioannis Theologi Villae Susniarki, ad Praesent. Ill.tris Mgf.ci Potocki, Palatini Kijoviae.

Anno eodem, die III Iulii, in eadem Cathedra:

Ioannes Drohomirecki ad eccl. Paroch. tit. S. Nicolai Villae Sloboda, ad Praesentt. Ill.mi Principis Lubomirski, Palat. Braclavien.

Ioannes Sawiczewski ad eccl. Paroch. titt. Protectionis B. V. M. Villae Senki, ad Praesent. Ill.tris Mgf.ci Potocki, Palatini Kijoviae.

Thomas Kuszlinski ad eccl. Paroch. tit. S. Demetrii Villae Iaroszowka, ad Praesent. Mgf.ci Szczeniowska, Capitaneae Trechtymirien.

Basilius Smoczynski ad eccl. Paroch. tit. S. Parasceviae M. Villae Podlasnowka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Braclavien.

Procopius Bunczuczny ad eccl. Paroch. tit. Obitus S. Ioannis Theologi Villae Zieleniowka, ad Praesentt. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Braclavien.

Simeon Hajewski ad eccl. Paroch. tit. S. Nicolai, Villae Popielna, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Braclavien.

Anno eodem, die XXIV Julii, in eadem Cathedra:

Ioannes Lewicki ad eccl. Paroch. tit. Nativit. B. V. M. Villae Chizynce ad Praesent. Mgf.ci Czosnowski, Capit. Winnicen.

Cyrillus Sierocinski ad eccl. Paroch. tit. S. Demetrii M. Villae Chaylowa, ad Praesent. Ill.ris Magf.cae Lanckoronska, Castellanae Polanecen.

Theodorus Hrazowski ad eccl. Paroch. titt. S. Michaelis Villae Hruzka, ad Praesent. Ill.ris Mgf.ci Potocki, Palat. Kijoviae.

Anno eodem, die I Augusti in eadem Cathedra:

Ioannes Blazowski ad eccl. Paroch. tit. SSmae Trinitatis Villae Zaiaczkowka, ad Praesen . Ill.ris Mgf.ci Potocki, Palat. Kijoviae.

Simeon Braczukowski, ad eccl. Paroch. tit. SS. Cosmae et Damiani Villae Rakulowa, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palat. Braclavienensis.

Anno eodem, dei XXI Augusti, in eadem Cathedra:

Demetrius Lewicki ad eccl. Paroch. titt. Nativitatis B. V. M. oppidi Woszylowka, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palat. Braclavien.

Jacobus Zielinski ad eccl. Paroch. tit. Obdormitionis B. V. M. oppidi Buki, ad Praesentationem Ill.tris Mgf.ci Potocki, Palatini Kijoviae.

Romanus Bogucki ad eccl. Paroch. tit. Protectionis B. V. M. Villae Malaškowice.

Anno eodem, die XVI Novembris, in eadem Cathedra:

Alexius Iaszczurzynski ad eccl. Paroch. titt. SS.mae Trinitatis oppidi Brahilow, ad Praesent. Ill.ris Potocki, Palat. Kijoviae (f. 42 r).

1772, die XXI Ianuarii, in Cathedra Leopol., titt. S. Georgii:

Maximus Lukaszewicz ad eccl. Paroch. tit. Nativitatis B. V. M. Villae Kobzyla, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palat. Braclavien. Casianus Dubenski ad eccl. Parochial. tit. Synaxis S. Michaelis Villae Zura, ad Praesent. Ill.mi Principis Lubomirski, Palat. Brac.

Eodem anno, die XXV Martii, in eadem Cathedra:

Demetrius Ladecki ad eccl. Paroch. tit. Resurrectionis X.ti oppidi Kalne Blota dicti ad Praesent. Ill.tris Mgf.ci Potocki, Palat. Kijoviae.

Alexander Rapczynski ad eccl. Paroch. titt. S. Praxedis, Villae Popowce, ad Praesent. Ill.tris Mgf.ci Rzewuski, Vexilliferi M. D. L.

M'invio lentamente verso Leopoli, ed ancor nel Palatinato di Kijovia mi vo fermando, e prendo le opportune istruzioni applicandovi i regolamenti da tenersi nei Decanati, ove mi trovo; dal Decanato di Zytomiria, fermatomi qualche tempo, son passato a quello di Berdiczow, nel quale sono presentemente, ebbi sei giorni sono premura di vedere i nostri poveri carcerati, ai quali atteso l'inefficace esito della seria corrispondenza fatta in loro favore nota a V. E. R.ma, gli incoraggiai alla costanza, mettendo loro avanti gli occhi il bene, che non solo la Chiesa ma la Repubblica stessa caverà dalla loro detenzione manifestissimo argomento delle violenze (f. 215) fatte da' Disuniti. Erano quelli afflitti non tanto dal loro stato quanto dall'indigenza, in cui trovansi le loro rispettive mogli e figli, ho procurato di addolcirli pure in questo punto promettendo di scrivere ai loro Collatori, acciò siano soccorrevoli alle medesime, assegnando frattanto vitto e stanza; il zelo esemplarissimo di V. E. R.ma potrà essere molto utile alle stesse parlando di tal tenore in occorrenza ai Signori qui

Possidenti, acciò questi ordinino ai suoi Commissari di avere occhio benigno sopra le dette.

Poichè parlasi in queste parti di una grossa pretensione d'alcuni cento mila fiorini de' Disuniti contro Monsignor Metropolitano, fo notizia di questo a V. E. R.ma, supplicando da di lei bontà di volere scaricare i Beni Ecclesiastici della Metropolia (f. 218) dal tal debito, dove cadesse l'occasione, ch'ella si trovasse o parlasse con persone intese di ciò.

Sul chiudere della presente ricevo la pregiatissima del 1 andante e mi rallegro sommamente per le speranze, che V. E. R.ma mi fa concepire nella valevolissima mediazione della Corte di Vienna, che il di lei zelo non lascia d'infervorare in opera così importante. Dio volesse che si ottenessero prima le Chiese disgionte mentre allora con più cuore adduccessimo le nostre ragioni agli avversari, i quali ove si veggono stretti dalle istesse Leggi penali contro quelli, che disertano da noi, hanno persino l'impudenza di dire, che i Preti ed i popoli disertori lo fanno di buona voglia, il che, come è notissimo a V. E. R.ma, è si manifestamente smentito da poveri nostri prigionieri, dalle violenze note (f. 218) a tutto il mondo, e dalle suppliche infinite, che ho ricevuto in questi tempi dai poveri Preti ricorrenti, i quali non meno di me stesso costantemente raccomando alla efficace protezione di V. E. R.ma, e pieno di profonda venerazione mi dichiaro.

Di V.ra Eccell.za R.ma umil.mo, divot.mo ed obbligat.mo Servitor
L. L. Szeptycki, Vesc. di Leopoli, Coad.re Metrop. di t. Russia
S. E. Monsignor Nunzio.

74.

Ex Ucraina, V-VII. 1773.

Relatio, 154 punctis constans, de fructu suaे visitationis canonicae Ucrainae ad arginandum progressum Disunionis. Refert de personis et paroeciis quae fidem catholicam iterum professi sunt et de angustiis parochorum et paroeciarum.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 32, foll. 126-151.

Specificatio Villarum, Oppidorum atque Civitatum in Palatinatibus Kijoviensi et Bracaviensi scill. quarum incolae, sponte, libere suppliquesue suaē in Fide Catholica perseverantiae testimonia exhibuerunt Ill.mo et R.mo D.no Leoni Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, Coadjutori Metropoliae, qua Visitatori Apostolico Archidioecesis Metropolitanae, in anno 1773.

1.mo: Incolae totius Tractus Junianensis Magnifici Zachariae Iaroszynski Sub Dapiferi Winnicensis proprii, qui protestati sunt se ab Avis et Proavis extitisse in Fide Sancta Catholica in Ritu Graeco Unito, ac

velle existere ulterius. Nec non conquesti sunt contra violentias repetitas cujusdam Danielis Serdek, ordinati ab Episcopo Perejaslaviensi, assistentiam Exercitus Russici habentis. Die 23 Iunii in Radomyslia.

2.do: Communitas Villae Sledziow nuncupata protestatur se velle persistere in Unione Fidei Sanctae Catholicae, conqueriturque contra quendam Presbyterum Basilium Chmielowski, qui, factus apostata, procuratoque Perejaslaviae Instrumento, expulit proprium legitimum Parochum ejusdem loci, nolentesque sibi obedire nonulos ex Parochia crudeliter tractavit verberibus. Die 23 Iunii in Radomyslia.

3.tio: Communitas Oppidi Stryzow dicti exponit se habuisse semper, et ab immemorabili Parochos Catholicos et ad praesens desiderare immutabiliter vivere in Fide Sancta Catholica. Recommendat quoque se Protectioni Ill.mi Coadjutoris Metropoliae atque Visitatoris Apostolici. Die 27 Iunii in Pietniczany.

4.to: Incolae Civitatis Daszow nuncupatae protestantur coram Deo et coram Universo quod non obstantibus Persecutionibus velint perseverare in Fide Sancta Catholica atque sub Summo Romano Pontifice, nec non sub Pastoribus Unitis. Die 15 Iunii.

5.to: Incolae Civitatis Augstanopol simili modo et forma. Die eadem 15 Iunii.

6.to: Communitates Capitaneatus totius Vinnicensis protestantur, quod sicuti nunquam in ante ad haec usque calamitosa tempora noverint Spiritualem extraneam Iurisdictionem, ita et nunc nolint eandem recognoscere, vivere et mori optantes sub obedientia Pastorum cum Sancta Catholica Ecclesia Unitorum. Die 13 Iunii in Pietniczany.

7.mo: Communitas Chomutynicensis conqueritur contra Presbyterum Stephanum Hladyszewicz, quod in reprobum sensum abierit ipse, et illam post se trahere intendat. Die 5 Iunii in Chomutynce.

8.vi: Incolae Civitatis Ianow conqueruntur contra vim cujusdam Presbyteri Disuniti Eliae Holoskiewicz, Occupatoris violenti ecclesiae Ianoviensis, probando deductive eandem ecclesiam nunquam spectasse ad Nonunitos, concluduntque se velle vivere et mori in Fide Sancta Catholica. Die 6 Iunii in Glinsk.

9.no: Communitas Bartkowicensis protestatur se nunquam ab Avis et Proavis novisse spiritualem exoticu Pastoris Iurisdictionem nuncque velle persistere in Ritu cum Sancta Romana Catholica Ecclesia Unito. Die 3. Iunii in Pietniczany.

10.mo: P. Nicolaus Iaszczurzynski, Parochus Niedzwiedzowscensis dolenter exponit, quia ex metu persecutionis se Disunioni adscripsit,

veniam proinde exorat et protectioni se recommandat. Die 31 Maii in Pietniczany.

11.mo: Communitas Villae Dorohalowka nuncupatae supplicat, ut habere possit ecclesiam pro se Unitis in eadem Villa erectam, protestaturque se optare vivere et mori in Unione cum Ecclesia Catholica Romana. Die 10 Maii in Dorohalowka.

12.mo: Communitas Sitkowiecensis protestatur, quod licet cogebatur ab Extranea Potentia recedere ab Unione et obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae, tamen sicut ab Avis et Proavis in Catholica perseverabat Fide, ita Summo Pontifici Romano in eadem Sancta Unione Fidelitatem Obedientiamque se praestituram semper pollicetur. Die 22 mensis Iunii 1773 anno in Sitkowce.

13.tio: Reverendus Ioannes Bereznicki, Administrator Sonscensis supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod ille obtento, praevio consensu Ill.mi Swidzinski Capitanei Litynscensis, Praesentatione ad ecclesiam Sosnovicensem ab eadem per quendam Reverendum Eliam Holoskiewicz, Decani nomen sibi appropriantem, recedere coactus, qui praedictus Decanus suspectum hominem publiceque punitum, accepta quota pecuniaria, Perejaslaviam ad suscipiendos Ordines pro eodem Beneficio promovit. Die 25 Maii 1773 in Vinnica.

14.to: Incolae Villarum Nowosiolek, Mostysze, Bauszowka supplicant Perill.ri Officiali Kijoviensi, exponent dolorem suum, quia R. Alexius Andrzejowski, Vicarius (f. 127) Iackoviensis, neglecto Iuramento super praestanda obedientia Ill.mo Metropolitano et obtento munere Decani ab Episcopo Perejaslaviensi, stipatus Potentia Extera, in Villam Nowosiolki irruit, eandemque vi Divinorum Administrationem R. Stephano Bazylewski legitimo ejusdem ecclesiae Parocho prohibuit; illi vero desiderant Pastorem sibi ab Ill.mo Metropolitano datum restitui. Die 18 8bris, V.S., 1773 anno in Nowosiolek.

15.to: Reverendissimus Nicolaus Iaszczyrzynski protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod licet ab obedientia proprio Pastori debita a quodam Elia Holoskiewicz, se Decanum Winnicensem nominante cogeretur recedere, compulsusque timore ejusdem Decani voluntati paruit, idemque manu suo confirmavit, attamen sicut in Catholica Fide natus educatusque etc. ita ad vitae tempora in eadem constanter perseverare exoptat.

16.to: Reverendus Basilius Litynski, Parochus Pietricen, submittit se Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod in eadem, in quo antus etc. Fide et Unione Sanctae Ecclesiae Catholicae et juramenti firmata obedientia proprio Pastori perseverare desiderat. Tandem protestatur conqueriturque

contra Eliam Holoskiewicz, exterae jurisdictionis Decanum, qui adhibito brachio Exteri Exercitus invasit Domum Plebanalem, jussitque sibi dari Literas formatas et institutionis, easque ad se recepit, hoc tamen progressu suo adigere eum non potuit ad recessum a Fide obedientiaque Pastori proprio debita. Quare enixe rogat, ut ab hac imputatione liberetur. Die 2 Iunii 1773 anno in Pietniczany.

17.to: Reverendus Pochylewicz, Parochus Ruskopolanen. Decanatus (f. 128) Moszninensis Capitaneatus Czerkaviensis, unicus tantum Parochus ab anno 1768 post crudelem in Ukraina latronum grassationem obediens Sanctae Romanae Catholicae Ecclesiae, et Pastori suo, relictus, ab ecclesia tamen et Paroecia expulsus, desiderando succurrere saluti proximorum, supplicat Ill.mo Metropoliae Caodjutori, quatenus ipsi permittat in arce Czerkawensi, ubi reperitur Capella, seu in alio convenienti loco Divina celebrare. Die 10 Iulii 1773 in Berdyczow.

18.vo: Reverendus Basilius Lewicki, Parochus Borysoviensis Decanatus Calnicensis, supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, conqueriturque contra Gregorium Lincewicz, Decanum, a quo, etsi variis modis et minis adigeretur, ut a Sancta Unione et Fide Catholica Romana recederet, tamen his omnibus non perterritus, in Unione Sancta et obedientia Pastori suo convenienti vivere morique desiderat. Die 29 maii in Pietniczany 1773.

19.no: R. Daniel Ostropolski, Parochus Berezensis Decanatus Czeczelicensis, protestatur coram Ill.mo Episcopo Metropoliae Coadjutore, conqueriturque contra R. Romanowski, extraneum Decanum, qui eum cogebat, ut Perejaslaviam se conferat, nolentem vero Beneficio privavit, ille tamen hac in calamitate sua ad Ill.mum Pastorem, a quo ordinatus est, recursum fecit, offerendo obedientiam intaminatam. Die 3 Iunii 1773 in Pietniczany.

20.mo: Reverendus Ioannes Maraszewski, Civitatis Kuny dictae, protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore se (f. 128) desiderare vivere et mori in Sancta Fide Catholica Romana et obedientia Pastori suo debita, exponit calamitates suas, quas passus est ab extera jurisdictione, quae eum adigebat, ut recedat a Sancta Unione, ille tamen tenendo memoria, se juramentum praestitisse tam in Unione Sancta quam obedientia ad vitae tempora perseveraturum, rogat enixe Ill.mum praedictum, ut eum hac in infelicitate gratia sua adiuvet. Die 23 Iulii in Radomyslia, 1773 anno.

21.mo: Reverendus Demetrius Ududowski, Parochus Horyszkoviensis, protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod sicut in Sancta Unione cum Sancta Catholica Ecclesia Romana natus educatusque est.

necnon a Ill.mo Metropolitano ordinatus, ita in eadem Fide vivere et mori desiderat. Sed quoniam violenter adactus est, ut coram iurisdictione Disunita Iuramentum pro detelinquenda vera Fide praestet, ideo prout non spontaneum revocat juramentum, suamque in perpetuum constantem, ac immutabilem in Unione Sancta perseverantiam et obedientiam Ill.mo supradicto Pastori proprio pollicetur. Die 24 Iunii 1773 anno, in Radomyslia.

22.do: Cives novae Urbis Augstanopol dictae protestantur coram Deo et Universo se optare vivere morique in Sancta Unione cum Sancta Romana Ecclesia, qui quanquam ab extera iurisdictione varias acerbitates atque minas, eo fine, ut a Sancta Catholica Fide recedant, perpessi sint, his tamen non (f. 129) adacti, in vera perseverarunt Fide, ac obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae, perseveraturosque ad vitae tempora se unanimiter declarant. Die 15 Iunii 1773 anno, in Augstanopol.

23.tio: Reverendus Boleyko, Parochus Sorodynensis Decanatus Niemiroviensis, protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod licet timore perculsus, ne ecclesia sua ornamenti spolietur neve Domus propria omnium rerum detrimentum patiatur ab extranea Potentia, coram Perejaslaviensi Decano Disunito promisit se ab Unione cum Sancta Romana Ecclesia recessurum, idque manu firmavit propria, attamen reminiscens se natum educatumque esse in vera Fide Catholica, exemplo Prodigii Filii ductus ad Ill.mum Metropoliae Coadjutorem confugit, seque perseveraturum usque ad mortem in Fide Catholica ac obedientia Pastori suo debita pollicetur. Die 27 Maii 1773 anno, in Pietniczany.

24.to: Communitas Borkoviensis protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore se desiderare vivere et mori in Unione cum Sancta Romana Ecclesia, necnon Ill.mo Codjutori Metropoliae et Visitatori Apostolico se praestare obedientiam promittit. Conqueritur contra Ioannem Pisarzewski, illegitimum Parochum, qui absque Praesentatione Collatoris et proprii Pastoris institutione in possessione ecclesiae Burcoviensis existebat, et ad exoticam iurisdictionem confugiebat, contenditque ac rogat, ut praedictus (f. 129) Reverendus Pisarzewski ab ecclesia praedicta amoveatur. Die 3 Iunii in Pietniczany, 1773 anno.

25.to: Incolae Villae Kniazyce dictae conqueruntur contra Reverendum Alexium Andrzejowski, Vicarium Iackoviensem, qui nolens obedire Ill.mo Metropolitano, cui ex juramento praestari tenebatur obedientiam, accepto a Perejaslaviensi potestate Disunita Decani Fastoviensis munere, magisque Potentia Exteri Exercitus fultus in Villam Kniazyce irruit die 25 Iulii ac Reverendum Timotheum Dankiewicz variis minis ac modis aliis ad apostasiam amplectendam cogebat, nolentem vero omnibus spo-

liavit, prohibendo insuper Divinorum administrationem. Illi vero supranominati incolae optando sibi in Fide Sancta Catholica ad ultimum vitae suae diem persistere, precantur sibi praefatum Reverendum Dankiewicz, actualem Parochum, ab Extera Potestate injuriatum et ex Parochia expulsum restituendum. Die 18 8bris, V.S., 1773, in Kniazyce.

26.to: Reverendus Markiewicz, Parochus Ecclesiae Mohiloviensis, nuntiat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod Parochiani ejusdem ecclesiae ex dispositione Supremi Mareschalci eregerint sibi aedificium ad celebranda Divina nec non circa idem Monachum quendam Disunitum locarunt, qui ad nutum illorum Divina celebrat aliaque Sacra menta administrat, supplicat iterum ad Beneficium Tywronense, ad praesens vacans, sibi Instrumentum Vicariatus concedi. Die 29 Maii 1773 anno, in Civitate Mohylow.

27.mo: Reverendus Gregorius Ryszczynski, Parochus Czuko (f. 130) viensis, summo cum dolore exponit Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod a jurisdictione Perejaslaviensi coactus sit apostasiam amplecti, verum etiam Beneficio secedere. Quare supplicat Ill.mo Eidem, quatenus dignetur providere ipsi vel aliud Beneficium, vel circa idem mantenere. Die 31 Maii in Ruszczyn, 1773 anno.

28.vo: Communitas Balamutoviensis supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, ut anteactum eorum Parochum circa ecclesiam, quae occupata est a Disunitis Perejaslaviensibus, scandala summa patrantibus, conservare dignetur. Die 19 8bris 1773, in Villa Balamutow.

29.no: Reverendus Stefanowicz, Parochus Pietryszoviensis, installatus ab Ill.mo Episcopo Leopoliensi, qua Coadjutore et Administratore Metropoliae 1772 anno, ad Decanatum Humanensem, protestantur contra quendam Cyrillum Zielinski, Apostatam, a quo cogebatur similiter recedere a Fide Catholica et obedientia debita Pastori suo, quam apostasiam vitare cupiens, obtulit eidem Decano 1mo Floren. 9, demum tempore visitationis pro exemptione antimnenensis accepti ab ipso contemptus causa, dedit ipsi imperiale. Tandem pro instantialibus ad jurisdictionem exoticam solvit eidem binos Imperiales. Die 2 Iunii 1773 anno, in Pietryszow.

30.mo: Reverendus Ioannes Szydlowski, Parochus Liniecensis, conqueritur contra Gregorium Liniewicz, simulanten (f. 130) se Calnicensem Decanum, ad quem per milites Moschovitici Exercitus adductus violenter magnam passus est ignominiam, colaphumque a Milite in praesentia Liniewicz accepit, dein soluto Imperiali liberatus. Die 29 Iunii 1773 anno, in Liniec.

31.mo: Reverendus Procopius Iachimowicz, Parochus Michalowicensis, protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore se desiderare in Sancta Fide Catholica et sub Regimine Summi Pontificis vivere et mori. Idemque

eiusdem Parochiani attestantur ac desiderant. Die 27 Maii 1773 anno, in Michalowiec.

32.*do*: Reverendus Antonius Bogarzewski, Parochus ecclesiae Ruzyensis, fuse exponit violentias sibi per Decanum Pohrebiscen. illatas imploratque protectionem ab Ill.mo Coadjutore Metropoliae Kijoviensis.

33.*tio*: Communitas Baikoviensis protestatur se velle constanter ac immutabiliter in Sancta Fide Catholica Romana perseverare, sicut a primoribus in eadem permanebat, rogatque Ill.mum Pastorem, ut ab extera potestate propulsum verum ac proprium Parochum suum sibi restitui curet. Datum in Pietniczany, die 2 iunii 1773 anno.

34.*to*: Reverendus Ioannes Kaczorowski, Parochus ecclesiae Kopaczoviensis, exponit injurias a quodam Decano Bilinski, Disunito, sibi illatas, a quo compellebatur, ut ab Unione Sancta recederet, ille tamen quemadmodum in Fide Catholica natus, ita in eadem perseverare desiderat. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

35.*to*: Reverendus Sabba Ruszczynski, conqueritur contra (f. 131) Decanum Niemiroviensem, a quo violenter fuit adactus atque minis compulsus, ut extraneae iurisdictioni obediatur, ille tamen Ill.mo Metropoliae Coadjutori Fidem, obedientiam ac in Catholica Fide perseverantiam pollicetur. Datum in Pietniczany, die 31 Maii anno 1773.

36.*to*: Reverendus Andreas Podolkiewicz, Parochus ecclesiae in Villa Potok sitae, Decanatus Brailoviensis, constantiam immutabilem contra quasvis minas coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore exhibet, ac in futurum in obedientia et Fide Catholica perseverare desiderat. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

37.*mo*: Reverendus Andreas Ostapowicz, Diaconus Krzykoviecensis, coram Ill.mo Coadjutore totius Metropoliae columnias et ignominias, quas a Decano Niemieroviensi perpessus est, exponit. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

38.*vo*: Reverendus Constantinus Szabowicz Parochus Pieczarensis annos 29 in beneficio praefato existens, tandem a Disunitis expulsus est; addit insuper quod per subordinatas Personas a Decano apostata Braclavensi Mokrzycki noncupato, ejus ecclesia noctu visitata fuerat, quibus visitatoribus pro hocce actu coactus fuit binos Imperiales solvere, hac itaque in re rogat Protectionem Ill.mi Coadjutoris Metropoliae. Datum in Pietniczany, die 25 Maii anno 1773.

39.*no*: Reverendus Daniel, Parochus Godziembiensis, ab Ill.mo Metropoliae Coadjutore ordinatus exponit eidem (f. 131) quod post plurimas sibi a Disunitis illatas violentias ab ecclesia et domo propria per quendam Lucam Romanowski, Decanum praetensum Czecelnicensem, tus,

in Sancta Fide et obedientia constanter perseveravit. Datum in Pietniczany, die 29 maii anno 1773.

40.mo: Reverendus Basilius Howinski, Parochus Ecclesiae in suburbio Tulczynensis Nestervarensis, protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore contra quendam Eliam Charzewski, apostatam, ratione damnorum, violentiarum, aliarumque inconvenientiarum ab eodem sibi illatarum tandem ratione incarcerationis ejusdem in urbe Human dicta, a quibus in posterum vitandis protectioni Ill.mi supradicti se commendat. Datum in Pietniczany, die 28 maii 1773 anno.

41.mo: Reverendus Ignatius Chizynski, Parochus ecclesiae in Villa Swiniarka dicta, exponit coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore plurima sua incommoda, acerbitates ac violentias, quae a verae Fidei Catholicae desertoribus perpessus est, ac demum ecclesia, ad quam jure ordinatus, domoque propria expulsus est, in cuius locum ex subditatu ab Episcopo Perejaslavensi Disunito institutus successit. Quare implorat gratiam ac protectionem Ill.i Coadjutoris Metropoliae. Datum in Pietniczany, die 29 maii 1773 anno.

42.do: Adm. Reverendus Stephanus Starczynski, Decanus Brailoviensis, coram Ill.mo Coadjutore Metropoliae exponit dolorem suum, protestaturque, quod quamvis violenter variis minis adactus sit, ut se veram (f, 132) Fidem Catholicam Romanam deserturum ostendat per expressionem in scripto sui nominis in praesentia cujusdam Eliae Holskiewicz, exterae iurisdictionis Decani, tamen magno dolore hac de causa perculsus confudit ad Ill.mum Coadjutorem Metropoliae, seque ejus protectioni commendat. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

43.tio: Reverendus I. Slominski, Parochus Osmianensis, fatetur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore Pastore suo, se, quanquam injuriis, ignominis, et multis aliis modis a verae Fidei desertoribus, ad hoc ut similiter Fidem Sanctam deserat, adactus esset, incommotum atque stabilem in Unione cum Sancta Ecclesia Romana perstisset; iustificatque se de mala opinione, quod scilicet a quibusdam delatus sit, ac si pareret Disunitorum nutibus. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

44.to: Ex Archi Dioecesi Kijoviensi Decani et Parochi et nominatim Adm. Reverendus Ioannes Stopczanski, Parochus Sakolsensis, Decanatu Pohrebisci privatus; Stephanus Koszarowski, Parochus Borodczanensis, Decanus Brailoviensis; Ioannes Bielanski, Alumnus Collegii Pontificii Leopoliensis, Parochus Kanioviensis, Decanus Korsunensis etc. magnis de injuriis ab Ill.mo Metropolitano sibi illatis conqueruntur in hunc modum, quia nullo jure victi, nulliusque rei criminis officiis suis privati sint, eorumque loco alii ab eodem Ill.mo Metropolitano deputati,

quos alienatos intolerabilibus ignominiis ac contumellis (f. 132) idem Ill.mus Metropolitanus exposuit suaequae benevolentiae indignos pronuntiavit ideo, quia fuerint accusati, quod ac si apostasiae nota in iisdem apparerit cuius horrendi criminis illi se inscios profitentur ac affirmant; implorantque protectionem ab Illustrissimo Cadjutore Metropoliae Kijoviensis. Exprimunt etiam praefati Decani et Parochi in sua supplicatione, quia Illustrissimus Metropolitanus Kijoviensis, legitime ab Ill.mo ejusdem Metropoliae Coadjutore et Visitatore Apostolico ad beneficia in Metropolia sita ordinatos admitti non jubet, imo sub poena excommunicationis prohibet administrationem Sacramentorum. Insuper significant dolores suos, quod nempe ab exotica jurisdictione alii in cercerem intrudantur, alii vero bonis omnibus spoliantur. Quae etiam jurisdictione exotica expulsis multis in locis Parochis Unitis alias Disunitos subrogavit. Rogant tandem auxilium enixe ab Ill.mo Coadjutore Metropoliae. Datum in Sokolce, die 22 iunii 1773 anno.

45.to: Georgius Sliwinski, Presbyter et Parochus ecclesiae Byrlovien sis, summo cum dolore exponit coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore injuriam suam quod licet praehabita Praesentatione ac aliis documentis, ad praedictam ecclesiam esset consecratus, nihilo tamen minus, a quodam Presbytero non Unito Iosepho, qui illicitis modis, et quidem pro Literis praesentationis imperialibus solutis ad idem beneficium promotus fuit, remotus expulsusque extitit, atque mendicato pane vivere coactus. Ideo implorat gratiam (f. 133) Ill.mi Metropoliae Coadjutoris, ut ad beneficium jure sibi collatum redire valeat. Datum in Pietniczany, die 29 maii 1773 anno.

46.to: Reverendus Alexius Popeyko, Parochus Owsianicensis, Decanatus Vinnicensis, profitetur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, se ob timorem exterae iurisdictioni paruisse, dolet vehementer per se id commissum nec non veniam postulat, pollicendo in posterum tam in Orthodoxa Fide, quam in obedientia ad vitae tempora se perseveraturum. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

47.mo: Reverendus Daniel Korubowicz, Parochus Starowinnicensis, conqueritur contra Petrum Sokalski, qui adhibita potentia militum exteri Exercitus Domum ejus invasit, summisque violentiis ac damnis, trium septimanarum spatio domi ejus habitando cum militibus, continuatis eum compellabat violenter, ut Fidem Catholicam desereret, et apostasiem amplectereretur, hinc ille licet pree timore ejus voluntati satisficerit, dolet tamen vehementer se id fecisse, et ad Fidem Catholicam convertit, proprio Ill.mo Pastori obedientiam offerendo. Datum in Pietniczany, die 29 (?) 1773 anno.

48.vi: Reverendus Andreas Kirczynski exponit Ill.mo Coadjutori Metropoliae multis damnis a militibus exteræ nationis, qui violenter ipsum superaggressi fuerunt, se affectum fuisse, nempe crudeliter percutsum, a beneficio ab iisdem amotum, et omnibus ad victum et amictum necessariis spoliatum ita, ut nunc non aliter nisi mendicato pane vivere queat. Datum in Pietniczani, die 28 maii 1773 anno.

49.no: Reverendus Kozaczkowski, Parochus Mankoviensis, exponit Ill.mo Coadjutori Metropoliae suam constantiam in Fide Catholica ac obedientia debita, quod etsi a Disunitis plurimas perpessus esset injurias, ac variis modis incitaretur ad apostasiam, juvante tamen Divina Gratia in Unione Sancta perseveravit. Datum in Pietniczany, die 31 maii 1773 anno.

50.mo: Reverendus Romanus Ostapowicz, Parochus Czerniejoviensis, Decanatus Komargrodecensis, protestatur coram Deo et Universo se sicut in Fide Catholica natum educatumque, ita nullis minis victum a verae Fidei desertoribus in eadem perseverasse, ad vitaeque tempora perseveraturum. Datum in Brodecko, die 10 Iulii 1773 anno.

51.mo: Reverendus Ioannes Osiecki, Parochus Markuwiecensis, protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod, quanquam a Reverendo Sirocki, olim Decano Granoviensi Unito, moderno vero tempore Disunito esset adactus, ut exoticae iurisdictioni obediat, ille tamen maluit esse exul a domo et parochia quam a vera Fide Catholica. Datum in Markuwiki, die 29 Maii 1773 anno.

52.do: Reverendus Basilius Krylowski, Parochus Kinijoviensis, conqueritur contra Reverendum Basilium Mokrzycki, Decanum praetensem ad praesens Bracławiensem Disunitum, qui praefatum Parochum ad deserrandam Fidem Catholicam concitabat, et cum idem non potuisset resistere voluntati dicti Disuniti, satisfecit ei; dolet tamen se id commisisse, ac in posterum perseverare in Fide Catholica promittit. Datum in Kini-jowka, die 2 Iunii 1773 anno.

53.tio: Reverendus Ioannes Lalkiewicz, Parochus Pilaviensis, profitetur se insistendo vestigiis Decani sui, qui prior Unionem Sanctam deseruit, similiter deseruisse, premitur tamen dolore hac de causa, rogatque veniam ab Ill.mo Metropoliae Coadjutore, declarando se optare vivere et mori in vera Fide Catholica. Datum in Pilawa, die 31 Maii 1773 anno.

54.to: Reverendus Basilius Sosnowski, Parochus Szenderoviensis, palam refert coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore se timore amittendi Beneficii aliorumque mobilium et immobilium perculsum, Unionem Sanctam dereliquisse, et exoticae Iurisdictioni obedientiam praestitisse, qua de causa vehementer dolet, promittitque ad Fidem Catholicam se con-

versurum, et obedientiam debitam praestitum Pastori suo. Datum in Szenderowka, die 26 Maii 1773 anno.

55.to: Reverendus Theodorus Iurewicz, Parochus Piatyhorensis, protestatur coram Ill.mo Coadjutore Metropoliae contra Maximum de Pilipczey, Apostatam, a quo per vim Parochia et Domo ejectus extitit, nihilo minus tamen se perseverasse in vera Fide Catholica, maluisseque omnibus spoliari, quam S. Unionem relinquere profitetur. Datum in Radomysl, die 14 Iunii 1773 anno.

56.to: Reverendus Basilius Roszczynski, Parochus Kiemieczaniensis, coram Ill.mo Coadjutore Metropoliae exponit injurias summas a Disunito Luca (f. 134) Romanowski, Decano Perejaslaviensi sibi illatas, quibus tamen non adductus, ut veram Fidem Catholicam Romanam desereret. Datum in Pietniczany, die 3 Iunii 1773 anno.

57.mo: Reverendus Iacobus Uholski, Parochus Vinnicensis, profiteatur se pae timore amittendi beneficii ac aliorum, exoticae Iurisdictioni paruisse, penitere tamen se hujusmodi affirmat delicti, ac declarat in vera fide Catholica continuo se permansurum.

58.vi: Reverendus Andreas Fialkowski, Parochus Novae Villae Popielnik dictae, etsi variis modis inclinaretur ad apostasiam, tamen nullo timore percussus in Sancta Unione perstitit. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

59.no: Reverendus Romanus Lukasiewicz, Parochus Savinicensis, multas sibi injurias ac violentias a Disunitis illatas exponit coram Ill.mo Coadjutore Metropoliae, quibus tamen non erat adductus ad deserendam Fidem Catholicam, in qua ut ab Avis et Proavis fuit educatus, ita in eadem perseveraturum se promittit ad vitae tempora. Datum in Pietniczany, die 29 maii 1773 anno.

60.mo: Reverendus Nicolaus Malicki, Parochus Poczapiniensis, confitetur se a Decano Holoskiewicz Disunito adactum esse, ut deserta Unione Sancta sequatur apostasiam, super quo dolorem summum significat, veniamque exoptans, pollicetur perseverantiam in (f. 135) Sancta Catholica Fide, obedientiamque Pastori debitam ad vitae tempora intaminatam. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

61.mo: Reverendus Daniel Tychowski, Parochus Roznoszynicensis, conqueritur contra quendam Ill.rem Lewandowski, Commissarium priae memoriae Ill.mi Palatini Kijoviensi, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, qui praedictus Commissarius vi Iurisdictionis Perejaslaviensis, quam continuo minabatur memorato Reverendo Tychowski, a Beneficio proprio eundem removit, per idque summa injuria ipsum affecit. Datum in Pietniczany, die 28 Maii 1773 anno.

62.do: Reverendus Iacobus Bialostocki, Parochus Troscianensis, fatetur se coactum fuisse a quodam Elia Holoskiewicz, Decano Disunito Vinnicensi, praevia immissione in Domum ejus militum, ad recessum a Sancta Unione, quod tamen sicut non sponte commisit, ita non solum in praesentia ipsorum, sed etiam nunc protestatur, se in Fide Catholica et Unione perseveraturum ad ultimam expirationem. Datum in Pietniczany, die 28 Maii 1773 anno.

63.tio: Reverendus Lucas Bielaszewski summo cum dolore exponit Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod coactus fuerit a quodam Symeone Perorowski, Decano Disunito ad recessum temerarium a Sancta Unione, super quo respectum praedicti Ill.mi Metropoliae Coadjutoris exposcit, quandoquidem praevalente potentia id committere praesumpsit. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

64.to: Reverendus Stephanus Dubicki, Parochus Cholodoviensis, exponit Ill.mo Metropoliae Coadjutori violentias summas sibi a Disunitis illatas, praecipue vere a Reverendo Basilio Mokrzycki, apostata, qui Decani sibi Bracławiensis nomen arrogans, tuendo partem exoticae iurisdictionis, uti alios, ita et hunc praefatum Parochum ad apostasiam inclinabat, variisque premebat injuriis, hic tamen non passus est adduci ad apostasiam, imo stabilem in Fide Catholica et Unione Sancta se ostendit. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

65.to: Reverendus Symeon Hreczynski, Parochus Popowicensis, significat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod, quamvis a Gregorio Liniewicz, Decano Disunito, variis modis inclinaretur ad parendum exteræ jurisdictioni, incolumis tamen, minimeque his omnibus perterrefactus, in Fide Catholica permansit. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii.

66.to: Reverendus Theodorus Zurakowski, Parochus Hucaleviensis Miaskoviensis, conqueritur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore contra Reverendum Gregorium Lubinski, quia ipse tam in anno 1772 quam 1773, multis damnis atque injuriis in lista ab ipso producta singillatim expressis, et ad 9 puncta extensis, eundem afficere praesumpsit. Super quibus nimis injuriatus praedictus Reverendus Zurakowski respectum in administratione justitiae consequendae Ill.mi Metropoliae Coadjutoris humiliter exoptat. Datum in Minyki, die 29 Iunii 1773 anno.

67.mo: Reverendus Martinus Iankowicz, Parochus Krasnianensis, protestatur coram Deo et Universo, se, etsi a Ioanne Bohdanowicz, Decano Disunito ad apostasiam inclinaretur, constantem tamen in Unione Sancta permansisse. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

68.vo: Reverendus Kozaczynski, Parochus Rachnoviensis, conqueritur contra Basilium Podorski verae Fidei desertorem, qui eum cogebat ad

similem apostasiam, et cum noluissest obedere eidem Disunito, fundorum ecclesiasticorum usum per vim prohibuit aliisque damnis afficit, neque tamen potuit stabilitatem ipsius mutare. Datum in Pietniczany, die 26 Maii 1773 anno.

69.no: Reverendus Martinus Iezierski, Parochus Dackoviensis, conqueritur beneficio se privatum, Domoque esse expulsum hac de causa, quia noluit parere exoticae iurisdictioni veramque Fidem Catholicam derelinquere. Exul itaque ad Ill.mum Metropoliae Coadjutorem recursum habuit, ut in his ipsi solatium ferre velit. Datum in Brodeck, die 10 Iulii.

70.mo: Vidua post fata Reverendi Zolkiewicz, Parochi Varchnoviensis, cum liberis relicta summum dolorem suum coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore exponit, quod ob metum privationis omnium illius maritus mortem obierit, ac in miserabili statu eandem reliquit, supplex itaque implorat clementiam Ill.mi (f. 136) Metropoliae Coadjutoris. Datum in Berdyczow, die 13 Iunii 1773 anno.

71.mo: Reverendus Iacobus Wolski, Parochu Winnicensis, exponit multas suas a Disunitis sibi illatas violentias eo fine, ut veram Fidem Catholicam derelinqueret, protestaturque una cum Parochianis suis quod, sicut nulli modo voluit satisfacere voluntati Disunitorum, ita in vera Fide Catholica permanere cupit. Datum in Pietniczany, die 26 maii 1773 anno.

72.do: Communitas Urbis Woronowicze dicta, palam aperteque protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod etiam in medio persecutionis a Disunitis attentatae, nullo timore perterrefacta in Fide Catholica perstiterit. Datum in Pietniczani, die 27 Maii 1773 anno.

73.tio: Communitas Soroczynensis supplex adorat Ill.mum Coadjutorem Metropoliae, protestaturque nullis minis se ad derelinquendam Fidem veram inclinatam esse; juvanteque Divina Gratia in eadem perseveraturam sd affirmat. Datum in Pietniczany, die 22 Maii 1773 anno.

74.to: Communitas Huszczynensis summum dolorem suum Ill.mo Coadjutori Metropoliae exponit, quia Parocho Unito per iurisdictionem exoticam privata est. Protestatur insimul se ab avis proavisque perstissete in Fide Catholica constanter, ac in (f. 137) posterum se perstituram promittit. Datum in Pietniczany, die 30 Maii 1773 anno.

75.to: Incolae Civitatis Winnica nuncupatae, tempore adventus Ill.mi Coadjutoris Metropoliae summos applausus, laetitiamque testantur, promittunque perseverantiam in Fide Catholica atque obedientiam eidem Ill.mo Pastori; nec non asserunt summopere se abhoruisse ab apostasia, ad quam multities, variisque modis inclinabantur; rogan insuper Ill.mum Coadjutorem ut expulsum a Disunitis Parochum eisdem restituere dignetur, et praecipere, ut infamia, quibus constantiam illorum in Fide et

Unione Sancta stabilem denigrare variis in actis conatus est, non solum vitare in posterum studeat, sed etiam ab illatis mundari curet.

76.to: Communitas Lozoviensis summis injuriis affecta partim a quodam Stephano Hrehorowicz, qui veram Fidem Catholicam deseruit, et adhibita Potentia extera illius Parochus factus est, expulso legitimo ecclesiae in Villa Lozowice dicta Curato Presbytero, partim ab aliis Disunitis intolerabiles violentias passa, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore conqueritur imploratque protectionem, cupiendo in vera Fide Catholica ad vitae tempora persistere. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773 anno.

77.mo: Reverendus Romanus Semerzynski, Parochus Szpiczynensis, coram Ill.mo Coadjutore Metropoliae injuriam a quodam Disunito in Pohrebiszczce habitante et (f. 137) Decani nomen sibi appropriante illatam profert, rogatque protectionem promittendo se, uti hucusque in Unione Sancta perseveravit, ita in posterum etiam perseveraturum. Datum in Pietniczany, 1773 anno.

78.vo: Communitas Villae Sledzianensis Ill.mo Metropoliae Coadjutori illaesam atque incolumem in Fide Catholica perseverantiam offert, conqueriturque contra Basiliu Chmielowski, qui oblitus iuramenti super obedientia praestanda, nec non constantiae in Fide et Unione Sancta, prolati, expulso praefatae ecclesiae legitimo Parocho, concitando ad apostasiam dictam Communitatem, magnis injuriis afficere praesumpsit. Datum in Radomysl, die 23 Iunii 1773 anno.

79.no: Communitas Bundaroviensis coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore injurias suas et violentias exponit, quas a Basilio, Parocho Woylowieensi Disunito sibi illatas sentit, quod nempe legitimum ejusdem Parochum expulit et administrationem divinorum prohibuit, proinde rogat enixe restituendum legitimum Parochum. Datum in Pietniczany, die 31 Maii 1773 anno.

80.mo: Reverendus Basilius Glowacki, imprimis Vicarius ecclesiae Zarudyniecensis in Decanatu Niemiroviensi, ab Ill.mo Metropolitano ordinatus, postea (f. 138) praesentatus ad beneficium Przytuwiense ab Ill.mo Borzecki Sub-Dapifero Regni, quam praesentationem cum resciverit ab eodem supradicto Basilio Glowacki Perill.ris Reverendus Zablocki, Officialis Bracławiensis, 50 aureis nummis fuisse appretiatam, quem prout in Symonia notatum, ex munere suo suspensionis, excommunicationis aliquisque ecclesiasticis censuris pro hujusmodi demerito innodandum curavit, in his itaque censuris longo temporis intervallo ab administratione Divinorum abstinuit, deinde ad exoticam jurisdictionem absolutionis gratia recursum fecit, prout eandem obtinuit, qua obtenta ausus est administrare omnia Sacra menta; in hoc itaque miserabili statu ultimum recur-

sum ad Ill.strissimum Coadjutorem Metropoliae habuit, exorans supplacetur a praemissis absolutionem.

81.*mo*: Reverendus Gregorius Krasowski, Parochus Komaroviensis, cum suis Parochianis solenniter protestatur coram Ill.*mo* Metropoliae Coadjutore se toto animo velle vivere in Sancta Unione cum Sancta Romana Ecclesia, promittendo (f. 138) debitam Pastori suo obedientiam. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773 anno.

82.*do*: Reverendus Antonius Czernicki, Parochus Lukoviensis, querellas suas coram Ill.*mo* Metropoliae Coadjutore effundit, quod violenter a duodam Gregorio Cyniewicz Disunito ad apostasiam adigeretur, adigitamen non passus est, et in vera Fide Catholica stabiliter permansit, permamsurumque se ad vitae tempora attestatur. Datum in Pietniczany, die 2 iunii 1773 anno.

83.*tio*: Reverendus Demetrius Hrehorowicz, Parochus Lozoviensis, una cum suis Parochianis ex adventu Ill.*mi* Metropoliae Coadjutoris summam laetitiam significat, protestaturque se immutabiliter et perseverasse in Fide Catholica et perseveraturum ad vitae tempora. Datum in Pietniczany, die 30 Maii 1773 anno.

84.*to*: Communitas Vasieloviensis Ill.*mum* Metropoliae Coadjutorem salutando dolorem sumnum exponit, quod Reverendus Stephanus Toczkiewicz, Parochus proprius, oblitus juramenti super Fide et obedientia praestanda exhibiti, apostasiam amplexus est, hocque progressu suo improbo Parochianis (f. 139) malum praebuit exemplum. Quapropter rogat Ill.*mum* supradictum, ut, aut eundem postquam conversus fuerit ad Fidem Catholicam confirmet, aut de alio providere dignetur.

85.*to*: Reverendus Petrus Lewicki, Parochus Zarudinensis, ejusdemque Parochiani, nomine totius Communitatis protestantur, se immutabiliter in Sancta Fide Catholica permansisse, ac in posterum permansuros. Exponit injuriam a quodam Ioachimo Bilinski, Decano Disunito, sibi illatam, qui certo pecuniarum numero ab eo per vim accepto, ausus est etiam adigere illum ad apostasiam, a qua ille adhorrere tota mente studuit. Datum in Pietniczany, die 30 maii 1773 anno.

86.*to*: Communitates Villarum Stadnica et Laurowki nuncupatarum exponunt Ill.*mo* Metropoliae Coadjutori, quod ex adventu ejus summam capiant laetitiam, memoresque constantiae Parentum suorum in Sancta Unione et obedientia Pastoribus propriis debita, simili modo promittunt se ad vitae tempora eorundem vestigia secutoros. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

87.*mo*: Parochiani Ecclesiae Bartnicensis exhibent profundissima cum humilitate Ill.*mo* Metropoliae Coadjutori constantiam in Fide Catholica

et obedientiam, uti etiam a primoribus suis nunquam mutatam, conque-runturque simul contra quemdam Eliam Pauliczenko, incolam Pikovien-sem, non paucis vitiis innodatum, qui patratis multis omnibus furti et effugere pro commissis delictis paenam volens, ad exteram Iurisdictionem se contulit, ibique in Valachia ab E.po Disunito in Presbyterum ordinatus. In hoc itaque statu, militari stipatus potentia, invasit praedictam ecclesiam; ubi commorans multa commisit scelera. Altare nempe de ec-clesia ejecit, Parochum legitimum expulit, ac multas alias inconvenien-tias non solum ecclesiae et Parocho ejus, sed parochianis patrare ausus est. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

88.vo: Reverendus Damianus Lewicki, Parochus Oczetkoviensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore exponit injurias sibi a Disunitis illatas, quibus tamen ad Apostasiam adduci se non sivit, tenendo memoria jura-mentum super praestanda Fide et obedientia proprio Pastori, exhibitum. (f. 140) Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

89.mo: Reverendus Iacobus Zajaczewski, Parochus Puczaykoviensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore reum se esse profitetur, quod nempe ob metum amittendi Beneficii et aliorum exoticae jurisdictioni paruerit, deinde etiam beneficio privatus ab iisdem Disunitis, quod tandem revo-cata in memoriam obligatione, stabiliter in Fide Catholica permanendi jurata, ab apostasia caepit abhorrere. Quapropter rogat clementiam et protectionem Ill.mi Metropoliae Coadjutoris Pastoris sui, Datum in Ra-domysl.

90.mo: Reverendus I. Maciewicz, Parochus Kochanovicensis, perculsus timore damni subsecutari in suis mobilibus ad apostasiam adduci se per-misit, veniamque criminis hujusmodi ab Ill.mo Metropoliae Coadjutore humiliter exposcit, asserens se permanere in Fide Catholica et obedientia ad vitae tempora cupere. Datum in Pietniczany, 1773 anno.

91.mo: Adm. Reverendus Iacobus Baworowski, Decanus Raszkoviensis, Parochus Boroviensis, coram Ill.mo Coadjutore Metropoliae solemni-ter protestatur, quod etsi permultas violentias a quodam Disunito per Basilium Mokrzycki, Decanum Braclaviensem, Unionis Sanctae deser-torem misso expertus est, nihilominus tamen, uti ab avis et (f. 140) proavis in Sancta Fide Catholica immutabiliter perstiterat, ita ad ultimum vitae suaे terminum perstiturum se appromittit Datum in Brodeck, die 10 Iulii 1773 anno

92.do: Demetrius Lewicki, in Metropolia Presbyter ordinatus ab Ill.mo Coadjutore Metropoliae ad ecclesiam in Civitate Woroszylowka dicta, in Decanatu Brahiloviensi, ob injustam tamen per Adm. Reverendum Starozynski, Decanum Brahiloviensem, insimulationem ab Ill.mo

Ill.mo Metropolitano ad paredictam ecclesiam non admissus, supplicat humillime ut quemadmodum ius ad supradictam Ecclesiam habet, ita eidem deservire possit. Datum in Winnica, die 25 Maii, V. S., 1773 anno.

93.tio: Reverendus Sabba Sokolowski, carochus Miescensis, confitetur se, praevia tamen coactione a quodam Decano Iampolscensi et Komargrodensi, qui cum militari brachio Domum praenominati Parochi invasit et in charta quadam eidem prorsus ignota nomen proprium apponi jussit, apostasiam amplexum fuisse. Cupiens itaque in eadem Sancta Unione, in qua prius, eitam ad vitae tempora perseverare, refugium fecit ad Ill.mum Metropoliae Coadjutorem, ut eum tamquam non parentem iurisdictioni Perejaslaviensi, ab ejusdem impeditis (f. 141) liberare dignetur. Datum in Pietniczany, die 31 Maii 1773 anno.

94.to: Reverendus Gabriel Samochwalowicz, Parochus Zornisensis, Decanatus Calnicensis, conqueritur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore contra Decanum Disunitum Gregorium Liniewicz, qui adhibito militari brachio incurrit domum ejus, coegitque ipsum ad derelinquendam Sanctam Unionem. Super quo facto licet coacto summopere dolet. Datum in Petniczani, die 2 Iunii 1773 anno.

95.to: Reverendus Basilius Litynski, Parochus Holdakoviensis, conqueritur contra Lucam Romanowski, Disunitum, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore quia ipse non tantum variis injuriis praedictum Parochum afficit, sed etiam ad recessum a Fide Catholica cogere non desinit. Datum in Pietniczany, die 3 Iunii 1773 anno.

96.to: Reverendus Antonius Ustowski, Decanus et Parochus Niemiroviensis, conqueritur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore contra quendam Disunitum Ioachimum Bilinski, qui tempore Quadragesimae, postquam incurrit ad Niemierow, hucusque praefatum Parochum summis injuriis atque damnis afflcere audet. Super quibus profundissima humilitate protectionem Ill.mi praedicti (f. 141) exposcit. Datum in Pietniczany, die 28 Maii anno 1773.

97.mo: Reverendus Petrus Holiszewski, Parochus Villae nuncupatae Kropiwna inferior, in Decanatu Niemiroviensi, exponit Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quod Decanus quidam Niemiroviensis Disunitus, pro inobedientia sua iurisdictioni Perejaslaviensi primo ecclesiam, receptis prius ab eadem clavibus, obsigillavit, deinde Parochiam cum singulis Proventibus Urbis Raygrod nuncupatae adjunxit, aliasque demum inconvenientias injuriosissimas eidem praedicto Reverendo Holiszewski inferre nisus est. Datum die 28 Maii 1773 anno.

98.vo: Reverendus Symon Rudnicki, Parochus Kosakoviensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore palam aperteque profitetur se a Disunito

quodam Elia Holoskiewicz violenter adactum esse, ut exoticae iurisdictioni pareret, totumque se subijceret, cuius tamen delicti se penitere affirmat, et constantiam in Fide Catholica una cum obedientia suo Pastori debita promittit. Datum in Pietniczany, die 30 Maii 1773 anno.

99.no: Reverendus Michael Szydłowski, Parochus Krzywiecensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore summam injuriam a quodam Symone Pererowski, qui sibi Decani Zywotoviensis nomen appropriabat, illatam (f. 142) summo cum dolore exponit, quod nempe spatio viginti septimanarum carceri inclusus esset, damnumque centum viginti novem imperialium retulerit. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

100.mo: Reverendus Eustachius Lubiczankowski, Parochus Rudnicensis, post summas innurias a Disunitis ipsi multoties illatis eo fine, ut relinqueret Sanctam Unionem et amplectatur apostasiam, sicut promittit Ill.mo Metropoliae Coadjutori, prout hucusque stabilem se in eadem Sancta Unione ostendit, ad vitae tempora constanter perseveraturum ita, ut ab ulterioribus persecutionibus Disunitorum liber extare possit, summopere et cum profundissima humilitate praedictum Ill.mum orat. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

101.mo: Reverendus Basilius Lukaszewicz, Parochus Marianoviensis, offert Ill.mo Metropoliae Coadjutori obedientiam debitam et Fidem incorruptam, super qua praestanda juramentum emisit, neque minis atque injuriis illatis perterritam sed intaminatam, promittitque insimul eandem integrum se conservaturum ad vitae tempora, nec non in ulterioribus suis calamitatibus exinde oriundis humillime profundissimaque cum veneratione ejusdem praefati Ill.mi protectioni se commendat. Datum in Radomysl, die 22 Iunii 1773 anno.

102.do: Reverendus Iacobus Bassarski, Parochus Skorzyniecensis, quando quidem exemplo aliorum Presbyterorum qui Schysmaticorum mandatis parere statuerunt apostasiam sit amplexus, summo veroque tamen occasione husjmodi delicti affectus est dolore, quem exhibendo Ill.mo Metropoliae Coadjutori, promittit se insimul ita prout natus est in vera Fide Catholica, in eadem ad vitae tempora perseveraturum constantius, imo constantissime. Datum in Pietniczany, die 28 Maii 1773 anno.

103.tio: Reverendus Zurakowski, Parochus Hucaloviensis, exponit Ill.mo Metropoliae Coadjutori maximas se pati injurias a Reverendo Gregorio Lubinski, qui subrepticie, obtenta praesentatione ad beneficium ejus proprium, illum legitimum Parochum praesentatum ab Ill.mo Principe Lubomirski, pro tunc Palatino Bracławiensi et installatum ab Ill.mo Domino Coadjutore et Administratore Metropoliae, in possessio neque non controversa existentem, effectis quibusdam Documentis amo-

veri curavit; ab ejusdem itaque ulterioribus insidiis (f. 143) ut liberari possit in fundamento documentorum suorum, lucidissime verum se esse Parochum praedictae ecclesiae comprobantium, quam humillime Ill.mo eidem supplicat. Datum in Minijki, die 28 Iunii 1773 anno.

104.to: Reverendus Petrus Rudanski, Parochus Slobodostrzyzanensis, violenter a quodam Elia Holoskiewicz, exoticae iurisdictionis Decano, adactus fuit, ut S. Unionem desereret, quod ille, quamquam non sponte, praestitit, reminiscens tamen se ad avis pro-avisque fuisse Catholicum, apostasiam respuere statuit, ac proprio Pastori suo Ill.mo Metropoliae Coadjutori se obedientem fore appromittit, nec non in Fide Catholica perseverantiam pollicetur. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773 anno.

105.to: Communitas Stefanoviensis unanimi consensu solemniter protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod quamvis ad deseruendam Fidem Catholicam variis modis compelleretur a Disunitis, non obstantibus tamen his persecutionibus firma constansque in Sancta Unione permansit, ad vitaeque tempora permansuram se asserit. Datum in Pietzniczany, die 27 Maii 1773 anno.

106.to: Reverendus Gregorius Siniaczewski, a Samuele Rinscensi et Chocinensi Episcopo ordinatus, cum ad Episcopum Perejaslavensem Disunitum fecisset recursum, ad beneficium Mirogrodicense promotus est, circa quod longo temporis intervallo commorans, injuriam summam perpessus est, qua vehementer oppressus humillime ab Ill.mo Metropoliae Coadjutore exposit protectionem, promittitque se deserto Schysmate Unionem Sanctam desiderare suscipere. Datum in Mirogrod, die 3 Octobris 1771 anno.

107.mo: Communitas Rachnianensis coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore querellas suas effundit, quod nimirum illorum legitimus Parochus violenter a Disunto expulsus est, quem Disunitum velut nullo jure intrusum amoveri supplicat, supradictum vero legitimum suum Parochum restitui desiderat, hoc sponte profitendo, quod sicut ab avis et pro-avis in Sancta Unione perstiterit, ita ad vitae tempora in eadem se perstituram. Datum in Radomysl, die 23 Iunii 1773 anno.

108.vo: Communitas Strzyzaviensis protestatur coram (f. 144) Deo et Universo se in Fide Catholica constanti ac immutabili animo et permanisse et permansuram. Datum in Pietniczany, die 27 Iunii 1773 anno.

109.no: Communitates Villarum Czerlenkow, Iurkowce et Komarow unanimi consensu in adventu Ill.mi Metropoliae Coadjutoris summos exhibendo applausus, non solum in Unione Sancta constantiam, verum etiam Pastori suo debitam obedientiam significant. Datum in Pietniczany, die 13 Iunii 1773 anno.

110.mo: Cives Ruzynenses coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore summum dolorem suum exponunt, quod a Disunitis illorum legitimus Parochus expulsus est, in cuius locum per vim ab extera iurisdictione intrusus quidam Kustowski, quem tamen amoveri desiderant et supradicatum legitimum Parochum restituendum sibi exoptant. Datum in Ruzyn, die 12 mensis Octobris 1773 anno.

111.mo: Reverendus Basilius Iaworowski, Parochus Tomaszpoliensis, summis, ac intolerabilibus injuriis affectus a quodam Elia Pawlikowski Disunito, qui adhibita Exercitus Moschovitici potentia crudeliter eum verberari jussit adeo, ut vix vita non manserit privatus. Quare hac in sua injuria levamen ab Ill.mo Metropoliae Coadjutore exoptat. Datum in Radomysl (f. 144), die 23 Iunii 1773 anno.

112.mo: Cives Urbis Przyluki et incolae Villarum ad eamdem spectantium coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore solemniter protestantur, se et immutabiliter in S. Unione hucusque perstitisse, et in posterum perstituros; deferunt insuper, quod Reverendus Basilius Glowacki, nota symoniae innodatus, absolutione a Disunito Decano accepta, Divinis sese immisceat. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

113.tio: Reverendus Andreas Kowerdynski, Parochus Czerlinkoviensis, humiliter coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore suum delictum profitetur, quia ille perculsus timore a quodam Holoskiewicz Disunito ad apostasiā inclinatus est. Reminiscens vero se, super praestanda obedientia et Fide Pastori proprio debita, juramentum exhibuisse, vehementer dolendo ad Sanctam Unionem redire, in eademque constanter perseverare cupit. Datum in Pietniczany, die 13 Octobris 1773 anno.

114.to: Reverendus Ioannes Troszczanski, Parochus Strzyzaviensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore palam profitetur, quod etsi a quodam Elia Holoskiewicz, Decani nomen sibi appriante, Disunito (f. 145), multis damnis ac violentiis afficeretur, Fidem tamen Catholicam deserere noluit, imo incolumis in eadem perseverare desiderat.

115.to: Reverendus Theodorus Nowohrebelski, Parochus Czeczelniensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore summo cum dolore injurias et damna a Disunitis sibi illata exponit, quae ad 1877 floren. extenduntur; humiliter exposcit hac infelicitate sua protectionem, nec non solenniter protestatur se in Fide Catholica his omnibus non perterritum extitisse, et ad vitae tempora extitulum. Datum in Winnica, die 25 Maii 1773 anno.

116.to: Reverendus Gabriel Bialoganowski, jure ad beneficium Hryszovicense ab Ill.mo Metropolitano ordinatus, deinde ab Ill.mo eodem, qui non revocato priore, alium ad idem beneficium instituit, remotus, mendicato pane vivens, cum nullius criminis reum se sentiat, ob quod

beneficio privari debeat, supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, ut eum protegere dignetur. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

117.mo: Reverendus Gregorius Wigurski, Parochus Stecoviensis, supplicat Perill.ri Officiali Administratoriali Metropoliae Kijovensis, ut ipse nomine ejusdem et illius Parochianorum Ill.mo Coadjutori Metropoliae (f. 145) summas injurias a Disunitis, nempe violentias saepissimas, protrusiones vulnerosissimas, aliasque crudelissimas percussionses, singulorum ex ipsis deferre non dedignetur.

118.vo: Incolae Villae Paryjowka dictae summo cum applausu salutando Ill.mum Metropoliae Coadjutorem, solenniter protestantur se non obstantibus ullis persecutionibus unanimiter cupere ad vitae tempora in Sancta Unione perseverare. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773 anno.

119.no: Reverendus Ioannes Ostowicki, Parochus Puszczanensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore magno cum dolore profitetur, quod quanquam memoria teneret se juramentum super Fide Catholica et obedientia praestitisse, nihilominus tamen timore perculsus a quodam Luca Romanowski, Disunto Decano, ad apostasiam inclinatus est. Hac itaque de causa vehementer dolet, atque ad Fidem Catholicam redire, in eademque constantius perseverare se promittit. Datum in Radomysl, die 23 Iunii 1773 anno.

120.mo: Reverendus Alexius Iurkiewicz, Parochus Sledzioviensis, conqueritur contra quandam Presbyterum Czmielowski, qui factus apostata, adhibita exterae jurisdictionis (f. 146) potentia, eum beneficio expulit, ac ipse totaliter fundorum ad ecclesiam pertinentium possessor effectus, usum eorundem impedivit, ac aliis intolerabilibus affecit injuriis, quo in statu miserrimo supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

121.mo: Reverendus Stephanus Zygilewicz, Parochus Czarnogrobelensis, Ill.mo Metropoliae Coadjutori supplicans injuriam exponit, quod quatuor tantum mensium spatio beneficium, ad quod ordinatus fuit, possideret, quo expulsus ac magnis damnis oppressus multo tempore sine modo vivendi existebat, dein a patre suo in Coadjutorem susceptus, iterum a Disunto Elia Holoskiewicz summa cum ignominia expulsus, nec ultra vivendi modum habens, rogat enixe protectionem Ill.mi supra nominati. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

122.do: Reverendus Andreas Stanosiewicz, Parochus Olszanensis, conqueritur contra quandam Reverendum Alexium in Valachia ordinatum, qui nactus ab Excellentissimo Nuntio absolutionem ab haeresi, in Vicarium a praefato Parocho susceptus, qui inito consilio cum Parochia-

nis Apostata factus, et Perejaslaviam se contulit, ubi a Disunto Episcopo, acquisita lege, Parochum supranominatum legitimum expulit, et ad ultimum statum reduxit, quapropter supplicat Ill.mo Coadjutori, et rogit protectionem. Datum in Pietniczany, die 31 Maii 1773 anno.

123.tio: Reverendus Damianus Sydyczynski, Parochus ecclesiae in Villa Hrabow sitae, supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori, quia ille cum esset jure ad praefatum beneficium promotus, expulsus a quodam Gregorio Pisniaczewski, qui subdole procedendo supradictum beneficium occupavit, itaque sine modo vivendi existens supranominatus Sydyczynski implorat respectum Ill.mi Metropoliae Coadjutoris. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

124.to: Reverendus Cyrillus Szczurewicz, Parochus Slobodecensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore aperte profitetur, quod etsi a quodam Gregorio Lesiewicz, Disunto, per varias injurias inclinaretur ad deserendum Fidem Catholicam, non tamen illam deseruit, imo stabiliter permanset in eadem. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

125.to: Confraternitas et Parochiani ecclesiae Vinnicensis in adventu Ill.mi Metropoliae Coadjutoris exultantes summa constantia in Fide Catholicā gloriantur, promittentes etiam immutabiliter ad vitae tempora se velle in eadem persistere. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

126.to: Reverendus Ioannes Sawiczewski, Parochus ecclesiae in Villa Synki dicta sitae, conqueritur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore contra Gregorium Magazewicz, Apostatam, qui stipatus potentia militari extera supranominatum Parochum a beneficio amovit, proventusque ac fundos ejusdem omnes in usum proprium convertit, ac deinde boves Imperiales sexaginta valentes, tum 200 as sexagenas frumenti eripuit multaque alia damna et injuriosas supranominato Parocho violentias intulit. Datum in Pietniczany, die 28 Maii 1773 anno.

127.mo: Reverendus Mathias Demidowski, Commendarius Koszlawoviensis, conqueritur contra Gregorium Liniewicz Disunitum, a quo permultas violentias sibi illatas habuit, damnumque ad sexaginta extensem Florenos passus est. Supplicat itaque Ill.mo Metropoliae Coadjutori, ut benigne id respicere non dedignetur. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

128.vo: Reverendus Ioannes Czemena, Parochus Szpikuloviensis, refert Ill.mo Metropoliae Coadjutori, se multis violentiis ac damnis cogi incessanter per quandam Ioannem Bohdanowicz, novum Apostatam, ut Sanctam desereret Unionem. Datum in Pietniczany, die 28 Maii 1773 anno.

129.no: Reverendus Petrus Lewicki, Parochus Iakuboviensis, coram

Ill.mo Metropoliae Coadjutore summo cum dolore intolerabiles violentias ab apostatis sibi illatas exponit, necnon solenniter protestatur, quod his non obstantibus immutabiliter, summoque animo permansit in Fide Sancta Catholica, et obedientia Pastori suo debita. Datum in Pietniczany, die 2 Iunii 1773 anno.

130.mo: Reverendus Sabba Tustanowski vehementer (f. 147) conqueritur contra quandam Symonem Surmiewicz, modernum Parochum Sokoloviensem, qui eum jure ad beneficium Sokoloviense ordinatum, illicitis modis ab eodem amoveri curavit, exindeque tali suo inconvenienti progressu egestatem eidem praedicto Parocho causavit. Ille tamen juris remediis adhibitis ad supranominatum Beneficium restitutus est, sed postea cum intrusus vere illius adversarius exoticam adhiberet potentiam, violenti modo beneficio et caeteris omnibus eum privavit. Quo in statu misero petit gratiam humillime ab Ill.mo Metropoliae Coadjutore. Die 29 Maii, in Pietniczany, 1773 anno.

131.mo: Reverendus Gregorius Graboski, Parochus ecclesiae in Villa Szaryny sitae, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore magnam injuriam suam exponit, quod mimirum de proprio beneficio, a se jure possesso, per quandam apostatam cedere coatus esset, aliisque damnis affectus, in qua infelicitate commitit se protectioni Ill.mi praenominati. Datum in Pietniczany, die 28 mensis Maii 1773 anno.

132.do: Reverendus Daniel Czepowski, Parochus Komargrodicensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore palam aperteque profitetur, nunquam se apostasia nota fuisse affectum, quamquam plurimis violentiis eo fine, ut veram Fidem Catholicam deserat, a Disunitis (f. 148) fuisset opressus; petit insuper protectionem Ill.mi praenominati ab ulterioribus sui persecutionibus. Datum in Pietniczany, die 30 Iunii 1773 anno.

133.tio: Reverendus Petrus Lozinski, Parochus Vinnicensis, conqueritur contra Eliam Holoskiewicz, Apostatam, qui stipatus vi militari de ecclesia eum expulit et proventus parochiales longo tempore ad se recipiebat, aliisque inconvenientiis opprimere eundem non desiit. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

134.to: Reverendus Ioannes Ielczynski, Parochus Xiadzoviecensis, enumerat 7 punctis violentias a Disunitis sibi illatas, atque in his humilime implorat protectionem Ill.mi Metropoliae Coadjutoris.

135.to: Reverendus Gregorius Baczyński, Parochus Zaluzanensis, exponit magno cum dolore permultas injurias et damna sibi illata, nec non protestatur se uti hucusque firmum et stabilem in Unione cum Sancta Romana Ecclesia fuisse, ita in posterum constantissime futurum, deinde

exorat Ill.mum Metropoliae Coadjutorem, ut se in infelicitate protegere dignetur. Datum die 7 Iulii 1773 anno, in Brodeck.

136.to: Reverendus Ioannes Demidowski, Parochus Frankopolensis, summum dolorem suum coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore exponit, quod a Disunitis beneficio sit privatus, aliisque permultis damnis (f. 148) affectus. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

137.mo: Reverendus Domanski, Parochus Teplicensis, conqueritur contra quendam Cyrillum apostatam, qui nuper Catholicus erat, ac deinde deserta Unione Sanctae Romanae Catholicae Ecclesiae praedictum Parochum Catholicum ad apostasiam inclinari contendebat, hic tamen verus primorum suorum Catholicorum constantissimus imitator nulla ratione sivit se a Sancta Fide Catholica avelli. Die 7 Iulii 1773, in Brodeck.

138.vo: Reverendus Iosephus Nawrocki, Parochus Stefanovicensis, magno cum dolore profitetur se metu amittendi beneficij ac aliorum Sanctam Unionem deseruisse; penitente tamen vehementer se hujus improbitatis profert, ac promittit ad vitae tempora ejurato schysmate in Fide Catholica et obedientia Ill.mo praedicto Pastori suo debita perseveraturum. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773 anno.

139.no: Demetrius Grysiewicz, Parochus Buszynensis, conqueritur contra quendam Ioachimum Bilinski, Decanum Niemiroviensem, qui recepta ad se ab ecclesia clavi, omnes proventus Parochiales ad suos convertit usus, nec minimam particellam eidem legitimo Parocco concedendo; itaque sine modo vivendi existens praenominatus Parochus humillime supplicat Ill.mo Metropoliae Coadjutori. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773. (f. 149)

140.mo: Reverendus Basilius Szumielewicz, Parochus Paryoviensis, humiliiter enarrat ac confitetur se violento modo fuisse adactum ut a vera Fide Catholica Romana fiat apostata; non oblitus tamen se a parentibus catholicis progenitum, ab iisdemque in Fide Catholica optime educatum, dolet vehementer, in Unioneque Sanctae Romanae Ecclesiae ad ultimum suspirium permanere cupit. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773 anno.

141.mo: Reverendus Gregorius Lubinski, Parochus Miastkoviensis et Hucaloviensis, fatetur ingenui fuse injurias sibi a Disunitis illatas enumerando, quod cum ullo modo nequeat illis resistere, tandem paruerit illorum jussui ac voluntati finxitque se apostatae induere nomen, ast nunc coram Deo et Universo protestatur se Fidei Sanctae Catholicae pro semper immutabiliter retinenda flagrare cupiditate. Datum in Miastkowce.

142.do: Reverendus Gregorius Kociubinski, Parochis Woronovicensis, coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore sincere profitetur se permultis vio-

lentiis a Disunitis compulsum esse ut exoticae iurisdictioni sese subjiciat, cuius criminis penitere se ait et redire ad Unionem Sanctam appromittit, in eaque constanter perseverare. Datum in Pietniczany, die 27 Maii 1773.

143.tio: Communitas Deszkoviensis protestatur se desiderare vivere et mori in Unione Fidei Sanctae Catholicae (f. 149) et sub regimine Summi Pontificis Romani existere, nec non unito Pastori obedire, Disunitos vero uti hucusque ignotos habuit, ita in posterum nosse renuit. Datum in Pietniczany, die 29 Maii 1773 anno.

144.to: Communitas Talalajoviensis simili modo ac forma solenniter protestatur. Die 27 Iunii 1773 anno, in Villa Talalojawka nuncupata.

145.to: Communitas Bundarczanensis protestatur coram Deo et Universo se hucusque firmam, illaesam, nullisque violentiis fractam in Fide Catholica constantiam retinuisse, retenturamque in posterum appromittit, subjiciendo se regimini Summi Pontificis Romani, ac obedientiae uniti Pastoris cum Sancta Catholica Ecclesia. Datum in Villa Bunday dicta, die 22 Iunii 1773 anno.

146.to: Communitas Villae Dziurzynce nominatae simili modo ac forma protestatur. Die 23 Iunii in Dziurzynce, 1773 anno.

147.mo: Communitas totius tractus Daszoviensis civesque omnes voce maxima unanimique consensu proclamant ac protestantur se et a primoribus in Unione Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae et sub regimine Summi Romani Pontificis ad id usque temporis constanter extitisse et in posterum extituros fore immutabiliter.

148.vo: Cives Oppidi Kalnik nuncupati et totius tractus Calnicensis, incolae in bonis haereditariis Ill.mi D.ni Plater, Castellani Trocensis, habitantes, solenniter coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore protestati sunt, se et ab avis pro-avisque constantissime in Fide Sancta Catholica et sub regimine Summi Pontificis Romani sine ulla apostasiae nota extitisse, et ad vitae suaे tempora non obstantibus ullis persecutionibus extitutros. Datum die 15 Iunii 1773 anno.

149.no: Nobiles et Milites ad Aulam Ill.mi Domini Plater, Castellani Trocensis, in bonis ejusdem sortes quasdam possidentes coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore palam aperteque proferunt, se, etsi a Disunitis ad derelinquendam Catholicam Fidem cogerentur multisque violentiis afficerentur, nullo tamen horrore adactos fuisse ad apostasiam amplectendam, imo immutabiliter in Unione Sanctae Romanae Ecclesiae et sub regimine Summi Pontificis Romani perseverasse et in posterum perseveraturos fore affirmant. Die 21 Iunii 1773 anno.

150.mo: Communitas Chrzanoviensis coram Deo et Universo protestatur se nunquam, etsi plurimis violentiis ab extera potentia adigeretur,

ut veram Religionem deserat, apostatis consensisse, imo tanquam a pestifera lue ab illis semper abhorruisse. Datum die 22 Iunii 1773.

151.mo: Decani et Parochi ex carcere, in quo multo tempore detinebantur, atque fame, nec non omnis generis molestiis opprimebantur, non sine uberrimis lacrymis maximas injurias fuse enarrant, quos omnes pati cogebantur hac de causa, quia et ipsi tanquam invictissimi haeroes in Fide Catholica perstiterunt, et alios jam jam titubantes ac iniquissimae apostasiae incessanti vento agitati labi non permiserunt.

152.do: Communitas Parchomoviensis protestatur coram Ill.mo Metropoliae Coadjutore, quod quamvis a Disunitis minis, atrocibus violentiis, aliisque injuriis compelleretur recedere a Fide Catholica et Unione Sanctae Romanae Ecclesiae, his omnibus non obstantibus, antecessorum suorum constantium in Fide Catholica vestigia sequi vehementer desideret. Datum in Kalnik, die 23 Iunii 1773 anno.

153.tio: Communitas Chrzanoviensis, simili modo et forma coram eodem Ill.mo Metropoliae Coadjutore protestatur, pollicendo ipsi tanquam Pastori suo obedientiam debitam, atque in Fide Catholica perseverantium incolumen. Datum in Chrzanowce, die 22 Iunii 1773 anno.

154.to: Communitas Paryjowiensis refert Ill.mo Metropoliae (f. 151) Coadjutori intaminatam in Fide Catholica constantiam, nullis persecutionibus Disunitorum porterritam, eandemque ad vitae tempora conservare similiter promittens, in majorem fidem nominis et cognominis singulorum de medio sui inscriptione confirmat. Datum in Paryjowce, die 24 Iunii 1773 anno.

75.

Ex Ucraina, V-VIII. 1773.

Relatio de itinere in Ucrainam deque sua visitatione canonica, variis documentis in extenso fulta, inde a diebus ultimis Maii usque ad primam decadem mensis Julii 1773.

ASF, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 32, fol. 98-117.

In Nomine Domini Amen.

Nos Leo Ludovicus in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Archiepiscopatus Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae cum Archimandria Kijevo-Pieczarensi Coadjutor et ad praesens a Sancta Sede Apostolica Metropolitanae Dioecesis in Regno Poloniae per Palatinatus Kijoviensem et Bracławiensem extensae deputatus Visitator.

Universis et singulis quorum interest, vel interesse poterit ad notitiam

indubitatum deducimus. Quomodo licet durante Administratione dictae Metropoliae Kijoviensis Dioecesis a p. m. Clemente XIII, Pontifice Maximo, die vigesima octava Augusti millesimo septingentesimo sexagesimo octavo,⁸⁷ Nobis benigne concredita, Fidem Catholicam, et Unionem cum S. Romana Ecclesia in hoc calamitoso, ac perturbato Regni Poloniae statu, multis abnoxiam periculis, a quavis jactura pro viribus Nostris defendere, tam in Clero, quam in populo manutenere curavimus, et Deo juvante per annum ac menses circiter tres, ab actu susceptae, et pacifica exercitiae satis feli- citer manutenuimus, postquam autem Ill.mus et Excell.mus Dominus Philippus Wolodkowicz, modernus Metropolitanus, Coadjutus Noster in Persona propria ad Residentiam Matropolitarum in hac Dioecesi Rado- mysliam supervenit, resistendo dispositionibus ac mandatis S. Sedis, non expectata legitima sui in regimine tam (f. 98 v) spiritualium quam tem- poralium reintegratione, Officiales Nostros administratoriales, viros pru- dentes, exemplares, in hac Vinea Christi nobiscum laborantes, nonnullos captivavit et carceravit, nonnullos ab Officiis et beneficiis amovit, alias Censuris ecclesiasticis innodavit, et ex Dioecesi exesse coegit, suos autem, videlicet in Kijoviensem Gregorium Mokrycki, virum violentum, in Bra- claviensem Basilium Zablocki, Decanum Vinnensem, minus huic muneri aptum, Officiales constituit, talique intrusione sui, et violentis in jurisdic- tione progressibus maximam in Clero, et populo perturbationem, et scan- dalum causavit. Nos fere quotidie majorem exinde ruinam S. Unionis dolentissime spectantes, dum videmus in hoc turbido non Unidos, imo veros apostatas ex parte Episcopi Perejaslaviensis exotici in hac Dioecesi, pridem cum intelligentia etiam nonnullorum Latini Ritus Catholicorum Commissariorum ac Gubernatorum Bonorum Dominationi Moschoviticae confinium jurisdictionem suam extendere nitentis cum praesidio Militis Moschovitici subordinatos Prawytele nuncupatos, Presbyteros Unidos Catholicos depraedari ac alios, de beneficio expellere, alios raptos ad car- ceres tradere, alios variis persecutionibus et comminationibus ad subscrip- tiones super recessum a jurata Sanctae Sedi et Pastori suo proprio Ill.mo Metropolitano obedientia compellere. Unde zelo, quo pro tuenda Sancta Unione semper movemur, tam pro obligatione Coadjutoralis muneris, quam speciali ad hoc S. Sedis dispositione muniti existentes, determina- vimus Nos via Visitationis ejusdem Dioecesis oves Christi deperditas quaerere, aberrantes in viam rectam reducere, titubantes in Fide Sancta

⁸⁷ Cfr. de hisce dispositionibus, quae habentur in *Litteris S.C. de Prop. Fide*, vol. V, Romae 1957, pag. 135-136, nnr. 2251, 2254, in defectu documentorum expresso- rum, quae sunt adhuc publicanda.

Catholica consolidare, afflictos consolare et invalescenti in dies malo omni possibili modo obicem ponere.

Hinc ante omnia Literas Nostras Edictales ad Decanatus in Palatinatu Braclaviensi visitandos praemissimus tenoris sequentis:

Leo Ludovicus in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Leopliensis, Haliciensis et Camenecensis, Archiepiscopatus Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae cum Archimandria Kijovo-Pieczarensi Coadjutor, Abbas Commendatarius Mielecensis, Eques Ordinis S. Stanislai. Adm. Reverendis Decanis, Reverendis Parochis, ecclesiarum vacantium Administratoribus, et quibusvis (f. 99) Presbyteris tam Saecularibus, quam Regularibus Curam animarum gerentibus, atque universo Clero et Populo in Decanatibus Palatinatus Braclaviensis existentibus Gratiam et Pacem Dei Patris Nostri, et Domini Iesu Christi. — Verbis, quibus Doctor Gentium S. Paulus quondam ad Romanos: Dilectissimi in Spiritu Sancto Fratres, utimur ad Vos: — Testis mihi est Deus cui servio in Spiritu meo in Evanglio Filii Ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio, semper in orationibus meis obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiae spiritualis ad confirmandos vos. Id est simul consolari in vobis per eam, quae invicem est, fidem Vestram et meam; nolo autem vos ignorare fratres, quia saepe proposui venire ad vos, et prohibiti sumus adhuc: — pridem desideravimus vos, dilectissimi, visitare, verum congeries negotiorum, variaeque permultae circumstantiae effectuandorum propositorum Nostrorum pro obice nobis fuerant. Nunc autem cum per Dei Gratiam ad exequendum ejusmodi salutare ac pernecessarium munus aliquantum videatur esse facilitas, constituimus vestrum et Ecclesiarum Vestrarum Parochialium Visitationem perficere, vos in vocatione Vestra et obedientia nobis jurata firmare et consolidare, cujus visitationis in Palatinatu Braclaviensi a die vigesima tertia Maii Veteris styli, anno currenti millesimo septingentesimo septuagesimo tertio opipido Winnica initium determinandum esse duximus, uti quidem praesentibus Literis Nostris Innotescentialibus in Dei Nomine determinamus et ulteriore exinde Visitationem continuandam declaramus. Quocirca Vobis suprascriptis universis et singulis tam personali, quam reali visitationi subjectis in virtute S. Obedientiae mandamus, et monemus quatentus ad suscipiendam Visitationem Nostram parati existatis, Jura quaecumque Vobis, Ecclesiis Vestris, et locis piis servientia, ad exhibendum Nobis in promptu habeatis, insuper sicubi aliquae devietates Legi Divinae et Ecclesiasticae contrariae observantur, easdem Nobis, non animo calumniandi aliquem, sed desiderio corrigendi verbo, vel scripto deferatis, ut adjuvante Domino, juxta praescriptum

SS. Canonum in Spiritu modestiae malum avertere, reprehendere ac punire, ad bonum autem media praescribere, eoque diligenter exequenda commendare possimus.

(f. 99 v) Pro celeriori autem, et majori praemissorum notitia, has Innotescentiales Literas Nostras Adm. Reverendi Decani solita Cursoria ad Reverendos Parochos transmittere tenebuntur. In quorum fidem etc. — Datum Cameneci ad Cathedram Nostram tituli Sanctissimae Trinitatis, die decima mensis Maii, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo tertio. — Leo Episcopus — Locus sigilli — Daniel Werchratski, Actorum Curiae suae Ill.mae Excellentiae Notarius.

Antequam vero ad praefixum inchoandae Visitationi locum, scilicet Oppidum Winnica, Palatinatus Braclawiensis Capitale, pro termino ex iisdem Edictalibus cadenti perveniremus, per quascumque transiveramus Villas, ubique locorum populum fidelem, cum suis Parochis, circa campanarum pulsum, Nobis obviantem ad perseverantiam in Fide Catholica, et obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae, sermonibus per nosmet ipsos habitis, exhortavimus, et benedictionem ipsis impertiebamur. Die tandem vigesima prima Maii, V. S., ad Oppidum Brahilow, Decanatus Brahiliensis principale, pervenimus, ubi pro exigentia valetudinis Nostrae ob incommoda itineris periclitantis, ac etiam pro stabilimento obedientiae in quatuor locis illius Parochis per Decanum suum Reverendum Stephanum Starozynski, ut coram nobis non comparent, fomentatis, biduo permansimus, ubi in ecclesia S. Demetrii Martyris audita Missa habito ad eos eorumque Parochianos, ibidem congregatos, sermone de perseverantia in Fide Catholica, obedientia S. Sedi, et Pastori suo admonuimus, Protestationemque eorum in hac firmiter servanda verbo factam recepimus, et exinde ulteriorem nostrum progressum continuavimus.

Pro termino itaque per Literas Nostras Edictales praefixo, die scilicet vigesima tertia Maii, V. S., ad Oppidum Winnica Nobis approximantibus, Communitas illius Processionaliter obviam cum salutationibus exivit, quibus benedictione Pastorali impertita, in Villa Pietniczany, eidem Oppido Winnica fere contigua, pro majori commoditate Residentiae Nos cum Curia Nostra collocavimus, et in adventu nostro ex variis Decanatibus Palatinatus Braclawiensis congregatos Parochos, videlicet: Reverendos Basilium Zablocki, Officialem Metropolitanum Braclawensem, Decanum Winnicensem, Parochum Ianoviensem (f. 100), et ex eodem Decanatu Winnicensi: Theodorum Iaszczurzynski Zbarazensem, Demetrium Kuczynski Przylucensem, Theodorum Wroblewski pariter Przylucensem, Stephanum Sawarowski Lesikoviensem, Gregorium Kraszowski Komaroviensem, Antonium Lewicki Daszkovecensem, Petrum Losinski Winnicensem, Danielem Krubowicz de Stare Miasto Winnica, Stephanum Zygel-

lewicz Ecclesiae SS. Cosmae et Damiani Woronicensem; Stephanum Rudanski Kalinovecensem, Petrum Rudawski Villae Sloboda Strzyzawska; Stephanum Ianowski Parfurovecensem, Iacobum Zawadynski Bielanensem, Simonem Ianowicki Czeszynensem, Theodorum Kulikowski Warszycensem, Thomam Markiewicz Lisieiovicensem, Iacobum Wolski Ecclesiae Protectionis B. V. M. Oppidi Winnica, Procopium Iachimowicz Michalovecensem, Michaelem Szewazucki Pawlowecensem, Martinianum Orlowski Salnicensem, Petrum Marszczycki Siwankoviensem, Ioannem Romanowicz Miedziakoviensem, Ioannem Zablocki Hanczynensem, Ioannem Lewicki Chisynensem, Basilium Litynski Pietniczanensem, Parochos et Gabrielem Drozowski Monasterii Monaliaum S. Basilii Winnicensis Capellatum.

Antonium Ustowski, Decanum et Parochum Niemiroviensem, et ex eodem Decantu Ioannem Babacki Worobiioviensem, Gabrielem Kociubinski Woronowicensem, Basilium Szumielewicz Perioviensem, Iosephum Nawrocki Stepanovecensem, Petrum Lewicki Zarudecensem, Cornelium Bolejko Soroczynensem.

Theodorum Nowohrebelksi Czeczelnicensem et Komargrodensem Decanum, Parochum Sutiscensem; tum Romanum Lukaszewicz Sawinecensem, ex Czeczelnicensi autem Maxymum Lukaszewicz Obzylanensem. Ex Bracaviensi Decanatu: Basilium Howinski Tulczynensem, Stephanum Dubicki Cholodoviensem, Calistratum Dubicki Kiwijoviensem. Ex Krasnianensi: Constantimum Szubowicz Pieczarem, Ioannem Czemana Szpikoviensem, Alexium Iurkiewicz Sledzianensem, Basilium Iurkiewicz Wlyzanensem, Nasarium Kaczorowski Psiarowiecensem, Nicetam Rudecki Onypkoviensem, Damianum Sidyczynski Graboviecensem, Basilium Kolabinski Kobylecensem, Petrum Tyrawski Szczuczynecensem, Ioannem Kulczynski Terkoviensem. Ex Decanatu Iampoliensi: Iosephum Kozaczynski, Rachnow (f. 100v) Lasowych. Ex Kalnicensi: Ioannem Szydlowski Linecensem. Ex Brahiloviensi: Basilium Starozynski Mohilovecensem, Demetrium Kapitanowicz Lelacensem. Ex Kiemanensi: Michaelem Szydlowski Krzyvicensem, Gregorium Grabowski Szarynenensem, Danielem Tychowski Roznoszynecensem. Ex Palatinatu Kijoviensi, Decanatu Pohrebyscensi: Romanum Semerzynski. Ex Bohuslaviensi: Paulum Piotrowski Slubiney Grobli, Decanos et Parochos ibidem cum numeroso populo Nos consalutantes reperimus. Tandem sequentibus diebus comparuerunt coram nobis Oppidani et Parochiani trium ecclesiarum Winnicensium, comparochialium, cum suis legitimis Parochis Unitis Catholicis querulantes, quod per quendam nuncupatum Eliam Holoskiewicz, recentissimum ob obedientia S. ae Romanae Ecclesiae apostamatam, asserentem se esse ab Episcopo Periaslaviensi constitutum Protopresbyterum Winnensem, omnes tres

eorum ecclesiae, amotis ab iis per adhibitam Moschovitici Militis vim propriis Unitis Parochis, occupatae, clausae, et cuidam Valachico, prout jactabat, Sacerdoti in Regimen commissae sunt ac in signum subjectionis eorum jurisdictioni exoticae Pereiaslaviensi, in altaribus uniuscujusque earum expositae tabellae cum inscriptione sequenti, videlicet — apprecatio—:

Piissimae Augustissimae Magnae Dominae Catharinae Alexiownae et successoris sui Pii Domini Imperatoridis et Ducis Pauli Petrowicz, Sanctissimae Gubernantis Synodi, et Domini Nostri Episcopi Perejaslavensis et Borispoliensis et Christo dilecti exercitus et omnium orthodoxorum christianorum Domine miserere, ter. Domine conserva in multa saecula. — Dimissio — Confirma Deus Piissimam et Augustissimam magnam Dominam Imperatricem Catharinam Alexiewna et Sanctam Fidem Orthodoxorum Christianorum in saecula saeculorum. — Unde a sex circiter septimanis Sacramentorum, et Sacramentalium participatione, Missarum et aliarum devotionum auditione privati, supplicarunt, sibi in praemissis de aliquo remedio provideri, quibus benigne auditis, consilium dedimus, ut claves a dicto Sacerdote Valachico non unito recipient, uti proprias dictas ecclesias aperiant, Parochos suos legitimos respective ad unamquamque reintroducant, tabellas dejiciant, et hoc sine cunctatione, et aliqua violentia. Die vigesima quinta Maii, V. S., ipsimet Parochiani ecclesiarum suarum Provisores juxta consilium effectuarunt, illeque non unitus Valachicus (f. 101) Sacerdos extunc de Winnica, nocturno tempore migravit. Nos tandem die Dominica, scilicet vigesima sexta Maii, V. S., ad ecclesiam SS. Cosmae et Damiani principalorem Civitatensem, numero Clero et populo processionaliter Nobis obviante, et assistente, circa campanarum in omnibus utriusque Ritus ecclesiis Winnicensibus pulsum, in Dei nomine venimus factaque aspersione tam populi, quam ecclesiae aqua benedicta, Missae in ea per Capellanum nostrum lectae adfuimus; qua finita, assumptis mitra, Omophorio et baculo Pastorali, sedentes in Phaldistorio sermonem ad populum exhortando ad patientiam in persecuzione, perseverantiam in Fide S. Catholica et obedientia S. Sedi Summoque Pontifici, cui tunquam membra capiti sunt uniti, habuimus; deinde Reverendo Ioanni Lubinski, Officiali Nostro Bracławiensi, ad hoc alias parato, ulteriorem exhortationem commissimus, qua finita, tandem per unum e Societate Iesu, Collegii Winnicensis Presbyterum, in eadem ecclesia concionem de Sanctissima Trinitate, cuius tunc festivitas incidit, solenniter habitam audivimus, et demum post cantatum hymnum ambrosianum « Te Deum laudamus » et impartitam Pastoralem benedictionem, Populum dimisimus.

Rursus deinde ad Pietniczany redivimus, ibidemque usque ad tertiam

Junii, V. S., moram traximus, a variis Presbyteris praefatorum Decanatum nonnullis ab apostatis ecclesiis, et omnibus bonis spoliatis, de dominibus propriis Plebanalibus expulsis, nonnullis de similibus violentiis, de praedatione maxima illis inferendis, ab iisdem apostatis admonitis, aliis ad subscriptionem in apostasiam comminationibus adactis, tam etiam a variis communitatibus incolarum Oppidanorum, et villanorum identidem recurrentibus, desideria in scriptis et duplicato exemplo, numero centum undecem, nobis oblata legimus, examinavimus, et unicuique juxta exigentiam postulatorum resolutiones subscrisimus, afflictos beneficiis ac bonis spoliatos spe celeris regressus ad propria et rehabilitatione amissorum consolando, vacillantes in obedientia S. Sedis consolidando, suspectis in S. Unione Confessionem Fidei Catholicae coram praefato Reverendo Lubinski, Officiali nostro, emittere, et juramentum de obedientia S. Sedi praestanda iterare mandando; cunctarum protestationum in scriptis nobis in (f. 101) eum sensum porrectarum, pro exemplo hic binae ex Polonico in Latinum idioma traductae ponuntur, unique ex parte Parochianorum et Parochi simul, est sensus hujusmodi: Illustrissime Archipastor, Domine Clementissime. Nos Communitas Parochianorum Ecclesiae in Villa Zarudynce, Bonorum Magnifici Kordysz, Pincernae Bracławiensis, accepta cum gudio nostri notitia de felici in has oras Illustrissimae Excellentiae Vestrae, simul cum R. Petro Lewicki, Parocho nostro nanciscimur fortunam, profundissima cum veneratione proprium Nostrum Pastorem salutare, uti quidem nomine totius Nostrae Communitatis Zarudycensis, a qua sumus ablegati nec non nomine uxorum et liberorum nostrorum salutamus, insimul protestamur coram Deo, et Vestra Excellentia Pastorali, quod sicut a prima erectione et exaedificatione ecclesiae Nostrae Zorudynecensis ante annos viginti sex factae nunquam scivimus de aliqua exotica jurisdictione spirituali, ita eandem ad praesens scire, aut eidem obedire nolumus, quinimo uti semper fuimus obedientes Illustrissimis Pastoribus nostris in Unione Sancta Catholica existentibus, ita eandem fidelitatem, et obedientiam Illustrissimae Dominationi Vestrae spondemus, cupientes simul cum Reverendo Parocho Nostro, nec non tota Communitate, cum uxoribus ac liberis nostris, in eadem Sancta Unione permanere, et ab adversa exotica potestate Pastoralem Protectionem habere. Ad extreum conquerimur coram Illustrissima Excellentia Vestra contra V. Ioachimum Bilinski, Protopoponem Exoticum, quod ipse superinequitando Plebaniam nostram Zarudynecensem cum duodecim Cosacis Moschoviticis equitantibus, mandavit viros nonnullos de Communitate Nostra per vim ad se ducere, ab iisdem praetextu alicujus Visitationis emunxit florenos quinque, binas quartas liquoris cremati, avenae coretes duos, a Parocho autem nostro septem quartas mensuras ejusdem liquoris cremati, per diem et

noctem duodecim equorum sustentationem, et hoc modo ac comminatione carcerationis coegerit ad aliquam subscriptionem, et omnia ab ipso Documenta extorsit, at accepit. Unde, pro, et cum eodem Parocho nostro imploramus clementiam, et ab ulteriori ejus nostrique persecutione Protectionem, uti fideles oves, scabella pedum et continui exoratores. — Petrus Lewicki, Parochus in Zarydynce (m. pr.). — Nos, uti ingorantes scribere, nomine totius Communitatis ponimus hic signum Sanctae (f. 102) Crucis. — Simeon Darmopuk Confrater †; Philippus Czorny Confrater †.

Rescriptum nostrum ad hoc Memoriale est ejusmodi. — Salutationem et Protestationem Communitatis Parochianorum Zarudecensium, cum solatio cordis nostri suscepimus, laudantes eos propter adimplementum hujus debitae recognitionis, quam servarunt Pastori suo, admonendo insimul ut sicut protestantur, sint constantes in obedientia S. Sedis, et Unione cum Sancta Romana Ecclesia. Iam autem Reverendus Lewicki, Parochus eorum, siquidem propter temporanea consensit in hoc, quod aeternae saluti opponitur, dum signum ad apostatandum per subscriptionem factam dicto invasori dedit, propterea tenebitur coram Reverendo Ioanne Lubinski, Officiali Nostro, Fidei Catholicae Professionem emittere, ab eoque absolutionem obtainere, qua obtenta modo primum licite Sacra-menta administrare poterit. Datum in Pietnyczany, die trigesima Maii, millesimo septingentesimo septuagesimo tertio. —

Altera ex parte solius Parochi, cuius tenor: — Illustrissime et Reverendissime Domine Archipastor Clementissime. Ego Basilius Litynski, Parochus ecclesiae in Pietniczany, Collationis Magnifici Domini Martini Grocholski, Vexilliferi Bracaviensis, saeculis memorandum honorem Ecclesiae meae ex eo, quod Illustrissima Excellentia Vestra in Persona sua Pastorali visitare dignata sit, et condecorare eam, recognoscendo, profundissima cum adoratione persolvo gratias, protestando quam solennissime coram Deo, et Vestra Excellentia, quod sicut adusque, auxiliante Divina Gratia, extiti in Unione Sanctae Fidei Catholicae, et jurata obedientia proprio Pastori, ita in eadem Sancta Unione et Obedientia desidero vivere et mori. Interea cum fletu querulor contra Venerabilem Holoskiewicz, Apostatam, praetensem Protopresbyterum Winnicensem, acsi ab exotica iurisdictione constitutum, qui invasit Domum meam Plebanalem cum assistentia militis Moschovitici, et mandavit sibi exhibere Literas Ordinationis, ac Institutionis, quia vero non potuit a me subscriptionem ad apostatandum extorquere, eadem documenta a me accepit. Unde supplico Excellentiae Vestrae, ut ab ulteriori persecutione, et coactione dignetur me protegere, ne propter talem amissionem dictorum Literarum (f. 102 v) aliqua de me suspicio in fide sancta suboriatur, qui sum verus Unitus

Catholicus, et Illustrissimae Excellentiae Vestrae indignus exorator. —
R. Basilius Litynski, Parochus in Pietniczany, m. pr. —

Nostra autem resolutio ad idem Memoriale obloloquentia est hujusmodi: Reverendo Litynski, Parocho Pietnyczanensi, quod sit constans in S. Unione cum Ecclesia Romana, multum laudabilem protestationem cum gudio Nostro Pastorali suscipientes, in Domino eidem commendamus, ut sicut in his circumstantiis, ita ad ultimum vitae suaे terminum perduret immobilis, a nullo apostata sinat se abduci in sensum reprobum, sed semper jurisdictioni Catholicae obedientiam, ad quam est obstrictus juramento firmiter servet. Quod autem ei sint erepta consecrationis et Institutionis Documenta, hoc eum minime affligere debeat, cum de ejus legitima possessione beneficii Pietniczanensis nulla oritur quaestio, et quo casu his indigeret, ex Actis Metropolitanis Radomysliensibus extracta facile habere poterit. Datum in Pietnyczany, die secunda junii, anno millesimo septingentesimo septuagesimo tertio.

Omnes ex Clero et Populo, ad se variis locis continuo accedentes audivimus, recursus etiam multorum Possessorum et Dispositorum Bonorum in negotiis Spiritualibus Nobis partim in Personis propriis, partim per Epistolas expositis habuimus, uti pro exemplo inseruntur binae. Prima a Magnifico Swidzinski, Capitaneo Letnoviecensi, tenoris sequentis: Illustrissime Domine, Gloriosus Illustrissimae Dominationis Vestrae in tuenda Religione zelus movit me ad faciendam Dignitati ejus Pastorali debitam recognitionem, saltem per epistolam, cum distantia loci exhibere eam in persona non permittat. Hinc circa omnimodam submissionem recommendo Gratiae et Protectioni Illustrissimae Dominationis Vestrae Reverendum Bereznicki, exemplarem in Unione cum Sancta Romana Ecclesia, in tempore cum plures ab hac desciverunt, permanentem, ut pro incitamento aliorum ad similem constantiam manuteneatur circa principaliorem Parochiam Capitaneatus mei Letniovecensis, ex Gratia Illustrissimae Dominationis Vestrae, isti autem Parochi, qui publice propter apostasiam et perjurium convicti sunt, ut amoveantur in perpetuum supplico. Utique non est difficultas in locum amovendorum habendi subjecta constantiora in fide, ea enim obtenta in praemissis benevolentia Illustrissimae Dominationis Vestrae, omnem facilitatem ex parte mea conabor exhibere propter constanter perseverantes sub jurisdictione ejus Pastorali, quod solenniter praecaveretur per presentationes. Expecto gratiosam resolutionem et debito maneo (f. 103) respectu Illustrissimae etc. Swidzinski, C. L. — Die octava Iunii, novi styli, millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, in Kiszele. —

Alterius a Magnifico Oraczewski, Pincerna Zytomiriensi, die undecima ejusdem Iunii, pariter juxta novum stylum, de Kalnik scriptae, ex

Polonico in Latinum traductae, obloquentia ejusmodi: Recognoscendo Illustrissimae Dominationis Vestrae magnum zelum in promovenda Fide Catholica, ac etiam amicitiam cum Illustri et Magnifico Castellano Trocensi, Haerede Daszkoviensi, et Kalnicensi, ob ejusmodi motiva circa profundissimam Pastoris adorationem nomine ejusdem Domini sollicite ejus desideria respectu moderni regiminis Spiritualium Ritus Graeci expono. Non multi in his duobus Districtibus Bonorum reperientur Parochi, qui a Perejaslaw fomentati sunt ad apostasiam, dum plures, qui constantes hactenus in unione S. Catholica persistunt, verum et isti multum sunt consternati, et quasi vacillantes in tam sancto proposito, vel maxime hi, qui coacti ad subscribendum se in mutationem adusque neque frigidi, neque calidi, non sunt adhuc in ullam partem aperte determinati. Authoritas Illustrissimae ac Rev.mae Dominationis Vestrae Pastorale, cum magnis conjuncta dotibus, creditu suo in Aula nostra, et extraneis, non dubito, quin his criticis circumstantiis curabit aberrantes dirigere in viam rectam, vacillantes consolidare, et Nobis consilium dare ad ulteriores progressus. Non multae hic sunt ecclesiae, et erectiones antiquae, ante annum normalem 1717, omnes fere longe posterius erectae, nonnullae ante decem annos, vel aliquot decem; ad has igitur non uniti se interessare non deberent, multi sunt Parochorum et eorum Parochiales homines constantes virtute perseverantiae in Ritu Graeco Unito, quibus igitur modis confirmandi sint? Insuper qui aperte recesserunt a S. Unione an circa fundos, et apisteria ecclesiastica manuteneri, vel ab usu eorum arceri debeant? Haec omnia desideria et sollicita petita una mecum ad Plantas Pastorales depono. Dominus autem Revisor horum bonorum sufficientius informabit de statu istorum Parochorum, ac Parochianorum, ego interea maneo Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae etc. I. Oraczewski P. Z. —

Quas epistolas, et expositiones scriptis ac verbalibus responsis, consiliis, et instructionibus unicuique datis, omnes satisfactos, Deo auxiliante, fieri curavimus: ut nihil intactum ac indispostum remaneret. Item tum a Presbyteris nonnullis, documenta in numero viginti quatuor, moschovitico idiomate et charactere scripta, aliqua in originalibus, aliqua in copiis, partim ab Episcopo (f. 103 v) Perejaslaviensi, partim a Prawitelis noncupatis, seu a Protopresbyteris ex Unitis factis, ad Clerum, partim etiam a Commandantibus Moschoviticis militaribus emanata, varias dispositiones, et mandata in se continentia, porrecta sunt, quae de aliqua suprema dispositione non solum ad protegendos non unitos praetensos, verius tamen apostatas in Palatinatibus Bracławiensi et Kijoviensi, sed etiam ad eripendas Unitis ecclesias, plene informare videntur, ex quibus Documentis

tria in Latinum idioma traducta, hic inserere mandavimus, prout sunt tenoris sequentes:

Dei Gratia humilis et Orthodoxus Episcopus Perejaslaviensis et Borispoliensis⁸⁸. — Universis praesentes lecturis ac audituris spiritualis extranei orthodoxi Moszenensis, antiquitus ad Episcopatum Nostrum Perejaslavensem spectantis, Dispartimenti. — Venerabilibus Protopresbyteris cum omnibus Ecclesiasticis ministris, Populo orthodoxae Orientalis Graecorossiace non Unitae Ecclesiae Filiis benedictionem Divinam! Omnia bona temporalia, et aeterna optantes authoritative notificamus, quod ex habitis in Consistorio nostro Actis perfecte sciamus, quod vos ex Praedecessoribus Vestris Fidei Orthodoxae orientalis Graeco-Rossicae non unitae Religionis, in omnibus spiritualibus Ritibus spectetis ad Episcopatum Nostrum Perejaslavensem, et pro semper in post unius nobiscum confessionis esse cupiatis, in Cura nostra indeclinabiliter, et omnes a Nobis, Pastore suo, ad ecclesiasticas dispositiones, ac etiam confirmationem in Sancta Orthodoxa orientali Graeco-Rossiaca Fide, mandata et instructiones habere, prout et ab Antecedaneis Nostris habuistis, sed multas et incessantes patimini a Romanis, et Unitis Potestatibus oppressiones, et persecutio-nes in bonis, et salute; indolemus quod acsi non meremini habere in hoc a sua ejusdem Religionis Potestate protectionem, Pastoraliter Vobis denuntiamus, Nos talibus Vestris sensibilitatibus multum compatimur, et condolemus; nec omittimus interea curam nostram, oramus Dominum Deum pro Vestra in Fide confirmatione, et magnanimitate, pro impetranda gratia protectionis, sollicitamus pro Vobis supremam potestatem Ejus Imperatorialis Majestatis, Clementissimae Dominae Nostrae et Vestrae, multum sollicitae de Vestra conservatione, Matris ac Protectricis, et exinde pro consolatione Nostri, et Vestri obtinuimus hujus 1772 anni, Ianuarii 15 die, Supremam Ejus Imperatorialis Majestatis, a S. Gubernante Synodo mandatum, quo jussum est Vobis existentibus in Polonia, Kijoviensi, et Bracławiensi Palatinatibus, Graecam Religionem profitentibus, ad Episcopatum Nostrum spectantibus, sicut Praesbyteros consecrare, ita et (f. 104) omnia onera spiritualia exequi, juxta antiquam consuetudinem, quomodo ab Antecedaneis Nostris procedebatur. Simul etiam Rescriptum Ejus Imperatoreae Majestatis directum Domino Supremo Generali Campiductori, et minoris Russiae Commandanti, Comiti Petro Alessandro Rumiancow, in quo expressum est: quod Ejus Imperatorea Majestas Clementissima annuit supplicationi nostrae pro impetranda protectione a variis injuriis,

⁸⁸ Agitur, forsitan, de quodam Hilarione vel de quodam Auxiliari Metropoliae Kiovensis, quia post obitum Gervasii Lincevskij regimen eparchiae varias habuit sortes.

quas vobis Romani, et Uniti quotidie augent, et satis constitit, unde indesinantis livoris persecutores Vestros opportune visum ei recommendare, ut ejus Excellentia Regiminis sui existentibus in Ditionibus Poloniae militaribus copiis, et respective viciniori minoris Rossiae Perejaslavensi Legioni faciat talem dispositionem, quatenus in casu injuriationis Vos ab Unitis, dent vobis protectionem, in quantum permitterent modernae circumstantiae. De his omnibus Vos unius Religionis Nobiscum, uti Pastor, certiores redimus, consolamus, ut constantes sitis in fide orthodoxa orientalis Graeco-Rossiacae Religionis. Non negligimus Divinam, et ulteriorem ejus Imperialialis Majestatis, Clementissimae Nostrae Dominae Matris Misericordiam implorare, ad protegendos vos, et omnes isthic unius eiusdemque professionis, pro supra potestate ad jurisdictionem Nostram spectantes, a contingentibus Vobis pro Fide, et Ecclesia Sancta molestiis. Monemus praeterea vos etc. Datum in Consistorio Nostro Ascensionis Christi Perejaslavensi, 1772 anno, Iunii prima die. — Locus sigilli —

Secundi tenor est hic: Mandatum spiritualis Orthodoxarum Ecclesiarum Protopresbyterii Komargrodensis Dispartimenti, Palatinatus Bracławiensis, Protopresbyteratus Iampolensis. Venerabilibus Vicariis, Sacerdotibus. Praesenti mandato Spirituale Dispartimentum Komargrodense, Vestras Reverentias obdestinando, vocat pro die 30 Maii ad Pagum Mar-kowka comparere indispensabiliter, uti Paternitates Vestrae, cupientes Orthodoxae Confessionis effectum recipere, ac etiam sectatores hujus Religionis sub Piissimae Magnae Dominae Catharinae Alexievna, Imperatricis totius Russiae protectionali mandato indubie potestis assumi, qui autem Vestrum prememorato termino non comparebit, ad eorum Parochias ordinabuntur orthodoxi acolythi. Praesens igitur mandatum cum reverentia ei debita, absque mora circulariter mittendum. In cuius fidem, circa sigillum et subscriptionem, de Villa Kornaszowka datum 1773, die 10.ma Maii. — Komargrodensis Orthodoxus Protopopa Basilius Bucen Naliwayko. —

Tertii demum sensus est qui sequitur: Mandatum Tenhinsensis duarum Rotharum commendae Corporali, Michaeli Czurylowic. — Ordinaris tu in virtute Supremae Com (f. 104 v) menda propter receptionem ab Orthodoxo Protopresbytero in Dioecesisbus istis ecclesiarum, in Oppido Czeczelnik tituli Protectionis B. V. M., in Villa Kiedraze, Lucae Romanowski, et Protopresbytero Simeoni Loporowski; in adventu tuo ad dictum Oppidum ac Villam vocare debebis Unidos Sacerdotes, sine aliqua molestia et violentia et sine malis progressibus recepere ab eis claves ecclesiarum et Regestra, et tradere Orthodoxo Presbytero, ac etiam Protopresbyteris in eorum regimen, et simul vocare ejusdem Oppidi Gubernatorem, Villae autem advocatum vel Dispositorem, qui est, et notificare eis prius ante

introductionem, quod sicut et ante fuit orthodoxa Religio, ita et ad consummationem saeculi indesinenter esse potest, sine convulsione constitutarum Legum; in hoc enim firma est voluntas ejus Imperatorialis Majestatis; si autem quis dictas dispositiones infringere vellet, vel resistantiam facere, aut homines ad resistendum inducere, in tali casu infallibiliter forti manu tales apprehendentur in sequestrum, pro factis responsuri. Hoc autem unius nobiscum confessionis in hoc Oppido ac Villa habitantibus convocatis denuntiare, si quis subaudire poterit aliquam resistantiam a quopiam, eo in puncto deferre debet loci Protopresbytero, et Sacerdoti; illi autem commendantibus deferre possunt, insimul adhuc admonere non intermittent, ut Poloni Uniti et Acatholici in hac Orthodoxa fide Plebem non moveant et eam nobiscum aequaliter credere non prohibeant; talibus pracciendum serio, quod in tali eos Religione vis protegere non negliget. In reliquo recommendo tibi ita sicut honesto et bono corporali explere debitum sine omissione. Receptis autem praefatis ecclesiis comitari Protopresbyterum Lucam Romanowski ad describendum acceptas ecclesias, et in Commenda tua quinque Unidos Presbyteros dare sub custodiam, ac statuere majori Commendae. Die nona Februarii 1773 anno. — Capitanus Daniel Molow.

In tractu ejusdem Residentiae Nostrae in Pietniczany, et expeditionis variorum negotiorum accidit, quod Decanus Brahiloviensis, Stephanus Storozyński non solum ipse renitens, sed et aliorum in Decanatu Brahiloviensi Parochorum, ut coram nobis non comparerent fomentator, a toties dicto Elia Holoskiewicz, apostata, coram Principe Szczerbatow, Generali Exercitus Moschovitici, acsi ratione contemptus Religionis sua, et violentiae certo acolytho nomine Gregorio Senkowski Uniti Presbyteri, Parochi Sidoviensis filio, pariter apostatae, in publica via illatae, accusatus fuit, qui Princeps Szczerbatow, licet in talibus casibus in virtute supremorum mandatorum via facti processerat, tamen habuit considerationem nostrae tunc ibidem p[ro]ae (f. 105) sentiae, cui Nos de adventu Nostro significavimus et pro remissione judicio Nostro et Personarum et praetensionum supra expressorum institimus Literis nostris die 24 Maii, V. S., de Pietniczany, scriptis tenoris sequentis:

In adventu Nostro ad hanc oram ad exaudiendum omnes praetensiones inter spirituales et sopiaendas easdem a transeunte ist-hac Officiali Commendae suaे illustritatis rescivi, quod R. Starozyński, Decanus Brahiloviensis est coram Illustritate Vestra accusatus a Protopresbytero Holoszkiewicz, ratione cujusdam facti injuriativi ejusdem et aliorum, quem memoratus Officialis ex mandato ejus sequestratus erat, in ordine ad justificationem in objectis. Quemadmodum enim meus hic adventus de scitu Illustrissimi Comitis Romansow, Supremi armorum Russiae Modera-

toris est fine unico pacificationis omnis perturbationis in Clero, ita humillime exoro Illustritatem Vestram, ut dignetur mandare accusatori coram me cum accusato comparere, noscendo pridem meum characterem, eidemque fidendo, me nihil amplius desiderare, quam unicuique justitiam ministrare, de quo dum certam esse cupio Illustritatem Vestram, in ulteriori itineris mei tractu non omittam ei condignam attentionem exhibere, meque suis favoribus commendare. Interea maneo, etc. —

Ad hanc Epistolam Responsoriae Principis Generalis Sczerbatow, die 6 Iunii juxta novum calendarium 1773, de Janow. Literae tenor est qui sequitur: Missus a me ad investigandum Brahiloviensem Decanum Officialis, data hodierna retulit mihi, quod dictus Decanus omnem suam culpam coram eodem confessus, voluit ereptas res, et pecuniam acolitho Senkowski restituere, rogans interim Officiale, ut ipsi ad cras inducias daret, utpote ista investigatio vertebatur de nocte; de mane vero dictus Officialis jam nec ipsum Decanum, nec ejus uxorem domi reperit; coactus propterea tollere tantum hoc quod superfuit proprium dicti Acolythi, nimirum Equum cum curru, reliquas autem res, et pecuniam non erat a quo repeteret. Considereret igitur Illustrissima et Reverendissima Dominatio, quales hic inconvenientes statui spirituali sunt actiones. Quem rogo ut demandet dictum Decanum inquirere, et coram judicio suo comparere, authoritate Sua pro tali ejus excessu punire, ereptas res, et pecuniam acolytho restituere mandare, me autem de his pro gratia sua certiores reddere. Sin meis desideriis Illustrissima Dominatio non annuet, ordinabo milites meos ubivis eum investigare, non desinendo quoisque non capietur, quamvis in abditissima loca se absconderet. Circa expressa cum debita observantia etc. — Andreas Princeps Szczerbatow. — Satisfaciendo (f. 105 v) tali Instantiae, Causam istam examinavimus, et disjudicavimus modo sequenti:

Millesimo septingentesimo septuagesimo terio, die prima Iunii, V. S., in Pietniczany. — Coram Nobis, qua Visitatore Apostolico, comparuit personaliter Honestus Gregorius Senkowski, Parochi Sidovecensis Uniti Filius, et Elias Holoskiewicz, Actores in termino ex Citatione verbali, contra Adm. Reverendum Starozynski, Decanum Brahiloviensem, Citatum proposuerunt in scriptis, sibi illatas esse injurias, petentes justitiam ministrare, et demandare, ut res quas idem intercepit restituat. Citatus autem se nihil quidquam, praeter currum cum equo accepisse, aut verba aliqua injuriosa protulisse negavit. Nos autem ex auditis prae-tensionibus eorum verbo, et scriptis propositis, siquidem res inter eos vertebatur praecipue super eo: quod Adm. Rev.dus Decanus Brahiloviensis in via publica, qua Winnicam pergebat, Gregorium Senkowski obvium sibi habendo, interrogabat, quo pergis, cui respondenti: se ire Winnicam,

acsi statim eidem diceret Decanus: Tu pergis ad maledictum Protopresbyterum Holozkiewicz, Antichristi Confessorem; interim currum cum equo, rebusque ejus tunc cum accepisset, etiam quatuor aureos Hungaricales cum strophio in eodem curru habitos; super quo dicto, et facto cum nullum testem ad perhibendum Testimonium partes habere potuerunt, mandavimus, ut Gregorius Senkowski suam praetensionem juramento comprobet, in eam rotam: — quod tunc habuit in curru quatuor aureos Hungaricales, eosque amisit. — Jam autem A. R. Starozynski, ut pariter per juramentum evadat, in eam rotam: — se non protulisse ista verba: « tu pergis ad maledictum Holozkiewicz, Antichristi Confessorem »; quibus iuramentis respectivis per utrumque in continent expletis, A R. Starozynski a paena, quam ob praemissa meretur, liberum pronuntiavimus. Quo vero ad praetensionem Gregorii Senkowski, respectu quatuor Hungaricalium aureorum, juramento comprobata, siquidem ei currum cum equo, aliquisque rebus propriis jam restituit quatenus etiam quatuor aureos, quorum amissionis causa fuit, instantanee ipsi exsolvat, injungamus, et insuper pro violentia in via publica eidem Gregorio illata, dictum A. R. Decanum ad Recollectiones spiritus in Conventu PP. Capucinorum Vinnicensium, per duas septimanas absolvendas, in paenam destinavimus. Post publicationem autem ejusdem Decreti praedicti Actores pro condonatione hujus penalitatis humillime supplicarunt, et juxta petita obtinuerint.

His omnibus taliter prout potuimus, et circumstantiae permittebant (f. 106) peractis, resolutis, et dispositis, cum eo in loco ulteriores recursus ad nos cessarent, praecipue ex eo quod Ill.mus ac Rev.mus Metropolitanus R. Basilium Zablocki, Officiale suum Bracławiensem pro eo, ex quo coram nobis cum suis desideriis compareret, per suam epistolam nobis per ipsum Officiale exhibitam, et jam in Sacra Nuntiatura per Procuratorem Nostrum praesentatam, graviter reprehendit, jure fragum eundem dicendo, quo auditio ab Officiali, alii Presbyteri, Parochi non amplius ad Nos veniebant. Unde die III Iunii, V. S., eodem anno, Rev.do Ioanni Lubinski, durante Administratione Nostro Officiali Bracławiensi dispositione reicta, quomodo afflictos et oppressos ab apostatis Parochos Unitos consolari, ac ad perseverantiam in Sancta Unione exigere debeat, ulterius cursum Visitationis per Oppidum Ianow, et Berdyczow fecimus, et quarta mensis ejusdem in Oppido Ianow a Parochianis Unitis, veris Catholicis, in ipso adventu desideria in scriptis nobis porrecta recepimus tenoris sequentis:

Illustrissime Archipastor Noster, Domine Clementissime. Nos Oppidani et Incolae Ianovienses, subditi vero Haereditarii Ill.morum Domini-norum Choloniewskie, Castellanidarum Buscensium, Parochiani autem ecclesiae Ianoviensis tituli S. Nicolai Thaumaturgi, cum resciverimus,

quod in his arduis circumstantiis nemini renuis benignam aurem, quinimo omnium desideriis satisfacis, uti Pastor suarum Ovium Clementissimus, ergo in adventu ad nos felici inclinamus capita ad Pedes Pastoriales, cum praecibus ac desideriis sequentibus: quomodo nos, prout memoria ferre potest, ab avis et parentibus nostris traditam habemus notitiam, in loco, ubi ad praesens Oppidum Ianow, post hostilitates et ruinas, quando in paucu numero homines tunc in sylvis latitabant, nostri avi et parentes nolentes esse sine devotione, ipsimet parvullimam Capellam extruere, et ad eam Presbyterum R. Sabbam Molczanowski, verum Unitum, conducere curarunt, qui Nobis Divina peragebat per aliquot decim annos; cum postea haec bona Ianow Domini Welezynscy adiverunt, tunc crevit habitatorum numerus, deinde Ill.us M.cus Potocki, Palatinus Kijoviae, bonis istis in possessionem acceptis, dictum Presbyterum Sabba praesentavit jurisdictioni spirituali Unitae et scripsit pro consensu ad eam, ut nova ecclesia erigatur, et nos extruximus de consensu ejusdem jurisdictionis, a qua postea benedicta fuit, et visitata variis temporibus, prout in Libris Metrices subscriptiones habentur Adm. Rev.dorum Kozubski, et Wissocki, Officialium Kijoviensium Unitorum, ac etiam Decanorum, protraxit vitam nobiscum (f. 105 v) praefatus R. Sabba ad annos circiter quinquaginta, et cum jam senuisset, resignavit suum beneficium, et datus est in Parochum R. Petrus Uhlicki, qui circa hand ecclesiam mansit circiter duodecem annos, et jam stante possessione Ill.i M.ci Choloniewski, Castellani Buscensis, pariter resignavit, in cuius locum statim praesentavit nobis pro Parocho A. R. Basilium Zablocki, Officiale Bracławiem et Decanum Winnicensem, cuius possessio protrahitur jam ad annos circiter triginta, pro commoditate nostra, et sua continuo Vicarios conservabat, qui promovebant Divinum cultum; non fuit piger ad praedicandum Verbum Dei, dum adhuc erat vegetior, pro levamine ejus in labore spirituali Domini Nostri conducebant etiam Missionarios Basilianos, qui per aliquot hebdomas morantes circa istam nostram ecclesiam Nos, ac liberos Nostros in Fide Sancta Catholica, et timore Dei instruebant ac in signum Missionis Figuram Crucis Christi in caemeterio cum inscriptione anni fixerunt, quam cum praefato A. R. Parocho nostro junctim, ac de ejus exemplo condecoravimus altaribus et imaginibus ad peragendas frequentes Liturgias, accumulavimus argenteriam, apparatus, libros et campanas, quod ante non fuit, Hospitale pro pauperibus et infirmis, multum laboris et impensas fecimus. Ecce ad praesens, Deus conscientias nostras videt, quod non cum nostra cointelligentia Pater Elias Holoskie-wicz, jactans se esse Protopresbyterum Winnicensem, conservatus ab Ill.mo et Rev.mo Metropolitano pro Parocho in Zwinogrod, nunc Disunitus, violento modo invasit ecclesiam Nostram, ad quam etiam a suo praetenso

Pastore non habet dispositionem, eam in suum regiminem accepit, expulso proprio nostro Parocho cum ejus Vicario, qui summopere et nos cum ipso iniuriati expectamus Divinam Misericordiam et desideramus, sicut nati sumus in S. Unione et educati in eadem etiam mori; displicet enim nobis, ut aliquot personae simul, prout faciunt exotici presbyteri, ad Sacramentalem Confessionem admittantur, quod antea in ecclesia nostra nunquam vidimus, sicut ad praesens practicatur. Supplicamus in praemissis nos protegere, prout sumus Archipastoris Nostri Clementissimi fideles, et humillimi servi; ignari scribere signum S. Crucis ponimus. Posuerunt personae novemdecem etc. —

In resolutione ipsis, quatenus id ipsum exponant dicti Principi Generali Szczerbatow, et petant restitutionem dictae ecclesiae, respondimus, interpositionemque etiam Nostram, ac curam haberi obtulimus, et interim ut pro audiendis Divinis ecclesiam PP. Bernardinorum Conventus Ianoviensis, ac etiam pro participatione Sacmentorum a suo proprio Parocho, sive (f. 107) ejus Vicario recipiendorum frequentent, eosdem Parochianos, et Parochum admonuimus.

Eadem die quarta Iunii dictum Generalem Principem Szczerbatow, Ianoviae praesentem, civilitatis causa adivimus, ipsi talem oppressionem Unitorum, et ecclesiarum ex fundatione sui semper ab Unitis possessarum, prout etiam ejusdem loci Ianow, contra expressam Legem Serenissimae Imperatricis Russiae mediatione authorisatam, prohibentem apostasiam quamlibet, et possessionem Beneficiorum ad annum 1717 normalem omnibus carentem, usurpationem exposuimus, pro restitutioneque legitimis possessoribus institimus, sed a dicto Generali Szczerbatow, post multas controversias, expresse intelleximus eum non potuisse intrare in cognitionem praemissorum, vel aliquam interpretationem supremorum mandatorum, sed ea in omnibus punctis observare, et exequi debere, injuriatis tamen ab apostatis, quatenus ad ipsum recursum fecerint, satisfactionem pro justitia decernere appromisit. Sic in Ianow rebus peractis hinc exivimus Berdyczoviam, visitando ecclesias in tractu istius itineris nobis occurrentes, et quidem primo in Villa Chomutynce, ubi R. Stephanus Hladyszewicz, Parochus, per solam suam malevolentiam ab Unione apostatavit, et relicta sua Parochia sine cura Perejaslaviam abivit cum recognitione. Parochiani ejus loci, vocati a Nobis, comparuerunt cum desideriis in scriptis nobis porrectis, tenoris sequentis:

Illustrissime ac Reverendissime Archipastor Noster et Domine Clementissime. Nos Communitas Incolarum Villae Chomutynce, in ultimo perditionis periculo existentes, derelicti a proprio Parocho, tanquam oves sine Pastore, a longo tempore meditabamur de mediis, quibus nos salvaremus, sed non valentes in hoc infelici statu adinvenire modos nostri

levaminis a periculo, propter nos, et propter liberos nostros imminentia, hunc invenimus modum praecipuum, recognoscentes propter Nos singularem providentiam, quod habemus coram quo in hoc deplorato statu anxietatem nostram circa humillimam venerationem exponere. Quantum memoria Antecessorum Nostrorum Nobis communicata retinet, in Unione cum Sancta Romana Ecclesia semper existentes sub jurisdictione Ill. morum Pastorum Nostrorum Catholicorum, nunquam ab illa desciscendo, cum debita gratitudine recognoscet nos Parochos ab eadem jurisdictione datos, prout et modernum R. Stephanum Hladyszewicz, cuius progressus modernus pro culpa nobis imputari non debet, siquidem ille (f. 107 v) sine scitu, consilio et assensu Nostro, sed sponte, ac benevole ad subjicendum se jurisdictioni exoticae perrexit, et nos ad eam pertrahere se obtulit, cuius maledicti intenti effectum pertimescentes, protectioni nos Illustrissimi Archipastoris nostri committimus, certi existentes quod Pastorali sua dextera, ab hoc intentu nos eruet, uti istos, qui in Sancta Fide Catholica vera Uniti vivere ac mori desideramus, et rogantes benedictionem Pastoralem, manibus Nostris, ignari scribendi, signum S. Crucis ponimus. Datum in Chomutynce, die quarta Iunii, millesimo septingentesimo septuagesimo tertio. — Conradus Zahorski †, Senko Bezwecki †, Nicephorus Owriczuk †, Hryntko Zlotnik †, Iwan Horkawy †, Martinus Suprun †, Maximus Woskoboynik †, Procopius Ikacz †, Maximus Szlachecki †. —

Quorum Parochianorum et ecclesiae Villae Chomutynce desideriis, et necessitatibus providendo laudavimus eorum constantiam in fide Catholica et Unione cum S. Romana Ecclesia, admonentes eos, ut in ea, prout protestati sunt, firmiter perseverent. Declarantes eorum Parochum Stephanum Hladyszewicz, ob suam apostasiam a jurata Summo Pontifici Romano, et Ill. mo ac Rev. mo Metropolitano, tanquam immediato suo Pastori obedientia et ob discensum Perejaslaviam, jus suum ad ecclesiam praefatam amisisse. Ac ut supplicantes sine cura suarum animarum non sint, dictam ecclesiam Rev. do Lucae Stankiewicz, circa ecclesiam Parochiale Ritus Latini Piloviensem Officium Capitelani obeunti, vere Unito Presbytero, ejusdem Metropolitanae Dioecesis, in administrationem commissimus, ad ulteriorem Sedis Ordinariae dispositionem. Obstringentes eundem Reverendum Stankiewicz, Administratorem, ut exacte muneri suo satisfaciat, Parochianos suos quolibet Dominico et Festo die in Cathechismo, et rudimentis Fidei Catholicae erudiat, ad devotionem exemplo suo inclinet, diligentissime invigilando, ne aliqua in eadem Parochia contra obedientiam Catholico Pastori fomentatio a quopiam excitetur. Tali dispositione nostra iisdem Parochianis in scriptis, die sexta Iunii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, in Villa Glinsko data, ulterius ad Op-

pidum Berdyczow, per Villas Glinsko, et Brodecko transeundo, Parochos cum suis Parochianis in S. Unione perseverantes processionaliter Nobis obviantes, habito cum illis spirituali colloquio, in cunctis eorum desideriis Nostras resolutiones, dispositiones, et consilia, verbo et (f. 108) scriptis pro consolatione et confirmatione in S. Unione reliquimus, et tandem die septima Iunii, V. S., ad Berdyczow pervenimus, ibidemque ante omnia in ecclesia Patrum Carmelitarum Excalceatorum, ad Taumaturgam Beatae Mariae Virginis Imaginem, pro impetranda misericordia Divina super infelici Unitorum statu, ut pericula a S. Fide Catholica avertantur, eadem die Missam celebravimus, tum deinde coram Nobis in refectorio claustrali, eorundem PP. Carmelitarum, congregati Presbyteri Uniti, ibidem intra moenia Berdyczoviensis Fortalitii, et monasterii in sequestro a Praesidio Moschovitico detenti, porrexerunt Regestrum sui Incarceratorum, tenoris sequentis:

Regestrum Incarceratorum Sacerdotum in Berdyczoviensi Fortalitio RR. PP. Carmelitarum Discalceatorum existentium, sub custodia militiae Rossiaceae, qui ab anno jam elapso, millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, a primis Augusti per vim, et violentias nonnulli a propriis Plebaniis, alii ex variis locis rapti, tali carcerationi pro Fide Catholica, et Unione cum Sancta Romana Ecclesia traditi sunt, specificatorum, de nominibus, et cognominibus, ex quali Beneficio, Bonis, Decanatu, et Collatione sint, die septima Iunii, V. S., millesimo septingentesimo septuagesio tertio, Berdyczoviae Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Episcopo Leopoliensi, Coadjutori Metropolitano totius Russiae, Pastori Clementissimo porrectum.

Ex Decanatu et Capitaneatu Bialocerkieviensi, Collationis Ill.ris Magnifici Mnisięck, Capitanei Bialocerkieviensis: Adm. Rev.dus Ioannes Butowski, Parochus in Iablonow, Decanus Foraneus Krasnianensis, consecratus ab Illustrissimo Wolodkowicz, Metropolitano. — R. Theodorus Iaroszewicz, Parochus in Iezierzany, consecratus ab eodem. — Stephanus Rychlewski, Parochus Fursianensis, consecratus ab eodem. — R. Basilius Chalaim, Parochus in Palaniczynce, ordinatus ab eodem. — Elias Lagodowski, Parochus in Trylisy, consecratus ab eodem. —

Ex Decanatu Bohuslaviensi: R. R. Theodorus Strzelecki, Parochus Villae Zydowska Grobla dictae, Collationis Ill.ris M.ci Mnisięck, Capitanei Bialocerkieviensis, consecratus ab Ill.mo et Rev.mo Wolodkowicz. — Theodorus Payzanski, Parochus in Kruty Horb, Collationis M.ci Młodecki, Ensiferi Novogrodensis, Capitanei Linecensis, consecratus ab Ill.mo Wolodkowicz. — Alexander Kokutowski, Parochus Maloberezanensis, Collationis Magnifici Piaskowski Succamerarii, consecratus ab (f. 108 v)

Illustrissimo Wolodkowicz. — Michael Dzurakowski, Parochus Ecclesiae Sancti Nicolai Siniaviensis, Collationis Capitanei Bialocerkieviensis, consecratus ab Illustrissimo Athanasio Szeptycki, Metropolitano. — Theodorus Kulikowski, Parochus Wincentioviensis, Collationis Ill.ris Magnifici Czacki, Pocillatoris Regni, consecratus ab Ill.mo Wolodkowicz, Metropolitano. — Basilius Gawiadowski, Parochus Linecensis, Collationis Magnifici Olizar, Capitanei Linicensis, consecratus ab eodem. — Laurentius Guranda, Parochus SS. Trinitatis Oppidi Bohuslaw, Collationis Ill.ris M.ci Rzewuski, Notarii Campestris Regni, Capitanei Bohuslaviensis, consecratus ab Ill.mo et Rev.mo Leone Szeptycki, Coadjutore et Administratore Metropolitano. — Michael Buniski, Parochus Ianoviensis, Collationis cuius supra, consecratus ab Ill.mo et Rev.mo Wolodkowicz. —

Ex Decanatu Korsunensi: RR. Andreas Chrzastowski, Parochus Korniloviensis, Bonorum et Collationis Ill.ris M.ci Iablonowskki, Castellani Viskiviensis, et Capitanei Korsunensis, consecratus ab Ill.mo Metropolitano. — Gregorius Lincewski, Parochus Kobrynenensis, Collationis Ill.mi Principis Iablonowski, Palatini Posnaniae, consecratus ab eodem. — Iakobus Zawkiewicz, Parochus ecclesiae S. Nicolai, Villae Kalacbrody, Collationis Magnifici Soltyk, Capitanei Zwinogrodensis, ordinatus in Valachia ab exotico Episcopo. — Paulus Wyszynsky, ecclesiae S. Eliae Korsunensis Administrator, Collationis Capitanei Korsunensis, consecratus ab Ill.mo Metropolitano. —

Ex Decanatu Smilansensi: RR. Ioannes Chmieloski, Parochus Werbkowicensis, consecratus ab Ill.mo Metropolitano Wolodkowicz. — Basilius Osiecki, Administrator ecclesiae Tereszkoviensis, consecratus in Valachia. — Gregorius Molczanowski, Parochus Nosaczoviensis, consecratus ab Ill.mo Metropolitano. — Gregorius Biluszewicz, Administrator ecclesiae Villae Towsta Sloboda, consecratus a Metropolitano Illustrissimo Hrebnicki. — Timotheus Milanowski, Parochus Kalyhorscensis, ab Ill.mo Wolodkowicz consecratus. — Ista omnes ecclesiae in Decanatu Smilansensi sunt Collationis Ill.mi Principis Lubomirski, Palatini Kijoviae. —

Ex Decanatu Kumanensi: RR. Paulus Morozoski, Parochus ecclesiae S. Michaelis Oppidi Human, consecratus ab Ill.mo Metropolitano totius Russiae Wolodkowicz. — Basilius Mesztodowski, Parochus Tarojoviensis, ab eodem ordinatus. — Nicolaus Gajewski, Parochus Swierdlikoviensis, ordinatus ab eodem. — Petrus Stuzowski, Parochus Kameneccensis, consecratus ab eodem. — Stephanus Lewicki, Parochus (f. 109) Grodziovienensis, ab eodem. — Elias Sulima, Parochus Nerubayscensis, consecratus ab eodem. — Theodorus Zolobowski, Parochus Oradoviensis, ab Ill.mo Episcopo Chelmensi Maximiliano Ryllo ordinatus. — Demetrius Lapninski,

Parochus Werboviensis ab Ill.mo Metropolitano Wolodkowicz consecratus. — Theodorus Manasterski, Parochus Krasnopolyensis, consecratus ab Ill.mo Ryllo, Episcopo Chelmensi. — Theodorus Lewicki, Parochus Pisaroviensis, consecratus ab Illustrissimo Metropolitano. — Pantaleon Maszewicz, Parochus Berestoviensis, ab eodem. — Ioannes Komarnicki, Parochus Ladyzynensis, ab eodem. — Theodorus Hrojowski, Parochus Krusianscensis, consecratus ab Ill.mo Leone Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, Coadjutore et Administratore Metropoliae Kijoviensis. — Ioannes Busarski, Parochus Holakoviensis, consecratus ab Ill.mo Wolodkowicz. — Basilius Gradowski, Parochus Horodecensis, consecratus ab Illustrissimo Szeptycki, Metropolitano. — Nicolaus Zyckiewicz, Parochus Diakoviensis, consecratus ab Ill.mo Szeptycki, Coadjutore Metropoliae. — Andreas Michalski, Vicarius ecclesiae Tymoszoviensis, consecratus in Valachia. — Horum omnium ecclesiae sunt Collationis Ill.ris Magn.ci Potocki, Palatini Kijoviae, Capitanei Belzensis. — Stephanus Prusinski, Parochus Zatkovecensis, Collationis Ill.rum Magn.rum Choloniewskie, Castellanidarum Buscensium, consecratus ab Illustrissimo Metropolitano. —

Ex Decanatu Zywotoviensi: Leo Galatowski, Parochus Kiszyneccensis, ab Ill.mo Metropolitano Wolodkowicz. — Demetrius Lewicki, Parochus Kislineccensis, consecratus stante administratione ab Ill.mo Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, Coadjutore Metropoliae. — Athanasius Grossdziowski, Parochus Romanoviensis, consecratus ab Illustrissimo Metropolitano Wolodkowicz. — Paulus Krzyzanowski, Parochus Tulmanensis, consecratus ab Ill.mo Metropolitano Wolodkowicz. — omnes collationis Ill.ris Magn.ci Potocki, Palatinidae Kijoviensis. —

Ex Decanatu Pawolocensi: RR. Gregorius Ilaszewicz, Parochus Samohorodecensis, de Bonis Tractus Pohrebyscensis, Collationis Ill.rum Principum Radiziwill, consecratus ab Illustrissimo Metropolitano Wolodkowicz.

Ex Decanatu Bracławiensi: R. Basilius Barwinkiewicz, Parochus ecclesiae Ascensionis Christi, Oppidi Berszada, Collationis Ill.ris Mag.ci Potocki, Capitanei Sniatynensis, consecratus ab Ill.mo et Rev.mo Wolodkowicz, Metropolitano Kijoviensi et totius Russiae. — Omnes istos coram Nobis constitutos Presbyteros spiritualiter allocuti sumus exhortando, et animando eos ad S. Patientiam et perseverantiam in Unione cum S. Romana Ecclesia (f. 109 v) certificando insimul, et consolando, eos brevi habituros pristinam libertatem, cuius maximam curam Illustrissimus, Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus Nuntius Apostolicus Regni Poloniae suscepit cum Ministris Regni Poloniae, atque Caesareo, ut ad Aulam Peterburgensem per eliberatione eorum quantocyjus fiant interpositiones. Illustrissimus et Reverendissimus Metropolitanus etiam eo

fine omnem movet lapidem, prout ipsi Presbyteri incarcerati Nos informando exposuerunt; Eundem Illustrissimum Dominum Metropolitanum pro ipsis in omni evento statuendis Domino Generali Moschovitico Szyrkow, hic Berdyczowiae presenti, aliquam indagationem de incarceratione eorum expedienti ex superabundanti sua cura sponzionem sive Reversale non requisitum dedisse⁸⁹. Nos autem eis promisimus cum Ill.mo ac Rev.mo Coadjuto Nostro de eorum libertate consilia communicaturos. Interrogavimus interim incarceratedos Presbyters, an inter eos non sint aliqui, qui fuere Perejaslaviae, et invenimus sequentes, nimirum: RR. Theodorum Iaroszewicz, Theodorum Strzelecki, Alexandrum Kokutowski, Michaelem Dzurakowski, Theodorum Kubitowski, Basilium Gawiadowski, Andream Chrzastowski, Gregorium Lincewski, Paulum Wyszynski, Gregorium Ilaszewicz et Theodorum Zolobowski, qui anno 1768, quando ab Antecedaneo Episcopo Perejaslaviensi Gervasio Lencewski⁹⁰ et Melchisedeco Iaworski, Hegumeno Monasterii Nonunitorum Motrinensis, commota plebs Ukrainianensis aduersus Unitos Catholicos, eos omnes delere conando, multis crudelissime vitam eripiebat, post fluvium Boristhenem vitae salvandae causa Perejaslaviam se receperant, et ibi pro obtainenda protectione ab Haydamacis, ejusdem praefati Episcopi jurisdictioni per sui subscriptionem sese commiserunt; sopita rebellione plebis, postea per publicam manifestationem reclamarunt, retractarunt et reconciliati, ac rejuncti sunt. Quibus omnibus impertita benedictione ulteriorem cursum per Decanatum Berdyczoviensem et Zytomiriensem continuavimus. Tandem pro termino, per Literas Nostras ejusdem tenoris, ut in Bracławiensi Visitazione insertae sunt, Edictales, determinato usque decimam mensis Iunii, V. S., in Dei Nomine Radomysliam advenimus, Illustrissimo et Excellentissimo Domino Metropolitanu omnia humanitatis officia exhibentes. Die autem undecima V. S. ejusdem Junii, congregatis infrascriptis Presbyteris, de expresso consensu Illustrissimi et Excellentissimi Domini (f. 110) Metropolitani, porrexerunt Nobis sua desideria in scriptis, tenoris ejusmodi:

Illustrissime Metropoliae Coadjutor, Archipastor Noster et Benefactor. — Quemadmodum ex corde desideravimus adventum Illustrissimi et Reverendissimi Domini in hanc oram Ukrainianensem et plenam perturbatione, praecipue propter exsurgentem disunionem, Fidem Catholicam in Unito Ritu Graeco minuentem, ita cum nunc desideriorum effectum

⁸⁹ Cfr. supra notam 86, ubi fit indicatio talium reversalium seu sponzionum.

⁹⁰ Gervasius Lincevskyj, episcopus Perejaslaviensis (1757-1768), qui tempore s.d. «hajdamaćyna» regimen ecclesiasticum sibi usurpavit in hac regione.

obtinuimus, in petitis nostris benignam Illustrissimi ac Reverendissimi Domini supplicamus resolutionem. Fuimus obedientes, ex onere conscientiae nostrae, mandatis S. Sedis Apostolicae, Administrationem Archidioecesis hujus Kijoviensis Ill.mae ac Reverendissimae Dominationi Vestra committenti; Illustrissimus ac Excellentissimus Dominus Metropolita, Archipastor noster, odio nos habens propter praefatam mandatis S. Sedis Apostolicae Obedientiam nostram, nullo contra nos formato processu a munere Decanali amovit, aliis easdem functiones committendo, illis nos omni genere persecutionis afflignantibus connivet, et ipsemet implacabilis existens, Nos pro apostatis promulgat, varia indignationis signa exhibit, et ulterius exhibere minatur; Presbyteros a Sua Ill.ma ac Reverendissima Dominatione Vestra ordinatos, ac institutos, ad se non admittit, et possessionem Beneficiorum prohibet, et recenter quamvis salvo conductu a S. Sede Apostolica protectos, per sua instrumenta censura suspensionis nos ligavit, et eorum Clero ac populo hac innodatos promulgare mandavit. Ex una parte Potestas Spiritualis Exotica Perejaslavensis nos impedit, cum adminiculo Militis Rossiaci captivat, ligat, incarcerat, omnibus rebus depraedatur, Ecclesias Nostras Catholicas nobis eripit, et per suos Ministros occupat, nos de propriis domibus expulit, et in alienis angulis latitare coegit. Ex altera parte Ill.mus et Excell.mus Dominus Metropolitanus omnia vindictae genera declarat. Non habentes igitur, taliter oppressi, ad quem configiamus, nisi ad Protectionem Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae Vestrae, sin autem in tali critico propter nos tempore hanc gratiam non merebimus, non dubitamus multos ex Clero, et ex nobismet ipsis hic comparentibus, qui adhuc constanter in Fide Sancta Catholica Romana perseveramus, coatos fore futuros alienam quaerere protectionem. Jam taliter protestati sumus per scripta nostra coram Illustrissimo et Excellentissimo Domino Nuncio Regni Poloniae, iteramus eandem protestationem coram Illustrissima ac (f. 110 v) Reverendissima Dominatione Vestra, uti nostro Protectore, humillime implorantes, ab ulterioribus violentiis et oppressionibus nos defendere, qui sumus Illustrissimi ac Reverendissimi Archipastoris scabellum pedum et exoratores. Die vigesima secunda Iunii, juxta novum calendarium, millesimo septingentesimo septuagesimo tertio⁹¹.

R. Ioannes Stopczanski, Decanus ab annis viginti sex Pohrebyscensis, stante Administratione Apostolica per Officium Metropolitanum Decanatu abjudicatus, Parochus Sokolecensis, m. pr. — Stephanus Koszarowski,

⁹¹ De his dissidiis cfr. documenta praesentis voluminis nec non *Epistolas Feliciani Philippi Wolodkowycz*, Romae 1967-1969, vol. V-VI, passim.

Decanus Brahinscensis ab annis quique, Parochus in Brodzianka. — Andreas Ilnicki, post. R. Michaëlem Guranda, apostatam Decanum Fastoviensem, Parochus Chodorkoviensis, stante Administratione creatus Decanus Fastoviensis. — Nicephorus Piotrowski, Parochus ecclesiae tituli Transfigurationis Christi Kanioviensis, post Rebellionem Haydamacorum modernus Commandarius Humieniecensis. — Ioannes Niemolowski, praefati p. m. R. Kosciuszko Decani Radomysliensis, stante Administratione Decanus Radomysliensis, Parochus Ianoviensis. — Simeon Hajewski, Parochus Popielanensis, Decanatus Pawolocensis. — Gregorius Wiowski, Parochus Stecoviensis, Decanatus Smilanscensis. — Iacobus Gutowski, Parochus Tarasoviensis, Decanatus Smilanscensis. — Theodorus Bielanski, ab annis circiter quadraginta Decanus Pawolocensis, Parochus Zydovecensis, et nunc ab annis duobus amotus, et dejectus ab Officio Decanali. — Stephanus Witwicki, Parochus Wiazoviensis, Decanus Smilanscensis. — Gregorius de Suchowola Suchowolski, Curatus ecclesiae tituli S. Nicolai Wodzianensis, Decanus Korsunensis, m. pr. — Ioannes Kardasiewicz, Parochus Bokaczoviensis, Decanatus Korsunensis m. pr. — Theodorus Balicki, Parochus Iurkoviensis sub titulo Beatae Mariae Virginis, Decanatus Korsunensis. — Theodorus Czerwinski, Parochus Molo-dicensis, Decanatus Zywotowien. — Sylvester Mierzejewski, Parochus Villae Dolina Kapustyna, Decanatus Smilanscensis. — Basilius Lubinski S. Congregationis de Propaganda Fide Alumnus, per Ukrainam cum facultatibus Apostolicis Missionarius. — Theodorus Holoskiewicz, sub titulo Protectionis Beatae Virginis Mariae Parochus Troszczanensis, m. pr. — Ioannes Bielawski, Alumnus Collegii Pontificii Leopoliensis, Parochus et Decanus Korsunensis, m. pr. —

His itaque desideriis, et pluribus verbo nobis expositis, exauditis Illustrissimo et Excellentissimo Domino Metropolitano (f. 111) communicavimus, ad effectum ut ipsis cor paternum, et benevolentiam Pastoralis reconciliandi, et hoc ipsum multis rationibus eidem svasimus; annuit quidem paterne se admissurum, sed cum eos Reverendus Pater Bonaglia, Vice-Praefectus Theatinorum Collegii Pontificii Leopoliensis,⁹² a nobis rogatus, pro designata audientia ad Illustrissimum et Reverendissimum Metropolitanum introduceret, loco benignae admissionis, omnes fidefragos, schismaticos, rebelles nominavit, Processum adversus ipsos formandum mandare se declaravit, et sic nullis admissis R. P. Vice-Praefecti remonstrationibus, magis afflictos a facie sui abire fecit. Unde Literas salviconductus, quas a S. Nunciatura Apostolica sibi benigne indultas

⁹² Cfr. eius relationem ex visitatione, quae habetur sub nr. 76.

prae manibus habuerunt, in Cancellaria Curiae Metropolitanae, providendo sibi de securitate, intimare svasimus, et interim omnes de ulteriori patientia, et perseverantia in jurata obedientia, ut hanc merendi occasionem non despicient, admonuimus.

Die duodecima ejusdem Iunii, V. S., in festo S. Onuphrii Missam in ecclesia Radomysliensi habuimus, et, ex obligatione Ill.mi ac Rev.mi Domini Coadjuti Nostri, tres Diaconos ordinavimus, sequentibus autem diebus, quamvis multi congregati essent Presbyteri, qui tamen audita indignatione contra eos, qui ut supra, cum suis desideriis coram nobis comparuerunt facta, verebantur jam ad nos venire ita, ut nemo amplius, praeter supra expressos, coram nobis se sisteret. Ubi Radomysliae usque ad diem decimam sextam ejusdem permanendo, vidimus continuo confluentes ex variis Decanatibus Parochos, et ad propria revertentes, de his autem, quae per suas Literas Edictales, sub die vigesima tertia Maii, V. S., millesimo septingentesimo septuagesimo tertio datis, tenoris sequentis:

Felicianus Philippus Wolodkowicz, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Metropolitanus Kijoviensis, Haliciensis, et totius Russiae, Protothronius, Episcopus Vladimiriensis et Brestensis Kijovo-Pieczarsis Archimandrita. Universo Clero saeculari et regulari omnibusque Christi fidelibus Archidiaecesis Nostrae in Kijoviensi, et Bracławiensi Palatinatu existentibus, Salus et Benedictio Pastoralis. Dilectissimi.

Angustias, persecutiones, carcerationes, et oppressiones Vestrae, quas pro Unione cum S. Romana Ecclesia Catholica (f. 111 v) multiplicibus violentissimis modis in vobis practicatas, sustinuisti, testis nobis est Deus, cui servimus in spiritu nostro, in Evangelio Filii ejus, absque intermissione — viva retinemus memoria propterea « semper in orationibus nostris rogamus, ut tandem aliquando haberemus felix iter cum voluntate Dei venire ad Vos »; cum igitur sepositis omnibus autoritati nostrae incumbentibus negotiis non parcentes reliquias vitae et debili nostrae valetudini, ad hanc Archidiaecesim in persona ad locum solitae residentiae Radomysliam advenissemus, et spiritum nonnullorum Vestri debilitatum ac vulneratum per violentias, persecutiones, et alia pericula aliquantum intelleximus, « sensibus in nobis desiderium videre vos ut vobis aliquantum communicemus gratiae spiritualis ad confirmandos vos, id est ut invicem consolaremus per hanc, quae communis est Fidem Vestram et Nostram », insimul ut circa conatus, curas et sollicitudinem nostram pro juvamine, et auxilio Vestro uteremur, etiam vestra cooperatione per querelam publicam, et subscriptiones in actus authenticos brevibus terminis, quomodo vos nati, educati et semper constantes in Sancta Unione, ad abnegandum eam, ac avulsio nem a jurisdictione nostra cogimini, quod quilibet Decanatus cum suo

Decano, unus post alium, quantum erit omnimode faciet. Propterea praesenti processu vocem Pastoralem ad vos faciendo, et terminum compendi Radomysliae, a die nona Iunii, ad diem vigesimam nonam ejusdem mensis, veteris styli, anno currenti, designando commemoramus Vobis obligationes, et vota Deo Omnipotenti in manibus Nostris circa consecrations, et institutiones vestri ad beneficia emissas, propriam Vestram, in praemissis, invocamus notitiam quod hanc vocem nostram, uti eorum proprii Pastoris commissam sibi jurisdictionem habentis, absque onere conscientiae non audire non potestis, nec aliud quodvis juramentum a Vobis emunctum, juxta communem Theologorum, et Doctorum Ecclesiae Catholicae doctrinam, in eo liberos vos fecere poterit (— hic textus Actorum Apostolorum capituli 20 omittitur —). Ad extreum, cum in omnibus nostris sensibilitatibus et afflictionibus non alia defensio, nisi in ipsis orationibus ad Dominum Exercitum levare manus per necessarium esse judicamus, ut omnes ejusmodi oppressiones in vulnera Salvatoris (f. 112 r) nostri, qui longe plus in Cruce passus pro nobis offeratis. In quibus et nos ex onere officii nostri, ut vobis cum adjutorio Divino verum nos exhibere possimus Pastorem, omnem curam et sollicitudinem impendere non omittemus. Interim Providentiae Divinae, et Praesidio Beatissimae Mariae Virginis vos committendo, processum istum more solito per omnes Decanatus et deinde per Adm. Reverendos Decanos ad Parochos expedire mandamus. In quorum fidem etc. Datum Radomysliae die vigesima tertia Maii, veteris styli, millesimo septingentesimo septuagesimo tertio. — Felicianus, Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae. — emanatas, praescriptum, praecipue de oppressione S. Unionis, ruina, de modis eandem defendendi, et confirmandi, nihil cum eodem Clero convocato consultatum, ordinatum, ac dispositum fuit Radomysliae, nisi quilibet in *Charta blanca* subscriptionem sui nominis et cognominis in Cancellaria reliquit, et opus charitativum sive Cathedraticum quasi pro carceratis Presbyteris Berdyczowiae detentis, prout anteriore suo Edicto sub die decima septima Maii, V. S., millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, Berdyczowia ad omnes Decanatus transmisso, ex cuius originali instrumento pro Iampolensi Decanatu Palatinatus Bracлавiensis expedito, manu propria Ill.mi et Rev.mi Metropolitani subscripto, excerptum de verbo ad verbum ex Polonico in Latinum traductum sic habet: »Carcerati autem in detentione sua, ex quo indigent provisione tam quoad victimum quam quoad amictum, diligenter injungo Dilectionibus Vestris, ut Reverendo Decano opus charitativum, sive Cathedraticum propter Presbyteros Carceratos comportent, sub paena suspensionis a Divinis », juxta ordinarium Dipartimentum exsolvit, ac insuper florenos duos a quavis ecclesia pro istis detentis Berdyczoviae Presbyteris, privata aliqua dispositione dari injunctos, contribuit

et dimissus domum rediit. Quod autem praeter Cathedraticum etiam seorsive duo floreni directe pro Presbyteris Berdyczoviae in detentione existentibus, in ista convocatione Radomysliae a singulis Parochis exacti sunt, informati sumus ex testimonio Parochi Podoroznensis, cuius tenor ex Polonico in Latinum traductus est, qui sequitur:

Ego infra manu mea propria subscriptus Parochus Villae Podorozna, Decanatus Lubarensis, recognosco sponte, ac libere, quomodo vocatus Edicto Illustrissimi et Excellentissimi Domini Metropolitani Pastoris mei Radomysliam (f. 112 v) comparrens ita, sicut et alii comparochi Decanatus Lubarensis, ubi nihil amplius nobiscum Pastor Noster Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Metropolitanus agebat, aut disponebat, nisi mandavit nobis, ut nos subscriberemus, et subscrispsi me in albo papyro, sed ignoro prorsus in quem finem, quia neque ab Excellentissimo Domino Metropolitanus, neque ab ejus Ministris edoctus sum. Praeterea Cathedraticum pro mea ecclesia persolvi, et praeter Cathedraticum, seorsive, de expresso mandato Pastoris, dedi florenos duos, acsi pro incarceratis Berdyczoviensibus Presbyteris, hoc ipsum et alii Parochi, qui mecum advenerant, fecerunt, id est: se subscribebant, Cathedraticum et per duos florenos pro carceratis, me praesente, exsolvebant, vidi alias ipse, ab allis autem audivi. Datum in Podorozna, die duodecima Iulii, v. s., millesimo septingentesimo septuagesimo tertio. — R. Paulus Lapinski, Parochus Podoroznianensis.

Et quamvis aliquot diebus morando Radomysliae inter colloquia cum Illustrissimo et Reverendissimo Domino Metropolitanus tam nos ipsi, quam Reverendus Pater Bonaglia, Vice-Praefectus Collegii Leopoliensis Teatinorum, a nobis rogatus, de rebus et negotiis in praesentiarum vertentibus consilia et remonstraciones multas eidem suggerebamus,⁹³ quid esset opportunius factu, nulli tamen acquiescere voluit, immo melius, ac utilius de rebus Dioecesis suae consulere seipsum posse declaravit, expresse reiendo omnes suasiones, nec indigere, dicendo, in aliquo nostro juvamine at ut exinde abiremus, verbis expressis pluries nobis id intimando. Nos igitur ante abscessum nostrum Radomyslia, ex rebus oculis subjectis curavimus etiam de statu ejusdem loci moderno informari.

Ecclesia Parochialis ad praesens una tantum ibi est lignea, pauperiora, nec argenteriam, praeter unum argenteum calicem, cura et eleemosyna Parochianorum comparatum, nec apparatus loco convenientem, neque candelas in altaribus ad sufficientiam habet, sartorum, tectorum reparatione omnino indiget. Parochus illius ecclesiae modernus est R. Gre-

⁹³ Cfr. infra sub nr. 76.

gorius Mokrzycki, de fundatione, unde nam ille provisionem habeat a nemine sumus informati, sed cum eum mensae Metropolitanae quotidie assidentem vidimus, de eodem sustentationem suam habere eum arbitramus. Statum antiquum Radomysliae (f. 113) scientes, referebant nobis plures ibi fuisse ecclesias, et nosmet ipsi arcam ubi ecclesia erat, figura Crucis signatam observamus. Ex primaeva sui a Ducibus Russiae fundatione Radomyslia vocabatur Mykhorod, a flumine Myka dicto, sed ad praesens sita ad alteram partem ejusdem fluvii, in veteri autem loco praeter signa quaedam, antiquitatem indicantia, nihil est; fuit ibi cura R. Michaelis Prymowicz, pro tunc Officialis Kijoviensis, ecclesia in honorem S. Nicolai de ligno extracta, sed sub regimine moderni Illustrissimi et Reverendissimi Metropolitae Wolodkowicz, casu aliquo sive ob incuriam conflagravit, et ad praesens Capellam nonnisi ibidem extractam ipsimet vidimus. Quantum ad Residentiam Metropolitanorum solitam, locus iste terrae elevatione et fossa antiquitus est circumvallatus, in ea valle aedificium ligneum, stante vita adhuc pie functi Athanasii Szeptycki, Metropolitanus totius Russiae, exaedificatum, sed temporis vetustate, loci humilitate, et neglecta conservatione totum corruptum, et ruinosum ita, ut in eo praeter modernum Illustrissimum Metropolitanum nemo commode residere cognosceret. Est quidem ibidem de latere cocto residentia sumptibus moderni Illustrissimi Metropolitani, sine tamen bonis fundamentis et sine omni architectura, ad instar celariorum mercatorialium exstructa et iam fere de praesenti inhabitabilis ob proximum ejus lapsum, plena enim est fissuris, jam in nonnullis partibus fulcris ligneis consolidata, sed et eo modo ob defectum fundamenti nequaquam periculo minanti ruinam, provisum; verbum dicendum tam quoad ecclesiam, quam quoad residentiam immundicie, luriditate, paupertate, et desolatione plenam totam esse desertam arabiam. Quoad Praedia autem bonorum mensae, licet nullum revidimus, sed ex statu moderno loci principalis residentiae indubie omnia sperandum tam in oeconomia quam in fabricis prorsus esse neglecta, et in rebus paratis, minimam ad hoc curam habente Ill.mo et Rev.mo Metropolitanu, expilata.

Die tandem decima sexta mensis ejusdem, in praedicta ecclesia Radomysliensi habita Missa, et Diaconis tribus in Presbyteros consecratis, facta valedictione Illustrissimo ac Reverendissimo Metropolitanu, ad Minyki retro abscessimus, et ubi aliquot diebus consulto moram traximus, expectantes ad nos recursus, sed (f. 113 v) pauci, redeuntes de Radomysl, ad nos venerant cum suis desideriis, sed inter alia a Communitate incolarum Villae dictae Dowhalowka porrecta sunt Nobis petita, pro permissione in eadem Villa erigendi Capellam publicam ex ratione quod undique ab apostatis circundati essent et hac occasione supplicanties

retulerunt R. Gregorium Dubniewicz, ordinatum ab Excellentissimo Domino Feliciano Wolodkowicz, Metropolitano totius Russiae, sine Praesentatione, et sine ullo titulo ad solam recommendationem Domini Baranowski, Commissarii Bonorum Ill.ris Magnifici Ledochowski, Capitanei Vladimiriensis, ad futurum beneficium in dicta eorum villa Dowhalowka, jure Parochiae spectante ad ecclesiam in villa Borkowce, cuius idem Commisarius a Domino fundationem se procuraturum promisit, sed adusque nihil factum est.

In regressu nostro de Radomysl variis in locis porrecti sunt nobis supplices libelli in numero viginti tres, singulis ad eorum desideria prout nobis in Domino visum fuit, in scriptis resolutiones nostras dedimus. Et jam nec ulteriores ad nos recursus, licet in villa Minyki et Brodecko duas septimanas transigendo, expectantes eos habuimus; nec diutius in aliena domo morari potuimus, nec circumstantiae id nobis permittebant, idcirco in Dei Nomine iter nostrum per Wolhyniam ad Brody continuavimus, ubi de omnibus violentiis, injuriis, depraedationibus, de propriis dominibus expulsionibus, quas apostatae ad opprimendos Unitos Catholicos cum adminiculo militis Moschovitici adhibent, Domino Generali Szyrkow, supremo in his Partibus copiarum Russiae Commandanti referendo, etiam particulares nonnullos casus exposuimus; satisfactionem injuriatis et prohibitionem ulteriorum gravaminum ab eodem expetivimus, qui licet asserebat, in executione supremorum Mandatorum ad protegendos Nonunitos emanatorum nihil quidquam posse se remittere, tamen satisfactiōnem, ubi ultra mandata quidquam committeretur, injuriatis demandare appromisit; interim desideria favore Unitorum qua alias ipsi exposuimus, voluit habere in scriptis, ad effectum, ut ea Supremo Armorum Ductori, Domino Comiti Romansow communicaret, quae modo enarratas a nobis ipsi violentias in post sistendas esse sperando, et ejus consilio acquiescendo, notam ipsi dedimus tenoris sequentis:

Nota Illustrissimo Domino Szyrkow, Generali Majori Supremo Exercitus Russici, in hac Provincia Commandanti, Equiti Ordinis S. Stanislai, ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Leone Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, Coadjutore Metropoliae Ruthenae, die 18 Iuli 1773, in Brody porrecta:

Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis, Coadjutor Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae, satisfaciendo Pastorali obligationi suae, de expressa voluntate supremae suaे jurisdictionis spiritualis, et Sacrae Regiae Majestatis Poloniae, facta de hoc per suas Literas notitia Illustrissimo Domino Comiti Romansow, Supremo armorum Russiae Ductori, et Ill.mo Domino Generali Szyrkow, ab ipsisque habitis ad suas Epistolas Responsis, tum Literas liberi passus, et ob secu-

ritatem comitatu Militari pro Visitatione Dioecesis Kijoviensis per Palatinatus Braclavensem, et Kijoviensem extensae, concendebat, etiam eo fine, ut exaudiret quaerelas, et praetensiones, si quis contra Unidos spirituales, prout antea non semel spargebantur, haberet et cognitis iisdem ex documentis, et probationibus unicuique justitiam ministraret. Longo temporis tractu, primo in Palatinatu Braclavensi, dein Kijoviensi morabatur, pro majori unicuique ad se recurrendi commoditate, residetiam suam in varia loca transferebat; omnes de suo intento obdestinando, expectabat, contra Unidos quaerelam aliquam afferendam, sed licet in ante quaedam praetensiones audiebantur, nemo tamen praeter unum, Eliam Holoskiewicz, Parochum Zwinogrodensem, qui hoc tempore et anno apostatavit a jurata Excellentissimo Domino Metropolitano Kijoviensi obedientia et promulgavit se esse non Unitum, Protopresbyterum Winnicensem et iste de expresso mandato Ill.mi Principis Szczercbatow comparuit et cum eo unus Acolythus vocatus Gregorius Senkowski, Presbyteri Uniti Parochi Sidaviensis Filius, qui pariter recentissime transavit a S. Unione ad Nonunitos, idque cum querelis contra R. Stephanum Starozynski, Decanum Brahiloviensem Unitum, qui ambo accusatores demandatam per decretum habuerunt satisfactionem. Longo autem plures et adversus ab Unitis Catholicis Spiritualibus, et Saecularibus Communib[us] habuit porrectas sibi in scriptis quaerelas, non quidem contra veros non Unidos exoticos, sed contra proprios confratres spirituales, Parochos Dioecesis Kijoviensis, qui stante moderna (f. 114v) turbulentia Regni, inchoando ab anno 1768 propter rebellionem plebis, et crudelem sanguinis Catholicorum effusionem infelicissimo, similiter contra propriam spiritualem jurisdictionem factos rebelles, qui partim ut evitarent paenas pro demeritis a propria jurisdictione Ill.mi ac Rev.mi Metropolitae Wolodkowicz, partim ob insolentiam et arrogantiam fracto juramento, ex expressa lege per Tractatum millesimo septingentesimo sexagesimo octavo anno condita, promulgarunt se esse non Unidos, ut Suprema Protectione Sere-nissimae Russorum Imperatricis, solis veris antiquis Unitis suffragante, gaudere possent. Et tales isti non uniti abutuntur hac protectione, per violentias injuriantes Confratres suos stabiles in jurata obedientia, invadendo ipsos, et ad se subscribendum tam spirituales, quam Parochianos eorum cogendo, ac hoc ipsum quasi sponte et libere facerent, fingendo, subscriptionibusque ab iis emunctis expresse addunt, non solum ecclesias ex sui Fundatione Unitorum existentes, sed etiam proprias eorum domos, ac Plebanias, ejectis uxoribus, et liberis istorum Presbyterorum, qui subscriptiones recusant, occupant, quas justas querelas, et evidentes injurias Unitorum, plus quam centenis libellis supplicibus sibi porrectis expressas, et resolutionibus ipsis in scriptis datis ad Tribunal Justitiae

Illustrissimi Generalis Szyrkow, tanquam supremi in hac Provincia Com-mandantis remisit.

Licet autem Serenissima Imperatrix Russiae, pro sua coram toto orbe celeberrima justitia, ac magnanimitate, ad delationem nonnullorum Spiritualium, a Rev.do Episcopo Perejaslaviensi subordinatorum, praecipue Guranda et Perorowski, qui in anno 1768, quo Lex prohibitiva transitus liberi a Religione una ad aliam lata est, ob metum demeritae paene, ab Ill.mo Domino Metropolitano speratae, a jurata ei obedientia apostatarunt, acsi veri antiqui non uniti in Regno Poloniae, praecipue Palatinatu Bracławiensi et Kijoviae, licet ubi modo primum post annum praefatum millesimum septingentesimum sexagesimum octavum ex Unitis facti sint, opprimerentur a Catholicis Unitis, dederit eis supremam suam protectionem ad tempus, quo pacatis rebus Poloniae possent pro suis praetensionibus in judicio competenti agere, nec tamen imaginari licet, hanc Imperatorem Clementiam dedisse eis libertatem opprimendi alios, aut protegere in his, ubi memorati recentissimi non uniti contra expressam Legem, ejus interventu authorisatam, peccant; omnibus enim nota est Clementissimae Imperatricis justitia, quomodo (f. 115) in occupata a se parte Magni Ducatus Lithuaniae omnes incolae non tantum Christiani, sed et infideles conservati sunt liberi in exercitio suae Religionis, neminem ibi in propria Religione, obedientia et possessionibus Gubernium inquietat, aut permittit, ut occasione diversae Religionis unus alium opprimat aut coget ad suscipiendam suam Religionem.

Et quamvis Ill.mus Generalis en Cheffe de Szyrkow, virtute suae supremae in hac ora Commendae, prohibuit quemquam ad nonunionem cogere, ecclesias Unitis per violentias eripere, ex Plebaniis propriis expellere, et de tali prohibitione per suas epistolas gratiose certificavit, tamen toties dicti non Uniti, et ex ipsis ab Episcopo Perejaslaviensi creati Protopresbyteri, post abscessum ex Palatinatu Bracławiensi Episcopi Leopoliensis, Coadjutoris Metropolitani, prohibitas jam persecutioes Unitorum reassumpserunt, uti in Oppido Kuna, Bonis Magnifici Iaroszynski, Subdapiferi Vinnicensis, de quo testatur illius epistola Illustrissimo Domino Generali jam prius communicata, in Oppido Krasne, Bonis Magnifici Piaskowski, Succamerarii Cremenecensis, ubi dicti Protopresbyteri cum Cosacis irruerunt, et claves a binis ecclesiis unitis Parochis eripuerunt, eosque quia recusarunt se eis subscribere, expulserunt, et plures his similes violentias agere non cessant, sub variis praetextibus Milites, quamvis a suis Commandantibus Officialibus ad hoc non ordinatos et in aliis negotiis expeditos, ad oprimentos Parochos unitos inducunt.

Quare idem Episcopus Leopoliensis, Coadjutor Metropoliae Ruthe-

nae, instantissimi exorat Ill.mum Dominum Generalem Szyrkow, ut sua mandata ad subalternos Commandantes Officiales in Ukraina edita, innovare, ne sine cognitione ex evidentibus Documentis praetensionum, contra aliquem Unitum ab adversariis efformatarum et sine praevia relatione sibi fidelitate danda, praetendentibus brachium militare permettere audeant. Quodsi autem alicubi homo militaris Rossiacus vel simul cum aliquo Protopresbytero, vel solus ex subordinatione ejus, sine expressa tamen in scriptis dispositione suae Commendae, auderet Unidos Presbyters sub quocumque praetextu impetrare, et aggravare, tales milites circulari suo mandato permettere dignetur Possessoribus, Dispositoribus Bonorum et Communitatibus Incolarum tanquam vagos, et invasores deprehendere et vicinioribus Commendis Russicis puniendos tradere.

Insuper exorat urgentissime hanc Ill.mi Domini Generalis clementiam, ut ab istis persecutoribus injuriatos spirituales Unitos (f. 115v) suis resolutionibus in scriptis eis datis pro petenda satisfactione ad se remissos benigne admittere, exaudire, et unicuique justitiam facere velit.

Copiae epistolarum in negotio oppressionis et persecutionis Unitorum Catholicorum a primis Commandantibus Exercitus Russorum ad Nos partim oretenus, partim per Epistolas et Emissarios nostros Valachiam in Iasy ipsis exponentibus, scriptarum, et quidem primo: Ab Ill.mo Domino Comite Romansow, Supremo ejusdem Exercitus Russorum armiductore, die decima octava octobris, millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, in Iasy scriptae, de verbo ad verbum ex Polonico in Latinum idioma traductae, tenor est talis:

Illustrissime Domine etc. — Cum magno cordolio intellexi ex Epistola Ill.mae Dominationis tam multas querelas devenisse cum a Spirituilibus illius jurisdictionis, quod confratres eorum, ac si cum adminiculo Militum Rossiacorum eos vario modo oppresserint, et injuriaverint. Igitur commando meo ordine Principi Galiczyn, Generali, ut ipse curet nonnisi Graecae Religionis non unitos protegere ab ulterioribus injuriis et afflictionibus, et in nulla alia negotia se ingerere, juxta mandatum Ejus Imperatoriae Majestatis, Dominae meae Clementissimae, habens indubam spem quod et Ill.ma Dominatio sciens de hoc perfecte, alias a me dispositiones contra rigorem illorum non praetendet, in aliis autem requisitionibus ejus qualibet vice omnimode satisfacere curabo, scribendo me pro semper etc. — A. Romansoff — Mandati, vigore praeinsertarum literarum Principi Generali Galiczyn dati tenor est ejusmodi:

Circularis Dispositio Domino Generali Majori, Principi Galiczyn.

Existentes in Ukraina Polona, Kijoviensis et Bracławiensis Palatinatum, Graeco Rossicae Religionis Confessores, obtulerunt humillimas preces Serenissimae Majestati Imperatoreae Dominae Nostrae Clementissi-

mae, ratione eorum a Catholicis et Unitis intolerabilis persecutionis, et variarum injuriarum, supplicantes in hac parte supremam protectionem. Serenissima Imperatorea Majestas, annuendo clementissime his suorum unius Religionis Oratorum precibus et considerando indesinens persecutorum intentum, dedit suprema sua mandata Ill.mo Domino Generali, primo Armiductori variorum Ordinum Equiti Romansoff, ut is existentibus sub Commenda sua in his partibus copiis militaribus faciat dispensationem, ut dictae Commendae memoratos unius Religionis secum Confessores, in casu injuriarum ipsis inferendarum protegant, quantum modernae circumstantiae permittere possunt.

In virtute hujus recommendo Vestrae Illustritati dare ordinem suum, ut in memoratis Palatinatibus Confessores Graecae Religionis Nostrae, viciniores Commendae in contingentibus violentiis, et persecutionibus eorum a Romanis, et Unitis protegant, certioratis tamen prius Persecutoribus ac praecustoditis, quod dum unius Nobiscum confessionis homines existant sub Protectione Dominae Nostrae Clementissimae, non patientur Copiae Nostrae Militares eorum inquietationes, et oppressiones, quod si autem conarentur esse pertinaces, armis tunc utantur, attamen injungendum est nostrorum Commendantibus, ut, ingerentes se in protectionem Persecutorum, non faciant eis libertatem propriis jurisdictionibus ac potestatibus resistendi aut procedendi ad injuriandum Catholicos et Unidos. — Princeps Dolhoruk —

Secundo: ab eodem Ill.mo Domino Comite Romansof epistolae, die trigesima Aprilis 1773 in Iasy datae, ex Polonico in Latinum versae, obloquentia est, quae sequitur:

Illustrissime Domine, Episcope Leopoliensis etc. — Cum magna sensibilitate legi ex literis Illustrissimae Dominationis Vestrae, quam molestas habet noticias de controversiis inter Unidos et non Unidos Spirituales exortis. Et licet mihi non convenit misceri in negotia spiritualia, quae debent discuti, et sopiri per Ill.mam Dominationem Vestram, et Episcopum Perejaslavensem, uti proprios Pastores, tamen appretiando mihi amicitiam utriusque Ill.marum Dominationum Vestrarum, scripsi ad dictum Episcopum Perejaslavensem, quatenus moneat suos Ministros Spirituales, juxta suam obligationem, ad has tantum ecclesias dare non Unidos Presbyteros, circa quas antiquitus existebant non Uniti Spirituales, et ipsimet Incolae sincero corde volunt esse Nonuniti; Unidos autem nullo modo ad hoc cogant; igitur et Ill.mae Dominationi Vestrae svadeo mandare suis Praepositis spiritualibus, ut illi custodiant hos ipsos tantum Parochos, qui ex Antecessoribus suis Uniti existentes, manent circa ecclesias fundatas pro Unione, et Parochiani sunt ejusdem cum illis Religionis. Nonunitis autem ullam non facient praepeditionem certificando

sincere eo modo omnes inter eos vertentes controversias facile pacificari. Pro libero autem et securo illius transitu ad Palatinatum Kijoviensem adjungo literas passus, et simul Dispositionis ad Ill.mos Dominos Generales Szyrkow, et principem Szczerbatow, manendo cum debita venerazione etc. — A. Romansoff —

Tertio: ab Uxore Ill.mi Domini Generalis Szyrkow, de Polonne, die 29 Maii, epistolae, similiter versae in Latinum, tenor talis:

Ill.me, Reverendissime Domine, etc. Epistolae Illustrissimae Dominationis Vestrae ad nos adhuc in Polonne degentes pervenerunt, ubi meus Maritus ita est occupatus, ut Ill.ma Dominatio Vestra dignabitur ei parcere, quod seorsivis literis non respondit. Adjungit hic meus Maritus copias Dispositionum Ill.mi Supremi Armiductoris; et quibus Ill.ma Dominatio Vestra informabitur, non esse in eis mandatum, ut Presbyteri detenti Berdyczoviae libertati restituantur, ulteriores adhuc expectandae sunt resolutiones; maritus enim meus et modo scribit ad Ill.mum Domum Romansow, describendo innocentiam istorum Presbyterorum, interea etc. maneo — T. Szyrkowa.

Quarto: ab Ill.mo Domino Generali Szyrkov, die 10 Iunii 1773, in Brody datae, traductae in Latinum, obloquentia ejusmodi:

Ill.me etc. — Recepit hodie querelam a Protopresbytero Nonunito Vinnicensi Holoskiewicz, qualiter Ill.ma Dominatio Vestra adveniendo Vinnicam, recepit ecclesiam nonunitam Sanctorum Cosmae et Damiani et Officiali suo mandavit in ea facere devotionem, et in eodem loco, convocato Clero, mandavit ipsis juramenta emittere, quod non amplectentur non-unionem; adjungo Ill.mae Dominationi Vestrae originale folium quaerelae istius Protopresbyteri. Ut autem sum bonus amicus Ill.mae Dominationis Vestrae, optarem, ut a similibus abstineat, sed quemlibet relinquat in propria voluntate. Non cogent Nonuniti ad suam Religionem Unitos, sed et retrahere eos per violentiam non expedit. Informabitur Illustrissima Dominatio Vestra plenius ex ista scriptura, et pro justitia omnia ista attentare prohibebit. Timeo enim ne postquam hoc ad altiores personas deveniat, noceat Illustrissimae Dominationi, maneo interea etc. — S. de Szyrkow, G. Major. —

Quinto: ab eodem Ill.mo Domino Generali, de 21 Iunii 1773, in Brody scriptae, tenor ejusmodi:

Solatio meo est deferre hoc Ill.mae Dominationi Vestrae, de quo eum semper vidi sollicitum. Presbyteros Berdyczoviae detentos, liberos dimittere jam accepi permissionem. Habeat hoc Illustrissima Dominatio Vestra pro documento curae meae in desideriis suis. Perveniunt ad me notitiae a Presbyteris nonunitis, quod Ill.ma Dominatio Vestra multa eis facit obstacula, et quamvis ego ipsis non credo, suadeo tamen,

ut Ill.ma Dominatio Vestra nunc ab his desistat, et ulteriori, cum de praesenti non sit, tempori relinquat; suspiciones enim multas incurrere potest. Commendo me etc. et maneo etc. — S. de Szyrkow, G. Major. —

De ecclesiarum hujus Dioecesis praeciso numero, quantum sint avulsae et ab exotica Perejaslaviensi jurisdictione occupatae, quamvis a recurrentibus ad nos Presbyteris sollicite inquirebamus, nemo eorum enim nos perfecte (f. 117) informare potuit ex eo, quia exules, et profugi jam ad loca securiora ex propriis Beneficiis se receperunt, et ex alienis angulis, in quibus latitant, ad nos comparebant prorsus ignorantes, quot in praesenti, post eorum fugam, in suis Decanatibus ademptae Unitis ecclesiae numerentur, dum subaudiant quotidie Fidei Catholicae ruinam, et ecclesiarum Unitorum violentam erectionem magis magisque dilatari. Unde nonnulli referebant nobis in genere tantum Decanatum Czehrynnensem, Moszenensem, Kanoviensem, Bohuslaviensem, Korsunensem, Smilansensem, Granoviensem totaliter, cum omnibus suis ecclesiis, jam autem Bialocerkiewensem, Umanensem, Zywotoviensem *in majori parte*, Fastoviensem, Pohrebyscensem, Tetioviensem, Niemiroviensem, Kalnencensem, Czezelnicensem, Raszkoviensem, Komargrodensem per medium, Krasnianensem, Winnicensem, Bracławiensem et Pawolocensem quoad alias tantum ecclesias, et Parochias ab Episcopo Perejaslaviensi per apostatas Protopresbyteros et multos jam ordinatos Presbyteros esse occupatos, sed et hoc pro solida notitia et informatione valere non potest, nam et ipsi Presbyteri de auditu aliorum referebant.

Haec itaque omnia ad Majorem Dei Gloriam, Fidei Catholicae et Ritus Graeci cum Sancta Romana Ecclesia Uniti stabilimentum, Cleri et Dioecesis Metropolitanae Kijoviensis utilitatem suis locis, et diebus supra adnotatis, pro viribus Nostris facta, gesta, disposita, resoluta, ordinata, et Acta pro informatione S. Sedis Apostolicae, et S. Congregationis de Propaganda Fide, nec non Illustrissimi et Excellentissimi Domini Nuntii Apostolici cum ea, qua par est, reverentia transmittendo, in majorem omnium fidem, manu nostra subscrisimus, et sigillo muniri mandavimus.⁹⁴

Datum autem diebus, mensibus, et locis, quibus supra, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo tertio.

Leo L., Episcopus L., Coadjut. M. t. R. et Visitator Apostolicus Daniel Werchratski, Actorum Curiae Suae Ill.me Ex.tiae et Visitationis Notarius.

⁹⁴ Cfr. nr. 77 et praesertim nr. 79, de die 11.VIII.1773.

76.

(In Ucraina, V-VII. 1773)

Informationes secretae de itinere Ucrainensi, datae a P. Bonaglia, qui erat socius Episcopi in itinere.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 32, foll. 118-125.

Informazione segretissima, stesa dal P. Bonagla, Teatino, per comando in virtù di S. ubbidienza.

Giornale del viaggio D. ⁹⁵

Il 7 maggio di mattina fu la partenza da Leopoli, e l'8 detto di sera si arrivò a Brodi. Qui conferì Mgr. Coadiutore col Sig.r Generale Syrkow, ed ottenne lettere di passo; e scorta di 9 cosacchi e un basso tenente; servivano questi per vanguardia e 9 Dragoni proprii per retroguardia. Scrisse il Syrkow a Generali subalterni, al Principe Scervatow, e ad altri, che ostassero alle violenze di prender Chiese.

11 partimmo da Brodi, il Generale Syrkow accompagnò per una lega, e fece scortare de 9 Corazzieri per un'altra lega.

15 arrivammo sotto Kaminiek, ove Mgr. Vescovo il 16 fece solenne ingresso.

il 18 arriva lettera, che Mgr. Metropolitano è in Berdicovia.

21 Mgr. Vescovo apre la visita alla Cattedrale, officiata da PP. Basiliiani; indi passa alla Parrocchiale di S. Giovanni, servita dal Clero, sotto il degno Offiziale Gromnicki, che fu Capellano di Monsignore e delega la visita al suo Offiziale.

25 si parte per Bari: il Surrogato di Bari viene il 26 incontro a Monsignore con una lettera di Viniza indicante il gran giubilo, con cui i Preti colà aspettano Monsignor Coadiutore.

27 l'arrivo in Bari, ove odesi, che Monsignore Metropolitano fosse in Radomislia, indi andato a Polonne per una Commissione, o che Preti arrestati, o di un suo Commissario che avea ecceduto contro un Offizial Russso. Presentansi a Monsignore 2 preti, dispersi per lo spavento; son accolti soavemente, e rimandati alla Parrocchia con avvisi e consigli.

(f. 118v) Il 30 Monsignore ordina i suoi soli Diocesani, che l'avean seguito da Leopoli assieme ai Chierici della Metropolia. La Chiesa Rutena

⁹⁵ P. Bonaglia, Vice-praectus Collegii Leopoliensis, etsi partes Coadiutoris sustinebat, ut testis de visu eiusdem actorum, quasi intermediarium agebat inter Metropolitam et eius Coadiutorem in famoso dissidio. Eius observationes utiles erant Sanctae Sedi, et in quibusdam secretae remanserunt tunc temporis, ob notas circumstantias et respectum ac confidentiam Leonis Szeptyckyj.

di Bari murata è la più bella che io abbia veduto in tutto il viaggio, è ben tenuta dal detto Surrogato, giovine, abile, ed attento, già nostro alunno, figlio del Parocho Matkowski che avea ivi Offiziale, uomo zelantissimo, che ha fabbricato tal Chiesa e fu morto nella Parocchia di Bari.

Primo Giugno: partenza da Bari a Braylow; è sulla strada Stanislawicz, primo villaggio della Diocesi di Bracavia, la sola Comunità era in processione senza Parroco; questi passando allo scisma schiaffeggiò il figlio Prete, che gli resisté. Parlai col bravo giovine in Braylow, ove non ebbe Udienza da Monsignor Coadiutore ammalato. Il sopradetto Surrogato parlò alla detta Comunità, già passato il Vescovo. Il medesimo Surrogato, mio antico discepolo, mi confida di aver sborsato a Monsignore mille 80 fiorini Pol. per la fatale straziante imposizione, giusta il solito, fatta a quei Decanati pel viaggio che Monsignore contava far a Varsavia.

20 da Braylow arrivati di notte, doveam partire di mattino, ma Monsignore ammala il giorno seguente, e resta.

Arriva il Decano Ovinoski dal Generale Syrkow con lettera ch'egli non può liberar i Preti arrestati senza espresso ordine del Conte di Romanzow, a cui ne scrive perciò il numero, e l'innocenza; appronto con questi i 2 articoli che Romanzov, esprime nella sua spiegazione mandata dal Syrkow originalmente a Mgr. Vescovo.

Il detto Decano dice in segreto, che il Metropolita (f. 119) ha regalato 500 Rubli alla moglie di Syrkow, e che ha offerto 1000 ungari al Marito; offeso di tal offerta.

Alcuni avisano, che Monsignor Metropolitano abbia agito con tal calore e larghezza, e di più ch'abbia, non richiesto, ma spontaneamente dato la prima sua Riversale, per togliere a Monsignor Coadiutore la lode di liberare i Preti carcerati.

Nei Borghi di Braylow v'è un Parroco scismatico che officia in Chiesa eretta per intanto. Avvi a picciola distanza un Decano che per paura a nome suo sottoscrisse se, ed il suo Decanato allo scisma; indi andò al Metropolita rivocando, ei è citato Relatore d'aver sentito da Monsignor Metropolita che questi se non colla vita cederà la Giurisdizione, ei rimproverò, fermò e spogliò un aspirante che andava a Periaslavia sparlando del Sinodo, del che in seguito.

3 di giugno a Viniza, ossia Pieniciani sotto Viniza.

4 Monsignor Coadiutore arringa il Clero congregato in numero di circa 40 Preti: alcuni erano si mal in arnese, che non osavano presentarsi; pure Monsignore li fece entrare. Pranza con noi un Archimandrita, il quale dopo pranzo si ritira col Vescovo e si mostra chino alla Religione Cattolica, promette tornare, ma non torna, si dichiara Greco di Nazione,

e che fu qua in guerra, ha promessa un'abazia in Moscova, parla franca-mente Russo.

Altra aringa il dopo pranzo a 19 Preti, quasi tutti cacciati da Human: è pure presente l'Offiziale di Bracavia Zabrowski, cacciato poco prima dalla sua Chiesa di Janow; venne malandato.

5 un Parroco coi parrocchiani viene, e revoca; gli è data la Chiesa, e ingiunto di confessarsi dopo che ha (f. 119) fatto Professione di fede.

6 giorno di Domenica Monsignor Coadiutore va in città a sentir Messa nella Chiesa recuperata; vi comincia un discorso, ed il suo passato Of-fiziale Lubinski lo prosegue. Vi si trovano alcuni Preti scismatici. Fuor di città uno scismatico tiene una chiesa, che aveva occupata con 10 Co-sacchi nutriti per 10 dì dal Parroco cacciato.

Arriva un Parroco del Decanato Granoviense, vicino a Pobereze, con nova che quel Decanato è quasi tutto scismatico.

Parla con Monsignor Coadiutore un Offiziale Russo, di passaggio per pigliare d'ordine del Generale Scerbatow il Decano menzionato. Sotto il 7 corrente il Monsignore prega di costituirlo qui, promettendo giusti-zia; ma questi in tempo di notte scappa (coi soldati in casa per pren-derlo). Il Principe Scerbatow reinsta al Vescovo; questi risponde, che chi pretende lo citi, e sarà soddisfatto.

Il nostro Albergatore, il signor Krugolski avanzi di Bracavia visita il Principe Scerbatow ed incidentalmente osserva le falsità contate al Prin-cipe circa il modo di riprender la Chiesa. Tornato a casa narra ciò a Mon-signor Coadiutore, il quale teme, ne vuole che il suo Offiziale Lubinski invitato dal popolo vi canti la Messa il dì del Corpus Domini.

10. L'anzidetto Decano fa implorar protezione, e Monsignore lo fa assicurar di clemenza. 11 presentasi l'aspirante che pretende dal Decano; il 12 si fa la causa, ed il Decano deve pagare 4 ungari che quegli giura fos-sero nel carro presogli. L'Aspirante è spalleggiato dal Protopop, ossia Decano scismatico apostata, giacchè ordinato Prete da Monsignor Me-tropolita, uomo sfrontato, e vigliacco ma che pregò Monsignor Coadiu-tore di perdonare gli esercizi imposti al reo Decano, perciò graziatò.⁹⁶

Arriva lettera del Generale Syrkow, il quale fondato sur una let-tera (ch'egli comunica originalmente a Monsignore) del detto Decano la-mentasi sul modo del medesimo, bugiardamente descritto di prender la nota Chiesa; ed avverte amichevolmente (f. 120) Monsignor Coadiutore

⁹⁶ Agitur de Stephano Starožynskyj, Decano Brahiloviensi, de qua causa suffi-cienter habetur expositum in relatione Coadiutoris; cfr. supra nr. 75.

a contenersi in avvenire. Il Protopop è rinfacciato di bugia da circostanti, ed è smentito dallo stesso tenente Russo di nostra scorta.

Questa lettera ed i lamenti del Scerbatow, infusero a Monsignore i più alti timori a non stendersi oltre; questi, impossibili a dissiparsi, erano di spesso il cardine di ragione, che colorivano le risoluzioni da prendersi.

Passa il Parroco indicato il primo giugno, per andar a Periaslavia a cercar giustizia, dice egli, ma il povero vecchio è un perpetuo ciarlone, affatto scimunito e stordito, e forse ubbriacone.

Fu pur recuperata la Chiesa nei borghi, 5 giugno, essendo da quella dipartito il disunito Parroco colla famiglia.

14 Giugno, il dopo pranzo si parte da Viniza per Janovia, ove si arriva il dimane del 15. Mediocre villaggio sulla strada, è in mano del Parroco scismatico e tutte le 3 Parrocchie di Janow son pure in mano dei scismatici. Nondimeno Monsignore è ricevuto per tutto dalle comunità in processione, ma senza stendardi, e suono di campane.

15 mattina in Janow, ove il Principe Generale Scerbatow cortesemente accoglie Monsignor Vescovo a pranzo, e cena, quegli parla il più chiaramente che ogni altro General Russo sinora: che ai soli Palatinati di Bracavia e di Chiovia essi pretendono; che la forza è una gran ragione; che il Signor Regimentario Stemkowski e Monsignor Metropolita ha fatto in passato gran torto ai loro Preti. Monsignor Coadiutore lascia per fine ogni pretensione a parte, e veramente con attenzione, e premura mostra, e spiega le Costituzioni ultime. Quegli ascolta amichevolmente, ma fintamente (f. 110) mentre il 16 giugno, appena sortiti da Janow, un Parroco allora cacciato corre alla carrozza di Monsignor Coadiutore, piangendo. Egli lo manda dal Signor Lubinski, già suo Offiziale, ch'era in Janow, acciò parli al Principe Generale; alla distanza di due leghe viene a Comicincze incontro un altro Parroco attualmente cacciato. Si presenta la Comunità di Comicincze mancando il Parroco ch'era andato a Periaslavia.

In Glinsko, ove si pranza, arriva nova che il Principe Scerbatow ha fatto prendere un dispositivo, che giusta le disposizioni fatte da Monsignor Coadiutore, prima di Janow, avea comandato alle Comunità di non usare le Chiese scismatiche.

18 mattina a Berdiciovia. I preti prigionieri sono 46 di numero.⁹⁷ Monsignore loro parla in refettorio de' PP. Scalzi, e loro poi fa dare di limosina 2 fiorini polacchi per ciascheduno. Il dopo pranzo Monsignore infor-

⁹⁷ Cfr. elenchem horum incarcatorum Berdyczoviensium supra, in nr. 75, i.e. in relatione Coadiutoris aliasque notitias in nostra Collectione.

mato di certi disordini di alcuni, che compran da' Russi la licenza di sortire per andare ad avidamente carpire limosine, quà e là, e che bevono colle mogli o con altri, indi tornano furiosi a casa, e contrastano sino al punto di battersi, o più ancora, di nuovo loro parla alla presenza dei PP. Scalzi, e da i rimedi, che dovria praticarsi. Sento, che i Prigionieri siano quasi tutti di Human, e cacciati da nostri fatti scismatici, al solo vederli (guardando in genere; anche di tutti i Preti di quella Diocesi) mostrano rozzezza, ignoranza e rustichezza; alcuni però specialmente il loro vecchio Inspettore oh! come è soave, pio, e raccolto; sebbene il poveretto non può contenerli. Si parte il dopo pranzo, e dopo 2 giorni di viaggio arriviamo il 21 a Minicki, villaggio tenuto dal Signor D. Michele Prymowicz, fu Offiziale, a 2 leghe da Radomislia, qui trovasi una ventina di Preti addetti a Monsignor Coadiutore, e perseguitati da Monsignor Metropolita (f. 121).

Monsignor Coadiutore spedisce a Monsignor Metropolita un suo parente, indicandogli la vicinanza, ed il genio di riceverlo: questi risponde che lo aspetta a pranzo il dì seguente; avea già Monsignor Coadiutore ricevuto poco prima da Monsignor Metropolita una lettera su tal'articolo.

Quest'è una lettera in risposta ad una scritta da Monsignor Coadiutore da Viniza dal qual luogo, fatto consiglio con pochi suoi (come mi fu detto ben dopo a caso seguito) fece segnar nelle Convocatorie il luogo di Radomislia, e scrisse allora, e spedì le medesime a Monsignor Metropolita ed al suo Offiziale Primowicz, acciò questi le distribuisse. Mgr. Metropolita, in quel tempo promise per un suo Secretario risposta; e questa è appunto l'anzidetta lettera, altro allora non arrivò che una lettera del Signor Primowicz, il quale diceva esser informato da un suo amico in corte Metropolitica che Monsignor Metropolita avea spedito a Berdiciow a stampare le sue Convocatorie indicate appunto per l'istesso giorno 20 di giugno di novo stile, come Monsignor Coadiutore fissato avea nelle sue.

Sebbene non ai 20, ma alli 22 Giugno Monsignor Coadiutore arriva a Radomislia per il pranzo ed è ricevuto convenientemente da Monsignor Metropolita.

23 si legge l'istromento di visita a Mgr. Metropolita, questi dice non aver mai avuto lettera su di ciò da Mgr. Coadiutore e che doveali mandare l'istromento originale; Mgr. Coadiutore risponde, e comunica d'averli più volte scritto, ch'era superfluo mandarli l'istromento; infatti Sua Eccellenza Mgr. Nunzio avea indicato in una lettera di averne spedito un simile a Mgr. Metropolita, questi replica non aver bisogno d'ajuto, che la sua presenza soccorre bastantemente a' bisogni della Diocesi; s'accende, s'arrabbia e si sfoga con parlare (f. 121) smodatissimo. Mgr. Coadiutore si contiene pacatamente e lodevolmente e dopo alcune sode do-

mande categoriche, e controversi al punto proposto, se voglia Mgr. Metropolita ammettere l'istromento, e darvi corso, se valersi del suo ajuto e simili, e si ritira avuta la negativa ad ognuna. Io resto, e temporeggiando riconduco Mgr. Metropolita sull'istromento spiegandoli qual fine abbia Mgr. Coadiutore giusta le facoltà communicateli, che la sua giurisdizione ordinaria persiste affatto, tant'è lungi, che le sia involata da Mgr. Coadiutore. Ciò udito Mgr. Metropolita si rasserenà ed ammette l'istromento, e ridomandato me lo conferma espressamente.

Vado io narrare il tutto a Msgr. Coadiutore il quale m'incarica d'instare, che non siano poi guardati di mal'occhio tantomeno puniti i Preti che a lui si presenteranno.

24 mattina espongo, ed insto come informato da Mgr. Coadiutore. Mgr. Metropolita acconsente, e conferma il detto, ed aggiunge di più, che, chi ha qualche cosa contro di lui, s'appoggi a Mgr. Coadiutore, ma questi non era visitato che dai, quasi soli, Preti suoi aderenti, i quali sebbene timidamente pure presentavansi anche in corpo; quindi pacato il tutto, parve non doversi procedere ad altro atto formale, per non esporre li comparenti a futura vendetta.

Mgr. Coadiutore m'incarica di parlare per i Preti disgraziati; ne parlo e concepisco buona speranza, mentre Mgr. Metropolita gli ammette, ed anche il dopo pranzo; prima parla loro bene, poi asprissimamente, sino a chiamare il Signor Abate Prymowicz presente, e Lubinski non presente, favorevoli ai scismatici e peggio, e ad aggiungere, che quest'ultimo è stato prigione a Human, indi lasciato per intelligenze avute co' medesimi. Atterrij io a sentir tali imputazioni, a me ripetute anche in privato; ma il Sig. Primowicz mi assicurò poi che tal discorso era di natura dolcissimo riguardo al costume, che il Metropolita ha di parlare.

Arriva lettera dal Sigr. Generale Syrkow contenente una (f. 122) sigurtà, ossia riversale da sottoscriversi per liberare i carcerati: 1º, che non faranno questi pretesa alcuna contro i Praviteli, o sia parrochi disuniti; 2º, che non andranno a pigliar le loro Parrocchie; 3º, che non faranno fomenti nel Popolo contro i disuniti; 4º, che li lasceranno affatto pacifici. Mgr. Metropolita vorria semplicemente rifiutare tali articoli, ma aderisce a Mgr. Coadiutore avventurando certe specifiche generali risposte ad ogni punto, di questo tenore, che ne torto ne violenza farassi a disuniti.⁹⁸

25 Mgr. Coadiutore invitato dal Sigr. Ciaski, Podciassi della Corona,

⁹⁸ Cfr. in *Epistolae Feliciani Philippi Wolodkowycz*, sub nr. 179, 185, 186, 189.

va a visitarlo, ed a pranzo. Questo Cavaliere mi comunica, e meritevolmente loda la lettera scrittale da sua Eccellenza Nunzio: e supposto ch'io abbia l'onorevole occasione di scrivere a tal degno Prelato e Ministro, m'incarica di ringraziarnelo humilmente e vivamente; giacchè egli non puol fare di sua mano per duro effetto della cattività ne di poter scrivere, ne scostarsi più di 2 leghe.

26 Mgr. Coadiutore m'incarica di parlare a Mgr. Metropolita del salvacondotto che il Sigr. D. Michele Prymowicz, ed altri Preti hanno ottenuto da Mgr. Nunzio, mi fa pur strada di insinuargli di usare con somma ritenutezza il rigore delle censure, specialmente in questi tempi, e per cose si odiose di 3, o 9 talari. Egli non vuol ammettere il salvacondotto dicendo alla fine, *talis datur, qualis petitur*. Lo riprego per buon tratto di tempo, e perchè sia salvo il sollevo, e sia paga apparentemente la sua brama, li suggerisco di dichiarare, che egli scorda ogni censura, e che li rimette in grazia, salvo il gius di chi pretende; ma egli è fisso nel partito preso. Lo prego di voler almeno vederli, ed ammetterli avanti che partino; risponde di no, ma che si presentino all'Officio come censurati. Riferiscono che Mgr. Metropolita è pronto ad assolvere il Sigr. Prymowicz, ma egli sortito in vigor del sollevo d'ogni censura sendo ben scorso il tempo ivi fisso, dentro cui, citato, (f. 122) avria dovuto prender l'assoluzione ginocchione, ne firmò ne vole sottomettersi. Viene perciò a rispettosamente congedarsi, e fondatamente scusarsi, ma è ritenuto e licenziato come censurato, e Mgr. Metropolita di nuovo taccia lui ed il Lubinski.

Mgr. Coadiutore mi fa parlare a Mgr. Metropolita perchè permetta ordinare i Chierici della Metropolia, m'informo prima se hanno essi presente personali, non già coadiutoriali, mi dicono di sì: ma Mgr. Metropolita pregato per questi poveri Chierici, ch'anno si a lungo aspettato a Leopoli, non vol aderirvi a dispetto del pericolo in cui sono quelle Parrocchie vote d'esser facilmente invase da' Disuniti, e che non siano scontenti, ed invitati i Collatori; mi si dichiara non voler ordinare, se non son liberi prima, e provveduti i Preti prigionieri, ma che Mgr. Coadiutore pensi a prigionieri consacrati da lui, ed a prender di quà il Sig. Prymowicz e Lubinski, ambo fatal origine, dice egli, di ogni male!

3 o 4 Lituani furon fra il 24 ed il 27 ordinati da Mgr. Coadiutore, ad istanza di Mgr. Metropolita, impotente dal farlo.

27 dopo pranzo fu giorno di partenza da Radomislia.

Radomislia è luogo affatto indegno d'aver il titolo di città, anche atteso l'uso che i Polacchi hanno di avvilire tal nome applicandolo a Borghi e villaggi. Vi saranno in tutto poco più di 40 o 50 case, compreso

l'Osterie d'ebrei, che io da un luogo alto vi contai; vi è un seminario di legno come è il resto (eccetto in piazza qualche bottega, benchè nova, rovinata e deserta) ma quasi inabitabile, è posto in un pendio, le poche camere sono larghe, basse, scure, e ruvidissime, tutte in un corridore a pian terreno, vi abitava nelle migliori solo alcuno di Cancelleria.

La Chiesa, di legno, al di fuora, e di dentro, è di architettura quasi greca, accostante alla latina per la balaustra, ed una sola cupola: vi sono tre altari ben situati, ma mal provvisti, e pessimamente tenuti. Quindi si arguisce qual sia la sacristia, consistente (f. 123) in un buco laterale con uscita, pieno di disordine in quel poco che c'è. Avanti dir Messa, mandai a pregare per ottenere un pò di netto. Celebrai con apparato Ruteno in difetto del nostro; ma con tutto ciò mi sia lecito il dire, che il Calice, il Purificatore, ed il Corporale mi faceano schifo per lo sporco, per la loro sostanza e forme, non potei tenermi dal parlarne primo al Sig. Offiziale Wioski, poi a Mgr. Metropolita che anzi si fece lode del pochissimo, che v'era.

Un castello, strettissimo, cinto di altissimi argini con fitte palizzate sopra, è la residenza Metropolitica, l'abitazione è un angustissimo casino di legno, antico (fatto sotto Mgr. Atanasio Sceptycki), senza nissuno neppure mediocre ornamento, ne di tappezzerie, ne di sedie. A parte avvi una mediocre fabbrica fatta da Mgr. Metropolita, ma si mal eseguita, che minaccia ruina; qui abitava Mgr. Coadiutore.

Ha Mgr. Metropolita in Radomislia due secolari Commissari a Revisor de' beni e conti, mandati dice egli da Mgr. Nunzio. Me li fece conoscere con tal titolo, anzi come datili per ultimare i conti tra lui ed il suo coadiutore. Io m'inoltrai ad alcun dimande, onde conoscessero che non senza ragione dovriano arrogarsi tal titolo autorevole, e rispettevole; viddi, e s'accorsero, non doverlo io credere; tant'è così infinocchiano i semplici; e pigliano infatti i conti, che Mgr. Coadiutore dirà meglio, da quelli che in tempo d'amministrazione han reso i conti al medesimo; quindi tanti Preti disgraziati, anzi spogliati di vacche, bovi, cavalli etc., quindi tante pretensioni di Mgr. Metropolita. Così mi han detto quando mi meravigliava, che Mgr. Metropolita pretendesse da tanti poveri preti. Sotto il giorno 26 giugno da Radomislia si partì 22 leghe per Minjki.

30 Giugno a Mgr. Metropolita; m'incarica di una lettera a Mgr. Coadiutore, gliela porto ed a tenor di quella parlo a Mgr. Metropolita dell'amministrazione per Mgr. Coadiutore, di servirsi del suo ajuto, specialmente in queste urgenze della Diocesi. Tutto riesce invano, ma lo pregho di rispondere una lettera pensata. Poichè il Sigr. Abate Venetiev, Medico, m'avea alcune volte detto da senno, che Mgr. Metropolita era incapace

(f. 123) delle sue Giurisdizioni, lo prego, per ogni caso, con mio biglietto di attestarmelo in iscritto, come è fatto.

Il 2º di luglio passa un Offiziale del General Syrkow a Monsignor Metropolita con riversale più indecente del primo;⁹⁹ Mgr. Metropolita non volendo sottoscriverlo lo manda la sera a Mgr. Coadiutore il quale pure conviene di non sottoscriverlo, neppur v'era il termine di *loro Parrocchie* usato nel primo, sotto il 26 giugno. Si scuopre che e perchè Msgr. Coadiutore vol assolutamente trovarsi in Brodi per S. Pietro di stile vecchio; pur si lascia prima; indi da capo persuadeva a temporeggiare per istrada, tanto più che così schiveria la circostanza d'esser molestato a divenir Padrino del bambino di Syrkow nel battesimo.

5 luglio passiamo per Berdiciow, ove Mgr. parlò a Preti prigionieri, e giusta le loro istanze si offri pronto di ajutare le loro famiglie purchè gli segnassero i loro Collatori. La sera si arriva a Brodesco, ove il 6 arriva nova che 9 Preti prigionieri son fuggiti di notte, ma poi ripresi.

Mgr. Coadiutore mi forma lungo discorso, dicendo, e conchiudendo di poter essere Padrino del nato Syrkow; io mi gli oppongo con tutta riverenza, ed a lungo procuro di ribattere tal errore; del che, sebben di malavoglia, si mostra convinto poi per quel, che ne parla ad altri, benchè dice loro ciò molto nuoce a miei affari. A me pure da egli tal indizio, ma un po copertamente in Brodi; ove perciò ardisco dirli, che deve, nel bisogno, assolutamente levar la maschera, e dire, che nè può esser Padrino, ne è decente, che egli Vescovo lo sia, e che non meno schivi egli il meschino ed indegno pretesto di voler passare per Padrino sopranumerario. Con tal scappatoja credeva egli salvarsi. Vengono con suppliche 2 Preti da Human, ed il 7 sono rimandati con risposta.

11 luglio. Un prigioniere scrive, che riguardo a loro, o sia alle loro pretensioni deve esser Commissione tra Mgr. Metropolita ed il Colonnello Tarnaski in Berdiciovia. Persone, cui questo Colonnello è noto, dicono, che è uomo di cattivissimo nome. Egli è ben affatto diverso da questo il maggior Jok, Comandante in Brodi, che scordai di meritamente ricordare sotto il 18 giugno, nel qual giorno i Preti carcerati (f. 124) me ne fecero un'ampia lode.

Partiamo il dopo pranzo da Brodesco per Brodi, ed il Sig. Prymowicz da se, la sera vien nova, che Mgr. Metropolita abbia preso da ogni Prete 3 o 4 fiorini per i prigionieri.

Da Brodesco fur. rimandati a Janow li 4 cosacchi, che oltre la scorta

⁹⁹ Cfr. de his reversalibus eorumque textu in *Epistolis Feliciani Philippi Wolodkowycz*, sub nr. 179, 185, 186, 189.

del Syrkow il Principe Scerbatow avea il 16 giugno accordato a Monsignore, cedi il primo giorno, e poi procurai persuadere di rimandarli, come affatto inutili, e buoni solo a far eccessi continui.

Il 15 luglio arriviamo a Brodi, ove il General Syrkow si dice, e lamenta burlato da Mgr. Metropolita che non ha voluto sottoscrivere il Riversale, ch'egli stesso prima ha dato. Risponde Mgr. Coadiutore che il mandato dal Sigr. Syrkow a Mgr. Metropolita era tutto diverso da quello che questi prima diede; infatti questo era sanissimo nei termini e nella sostanza, salvo l'incertezza se l'abbia egli dato stretto da calde, anzi, da alcune ardite istanze de' carcerati, come il bravo e sodo Prete Urbanski che mi accertò il 2 luglio, o se all'opposto; giusta il 1º giugno il Generale Syrkow nega che sia per essere la Commissione indicata di sopra l'11 luglio.

18 mattina io sbigotti nel vedere in Palazzo del Syrkow Mgr. Vescovo in attual cerimonia di Padrino del bambino che si battezzava. Volli sapere, che ne sentissero i circostanti; dimandai ad un domenicano, e ad un Offiziale Russo, mi risposero che Monsignore n'era il Padrino. La Principessa Lubomirska, moglie del Principe Gagnaro, era la Madrina, ma dietro a Monsignore, e non curante. Monsignore teneva stesa la mano al bambino, baciò la croce datai dal Prete scismatico battezzante; buttò, egli solo, pubblicamente e strepitosamente 3 rubli di limosina, e fece regali alle donne del bambino. Io viddi tutto questo, sebben arrivai già fatta l'immersione credendo che tal cerimonia fosse il dopo pranzo, come mi fu detto prima. Mai Monsignore mi ha parlato diversamente di questo fatto cui però non ho voluto farmi strada, il fatto era fatto.

Quanto ho sin qui detto mi scuserà, se metto appiè del giornale qualche periodo intorno a chi influisce al (f. 124) regolamento di quelle Chiese, ed in comune, ed in particolare, cioè a Mgr. Metropolita ed a' Parroci. Il Governo di Mgr. Metropolita s'accosta moltissimo al militare, e dispotico, il quale in un uomo di natura impetuoso sdrucchiola spesso in effetti di sommo rigore, ed aspro castigo, mandando a prendere con soldati cosacchi i Preti in arresto, e cascando talvolta nel caso lacrimevole, ed irremediabile di fare precipitosamente battere in sua presenza Preti, che subito dopo si scoprono innocenti (tanto ho colà udito). Il peggio si è, che tal rigore non è sostenuto dal dovuto tenor di vita; ne anzi certi titoli o pretesti di guarigione danno accesso ad alcune persone, che somministrano soggetto a parlare tanto più se vi ha de' promossi per favore. Per altro egli è hospitalissimo verso il Clero ed altri; ma con tavola e corteggio, ed abitazione indecente di gran lunga sopra ogni credere, e per ogni riguardo al suo carattere, ed alle sue ricchezze. Egli pure affatica, quasi sempre occupato a dettare, ed ha altre lodevoli doti.

Sarà dunque il Clero di un tal governo avvilito, ed atterrito, ed abbattuto appunto, e generalmente parlando non osa prodursi, ne parlare, o scusarsi, meno opporsi, mentre se ha qualche poco di utile teme di perderlo, sendo ciò attaccato ad offici graziosi di Offiziale, Decano etc. teme anzi esser cacciato da offici stabili di Parocchie, fatti colà non fuor di pratica. Vi si aggiunge di più un'ingoranza universale, ampio e fatal fondamento delle qualità lacrimevoli descritte. Hanno però essi certi libri de' casi nella lingua, che unicamente intendono cioè Rutena, e passando per Berdiciow vi trovai alle stampe una nuova raccolta de' casi nella stessa lingua vernacula.

Non sarà credo mancante questo giornale se ometto una speciale notizia de' Preti dopo aver riflettuto che il tempo era troppo breve per farne una chiara idea in un continuo flusso e riflusso di faccie (f. 125) spesso diverse. Quindi sebben io mi sia dato premura pure sta bene il non precipitarne il giudizio, tanto più che facilmente suppliranno le attenzioni di altri, che ne prendono attualmente esatta contezza. Ho però notato che Mgr. Metropolita non è molto accetto a' Signori, salvo il Sigr. Podciassi, uomo, che forse non è bene al caso in cose non di sua sfera; infatti vantavasi, e diceva di voler di leggero accordare Coadiutore col Coadiuto. Mgr. Coadiutore era ricevuto con grandi onori e trattamenti di gran cuore. Ma (mi sia lecito dirlo a quattr'occhi) la stima concepita non allignava, perchè la vanità, l'ambizione e la leggerezza vi si opponeranno. Il Sigr. Abate Prymowicz è molto ben veduto, stimato ed amato, avendo in se unito umiltà, gravità, affabilità, zelo ed ospitalità. Il Sigr. Viceregimenterio delle truppe Polacche colà gli ha detto, che se avesse a tener congresso de' Preti, venga, se gli piace, a Trojanov (7 leghe da Radomislia) per essere al coperto da Mgr. Metropolita.

77.

Leopoli, 4. VIII. 1773.

Relationes inter Coadiutorem et Coadiutum, audientia cum Imperatore Austriae Leopoli, transmissio relationis de sua visitatione Ucrainae.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 33, fol. 231-233.

Eccellenza Rev.ma.

Dolgo vivamente di contare la terza settimana, da che non ho l'onore di scrivere a V.ra Eccell.za R.ma, il motivo di questo procede parte dall'essermi trovato nel viaggio in luoghi senza la comodità della posta, parte perchè appena giunto in Leopoli ho trovato due lettere di Monsi-

promis par le serment solemnel d'être obeissants, Vous ne souriez d'aucune facon et sans aucun pretexte en être dispensés en devenir parjures sans changer votre conscience! Nous vous avertissons, chers frères, que quoique même plusieurs de vous se soyant mis sur les voies de la perdition ils ne l'ont pour tant pas fait de bon gré. Les uns y ont été entraînés par la crainte des tourment et des atrocités executées sur vos Frères les Pretres Unis jusqu'à l'effusion de leur sang et a la perte de leur vie; par une longue captivité a Berdyczow (:par la quelle ceux qui l'ont soufferte, sans s'ebler se sont attirés la louange et la bienveillance de la Republique et des grandes recompenses de Dieu:). Les autres par la crainte de se voir privés des biens temporels; Ceux ci par (f. 336) impostures et des promesses de defense, interprétée d'une manière sinistre et employée à l'oppression des autres. Ceux là par le desir d'une vie effrénée et la plus part par leur volonté depravée ont fait une si abominable defection. Tous enfin, par quelques motifs qu'ils l'ayent faite sont inexcusables, comme ayant rompu les liens sacrés avec l'Eglise Catholique Romaine. Toutefois l'atteignant moins a leurs dispositions interieures qu'au trouble general du Pays, Nous la leur pardonnons de bon coeur, pourvu qu'ils en fassent penitence et qu'ils rentrent au sein de l'Eglise qu'ils ont abandonné. En fin Nous vous addressons la parole, Venerables Doyens et Pretres, a qui est confié le soin des âmes et qui servez de guides dans le chemin du salut; Vous rendrez compte a Notre Sauveur Jesus Christ des âmes perdues qui ont été néanmoins rachetées au prix de son sang inestimable. Si par votre exemple Vous avez jusqu'à présent entraîné les foibles dans les égarements soyez aussi les premiers à en revenir et a les en rappeller a fin que la repentance afface les pechés que Vous avez commis et avez fait commettre aux autres, que tous en general soient obéissants à leur Pastor Catholique et que Vous les Pasteurs ne soyez pas responsables au dernier jour du jugement de la perdition de tant d'âmes. Vous devez avoir entendu par quelles épreuves vos Pères et vos Grands Pères qui vous ont confirmé dans la religion, avoient été obligés de passer dans de pareils troubles du Pays sans charger néanmoins leur conscience et sans renoncer à la vraye croyance dans la quelle ils vous ont élevé. Ils n'ont jamais connu de jurisdiction étrangère comme l'est celle de Perejaslaw ni lors ont (f. 336) jamais été subordonnés. Imitez les, que les cruautés ne vous detournent pas au moment de vos devoirs envers votre Pasteur legitime. Déjà la Providence fait penser les hautes Puissances à retablir la paix générale où la conservation de la Sainte Religion Catholique Romaine et la restitution des Eglises otées aux Unis, n'a pas et aussi oubliée. Vous devez l'avoir marqué Vous mêmes, voyant que les persecutions ont cessé, la captivité ancantie, les oppressions des Unis arrêtées.

Qu'attendez vous davantage? Retournez de bon gré a votre jurisdiction legitime pendant qu'il en est encore tems: Car la pacification en suivie, les Apostats ne manqueront pas d'être punis des peines designées dans le Traité de 1768. Nous vous obligeons donc par notre amour pastoral et par le desir de votre salut, qui nous tient tant à coeur de joindre vos prières aux nôtres, pour que Dieu accelere la paix generale, et qu'il repande sur vous ses graces, pour que vous vous releviez de votre chute. Priez l'Etre Supreme pour la conservation de S.M. le Roi et des Etats de la Republique qui se donnent toujours et sur tout la Diete presente tant de peines pour votre prosperité; qu'Il les benisse a tout et affermisse leur Regne à jamais. Nous ordonnons d'imprimer cette Epitre de l'envoyer par tout, de la lire dans vos Eglises et de l'afflacher à leur Portes pour la connaissance du public. Donnés dans Notre Cathedrale à Leipol ce 29 Novembre 1773.

Signé; Leon Eveque de Leopol, Coadjuteur et Administrateur de la Metropolie de toute la Russie (L.S.).

Daniel Werchratski, Notaire de l'Administrateur

90.

Varsavia, 2. XII. 1773.

De negotio concordiae initiae inter ipsos et metropolitam Volodkovyc.

ASV, *Nunz. di Varsavia*, vol. 91, fol. 219.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 11, fol. 390rv, 392.

Ill.me, Exc.me et R.me Domine.

Leo Szeptycki, episcopus Leopoliensis, coadiutor cum successione et administrator Metropoliae totius Russiae, et Antoninus Młodovski, episcopus Brestensis, coadiutor cum successione et administrator episcopatus Vladimiriensis, exponunt humillime Vestrae Excellentiae R.mae: Quod, cum vigore ultimae resolutionis sub die 4 mensis nuper elapsi ab Excellentia Vestra R.ma emanatae actiones compromissoriales coram Ill.mis et R.mis D.nis Sylvestro Rudnicki Luceoriensi et Maximiliano Ryllo Chelmensi episcopis in Rozyszcze die 26 eiusdem mensis reassumptae continuari debeant; iam vero timor sit ne Ill.mus et R.mus D.nus Felicianus Wołodkowicz, Metropolitanus totius Russiae, sive eius procuratores ac plenipotentes nova quaerentes diffugia aliquod ex Urbe remedium obreptitie ac subreptitie obtineant, vel iam tali modo forsitan obtentum intimari faciant, quo nempe remedio maiores et maiores in dioecesis Metropolitana scilicet et Vladimiriensi tumultus ac perturbationes oriantur. Hinc cum iidem exponentes integritati iurium suorum tempe-

stive providere, ac negotio, de quo agitur sollicite consulere meditentur; tum non aliud ipsis hac in parte medium superest, nisi ardentissime eidem Vestrae Excellentiae supplicare, quatenus ea, qua pollet auctoritate, specialiter etiam in hoc concordiae negotio inter se exponentes et Ill.mum Metropolitanum vertente, a SS.mo Domino Nostro sibi concredita, declarare non dignetur, remedium modo, quo supra, obtinendum, seu iam forsan obtentum, nullam vim habere, nullumque tam administrationi spirituali quam respective temporali, nec non actionum commissorialium supramemoratarum prosecutioni, impedimentum afferre posse. Rationes utique et fundamenta non desunt, quibus haec iustissima exponentium eorundem supplicatio inniti videatur. Prae coeteris etenim clarissima sunt verba Brevis pontificii die (fol. 390v) vigesima mensis martii anno praesenti expediti, quo Sanctitati Suae concordiam inter se exponentes ex una ac inter Ill.mum Metropolitanum toties nominatum ex altera partibus initam approbare et confirmare placuit. — Unde inferatur, quod cum iam SS.mus Dominus manum suam huic negotio apposuerit, nequeat idem a iudice quopiam inferiori ullo modo praepediri, nec in illo procedi, nisi prius obtenta citatione manu ipsiusmet SS.mi Domini signata. Praeterea sanctae memoriae Benedictus Papa XIV constitutione sua, quae incipit *Ad militantis Ecclesiae*, expresse prohibet citationes cum inhibitione a quocunque iudice, etiam Camerae Apostolicae generali auditore, Signaturae iustitiae praefecto, coeterisque iudicibus Romanae Curiae concedi posse, ac, si concederentur, decernit inattendibiles prorsus redi debere, idque in causis praesertim visitationum dioecesanarum ac administrationum spiritualium prout in praesenti casu.

Accedit insuper, quod SS.mus Dominus Noster feliciter modernus mediante suo rescripto sub die 15 mensis februarii anni currentis privilegia apostolica Ruthenae nationis munificentissime confirmando declaravit, negotia et causas eiusdem nationis agi et definiri debere in Sacra Congregatione de Propaganda Fide iuxta apostolica privilegia, consuetudines stylumque eiusdem Congregationis.

His itaque innixi praecipuis fundamentis supradicti exponentes iterum iterumque humillime supplicesque instant, quatenus in eventum alicuius remedii obtinendi vel iam obtenti tanquam obreptitie et subreptitie, idem non afficere declarare dignetur, sicque benigno Excellentiae Vestrae tutamine praemuniantur. Quam gratiam etc.

Visis literis apostolicis Sanctissimi Domini Nostri in forma Brevis die vigesima martii anno currenti expeditis, quibus executio (fol. 392) concordiae de qua in precibus nobis plenarie et omnimode committitur citationem quamcunque nisi ea manu Sanctissimi signata fuerit in casu, de quo agitur, minime afficere posse declaramus.

Datum Varsaviae, die 2 decembris 1773.

Iosephus, Archiepiscopus Beryensis, Nuntius apostolicus.

Ex actis gratiarum S. Nuntiaturae Apostolicae extractum et sigillo
Ill.mi Exc.mi ac R.mi Domini Iosephi comitis Garampi, Archiepiscopi
Beryensis, Nuntii apostolici in regno Poloniae etc. communitum.

Petrus Jastrzemski, publicus s. autoritate apostolica notarius et
nuntiaturae apostolicae in regno Poloniae cancellarius.

(L.S. Nuntii Ap.)

91.

Leopoli, 23. XII. 1773.

De negotio administrationis Metropoliae Kiovienensis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 33, vol. 369-370.

Eccellenza R.ma.¹⁰⁶

Arrivato felicemente alla mia residenza ricevo la sopraggiuntami
di V. Ecc.za R.ma de' 17 corrente, piena dei contrassegni della sua bontà.
In virtù della stima e venerazione che ne professo verso la degnissima
sua Persona, premetto innanzi i miei auguri del felicissimo Capo d'Anno
desiderandeglielo colmo di tutte le prosperità; ho in appresso l'onore di
assicurarla che ben volentieri eseguirò i commandi di V.ra Ecc.za R.ma
in quanto si degna di scrivermi a favore del giovane Pietro Nikorowicz,
subito che sarò per abboccarmi con S.E. il Sig.r Conte di Pergen.

Leggo nella sua gentilissima di avere ella inculcato a Monsignor
Metropolitano *a nulla innovare di tutto ciò che sarà stato providamente sta-*
bilito dai suoi Coadjutori durante l'Amministrazione. Nel Decreto poi
della di lui reintegrazione: Administratione cessare ... nec eandem (f. 369)
amplius ipsis suffragare posse; come dunque i Coadjutori hanno da pro-
cedere? Supplico V.E. R.ma di voler informarmi mentre ho trovati adesso
pure molti venuti dalla Metropolia per ordinarsi, e mi hanno aspettato
da due mesi a spese loro non modiche, ora il caso sarebbe di molto ag-
gravio per essi, se dovessero tornare e ricorrere allo stesso Metropolitano.

La distinta nota dei Preti e delle Chiese soggiaciute alla violenza in
Ucraina non ne ho ricevuta ancora, subito che mi verrà, la rimanderò
a V.E. R.ma, pertanto gliene riferisco quello mi scrive il Sig.r Abate di
Primowicz, fu da me creato l'Uffiziale Amministratore di Kijovia,
cioè, che già otto Decanati nel Palatinato di Kijovia sono soggiogati

¹⁰⁶ Nuntio Varsaviensi, Josepho Garampi.

alla disunione, che i Preti Uniti, più di centocinquanta gemevano nei carceri a Berdyczow sotto la guardia Rossiaca, e che di giorno in giorno patisce peggio la S. Unione, come di più le n'esporrà il mio Sig. Ab. Lewinski, donde la cura (f. 370) s'attende dalla attività e destrezza, di V. Ecc.za R.ma, alla di cui grazia io con essi mi raccomando, e con il profondo rispetto mi dico

Di V.ra Eccell.za R.ma umil.mo divot.mo ed, obblig.mo Servitore
L. L. Szeptycki, Vesc. di Leop., Coad. Metr. di t. Russia
Leopoli, 23 Xbre 1772 (sic)

92.

(Varsavia, an. 1773)

Supplicatio ne Metropolitanus sese immisceat in administrationem Metropoliae, quae concessa fuit Coadiutori.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 92, f. 7-8.

Traductio.

Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Coadjutor et Administrator Metropoliae totius Russiae; Antoninus Mlodowski, Episcopus Brestensis, Coadjutor et Administrator Episcopatus Vladimiriensis, cum debita veneratione et humiliate, coram Sacra Regia Majestate Vestra Domino Clementissimo non repetunt hodie justas suas querelas in et contra Illustrissimum Wolodkowicz, Metropolitanum totius Russiae, suum Coadjutum usque ab anno 1768 saepe, imo saepissime delatas, nolunt etenim renovare molestas Regio Paterno Cordi expressiones; coguntur attamen humillime exponere, qualiter idem Illustrissimum Metropolita, contraveniendo Tractatui Concordiae inter ipsum ex una et se supra expressos Coadjutores suos ex altera partibus, in anno praeelapso 1772 initae, ac voluntati Sacrae Regiae Majestatis Vestrae, Domini Clementissimi, conformi, nec non per Decreta Sedis Apostolicae approbatae et confirmatae, duabus supremis Potestatibus (f. 7v) fit inobediens.

Concordiae praedictae fuerunt, Rex Serenissime, duo fines principaliissimi; scilicet, summorum disordinum in Dioecesibus reparatio, atque publica tranquillitas. Utrique huic fini salutari adversatur ad praesens memoratus Illustrissimus Metropolitanus, jam per disseminationm variorum suorum scriptorum, tollens de medio Coadjutoriales, simulque vigore Concordiae praedictae Administratoriales inter Clerum dispositiones, jam utens modis ac mediis omnibus ad perturbationem tendentibus.

Ad repraesentationem hujusmodi circumstantiarum, non adeo pudens, Rex Serenissime, cum scitu Sacrae Regiae Majestatis Vestrae Ministerium Bellicum suum edidit Ordinem ad Exercitum Regni, fine mitigandi hunc Praelatum. Sed quid?

En dum nequit propriis viribus manu Militari resistere, audet uti adminiculo exercitus Rossiae Vladimiriae consistentis, qui Miles exoticus jam favoris sui Illustrissimo Metropolitae primum dedit argumenta, dum Militibus Reipublicae consistere et necessaria ad substinentum quaerere in Bonis ejus expresse non permisit.

In tali rerum statu memorati Episcopi Coadjutores et Administratores fideles Sacrae Regiae Majestatis Vestrae subditi, quemadmodum vident unicum modum continendi intra limites propriarum obligationum dictum suum Coadjutum, ita pro eo audent Sacrae Regiae Majestati Vestrae supplicare. Hic porro modus, Serenissime Rex, non aliis est, nisi ut ad expressum Sacrae Regiae Majestatis Vestrae, Domini Clementissimi, Mandatum, data sit Nota tam Excellentissimo Stackelberg, Ministro Aulae Petropolitanae, quatenus (f. 8v) hic ex munere suo perscribat Literas ad Commandantes Rossiae in Volhynia ac in Ukraina reperibiles, ut hi in nulla negotia privata et signanter in hoc inter Illustrissimum Wolodkowicz, Metropolitanum, suosque Coadjutores vertens, sub ullo praetextu se immisceant. Quam etiam Excellentissimo Domino Nuntio Apostolico, quatenus hic, praeccludendo campum eidem Metropolitae ad ulteriora minus laudabilia facinora, Bona ad Metropoliam et Episcopatum Vladimiriensem spectantia in regimen dictorum respective Coadjutorum saltem provisionaliter, ad ulteriore Sedis Apostolicae Dispositionem det tradatque, jam vero ipsummet Metropolitam ad debitam in Metropolitana Dioecesi per Lithvanię residentiam authoritate sua obliget.

Supplicantes, etc. etc.

93.

Leopoli, 1774.

*Ampliа expositio contra transitum e ritu rutheno ad ritum latinum, eiusque
damnis inconvenientiisque.*

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 309-311.

NOTA

Illustrissimo ac Excellentissimo Domino Regnorum Sacrae Caesareo-Regiae Apostolicae Majestatis Dominae Clementissimae Galiciae et Lodomiriae Gubernatori, a Leone Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, Coadjutore et Administratore Metropoliae Kijoviensis, et totius Russiae, Anno Dom. 1774 porrecta.

Quamvis pridem per S. Sedem Apostolicam statutum, cautumque fuerit, Orientales Ritus Graeci a Schismate ad unitatem Fidei Catholicae conversos in proprio suo Graeco Ritu permanere debere, binaque Decreta Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Anno 1624 specifice pro Ruthenis hujatibus emanaverint, per Summum Pontificem Urbanum VIII

confirmata, vetantia sub nullitate Actus, ne ullus Ruthenorum unitorum de Ritu Graeco ad Latinum sine praevia Dispensatione Apostolica transire praesumat, ut ex iisdem Decretis in adnexo Summario, *Numero 1, et 2*, per extensem positis liquet. Quamvis eadem Decreta subsequenter per memoratam S. Congregationem, et varios Summos Pontifices sub gravissimis poenis fuerint renovata, et confirmata, declarantia simul mentem S. Sedis Ap.ca hanc semper fuisse, ut Graeci errores ejurent, sed Ritum suum conservent, ut ex variis Brevium ad hanc materiam excerptis, eodem Summ. *Num. 3, et Num. 5*, dilucide patet.

Plurimi attamen Ruthenorum Catholicorum Jurisdictioni Oratoris subjectorum nulla habita ratione, sine ulla praevia Ap.ca Dispensatione, in dies insolenter non minus ac illicite proprium nativum Ritum Graecum, in quo sunt nati et educati deserunt, et Latinum amplectuntur, et quod pejus est: per multos Latinos Presbyteros, non verentes poenas contra se adhuc Anno 1521 die 18 Maji a felicis recordationis Leone Papa X, per Breve incipiens: *Accepimus nuper*, statutas,¹⁰⁷ et a Clemente Papa VII die 26 Martii 1526 confirmatas (*hic Summ. num. b.*),¹⁰⁸ ad hanc nativi ritus mutationem variis modis, mediis et pollicitationibus, immo coactiobus inducuntur, ut videre placeat *Summ. num. 7*.

Nec sola Ruthenorum Catholicorum ad Ritum Latinum traductione Domini Latino-Poloni sunt contenti, verum in ipsum quoque Sanctum Graecum Ritum blasphemie non raro insurgunt: Presbyteros Ruthenos vario gravaminum genere vexant, irrident, contemnunt, *Summ. Num. 8*. Liberum Ritus Graeci Catholici exercitium impediunt, *Summ. Num. 9*. Censuras Ecclesiasticas contra inobedientes, praesertim apud Judaeos annuatim famulantes, a Jurisdictione Ordinaria latus, vilipendunt, eis innodatos ad Ecclesias suas admittunt, *Summ. Num. 10*. Interdicta violent, *Summ. Num. 11*. Festa de praecepto, juxta vetus Kalendarium incidentia, observari per Leges Canonicas et Synodales mandata sub reatu culpae mortalis operibus servilibus temerari jubent, et juxta novum Kalendarium observari demandant, *Summ. Num. 12*.

Hic Latino-Polonorum cum Ruthenis Catholicis procedendi modus non solum vicinis Schismaticis est nimis scandalosus, sed etiam ipsismet Ruthenis Parochis summe nocivus. Juste namque timetur: ne studio et opera Latinorum Presbyterorum per retractionem Ruthenorum Catholicorum de Ritu Graeco ad Latinum, brevi Rutheni Parochi remaneant Pastores sine ovibus. Longe melius hi injurii facerent zelatores, si vires

¹⁰⁷ Cfr. in nostris *Documentis Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 201, nr. 114.

¹⁰⁸ Cfr. ibidem, sub nr. 115, in pag. 207.

suas in convertendos ad fidem Catholicam tot infideles Judaeos, ac per multos etiam Acatholicos impenderent, quam quod Ruthenos, utpote Catholicos non convertant, sed pervertant, suaequae Jurisdictioni propter majora emolumenta (acsi non satis haberet) accumulent.

Ad similes prohibitionum Apostolicarum Transgressores compescendos alias Oratori non suppetit modus, nisi ut Censuris Ecclesiasticis ad pristinum suum Graecum Catholicum Ritum adigantur reddituri.

Sed cum anno immediate praeterito 1773, ab Excelso Regnorum Galiciae et Lodomeriae Sacrae Caesareo-Regiae Apostolicaeque Majestatis Dominae Clementissimae Gubernio, ad omnes Locorum Ordinarios emanaverit Mandatum, ut cum vinculo Excommunicationis cautius, parciusque procedant: aliunde vero Transgressores ejusmodi, omnes illos Latini Ritus Presbyteros, per quos ad amplectandum Ritum Latinum erant persiasi, zelosos habent suos defensores, eapropter Orator humilime supplicans obsecrat Excellentissimum Dominum Gubernatorem, quatenus pro supra Sua in his Regnis Authoritate, tales omnes mandato suo cogere dignetur ad coram eodem velut Ordinario suo comparendum, Dispensationesque Apostolicas, si eas super transitu de Ritu Graeco ad Latinum habent, exhibendas, alias in casu Dispensationum S. Sedis non exhibendarum (quas certo certius non exhibebunt) eosdem ad regressum ad nativum illorum ritum Graecum Cath. potestate militari compelli. Censuras namque Ecclesiasticas, etiam Excommunicationis viliendent, imo totaliter spernent. Supplicat insuper idem Orator, ut Excelsum Gubernium, pro supra sua potestate, tot tantisque blasphemias, injuriis, ac summis praejudiciis obviare non gravetur. — Quam Gratiam etc. Deus etc.

Summarium Documentorum Graecis Catholicis de Ritu suo Graeco ad Ritum Latinum transire vetantium.

Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, ab Urbano VIII approbatum die 7ma Februarii 1624, latum.

Idem Decretum S. Congregationis, ex occasione duorum Patrum, Cassiani Sakowicz et Clementis, Basilianorum, ad Ritum Latinum sine Dispensatione Ap.lca transitorum, renovatum est per eundem Pontificem Urbanum VIII, die 7 Julii, Anno eodem 1624.

Excerptum ex Decretali Benedicti Papae XIV incipiente: *Demandatam Coelitus*, anno 1743, die 24 Decembris edita, Bullarii Ejus Tom. 1. Num. 87 posita.

Excerptum ex Decretali: *Inter plures*, 98, ejusdem Pontificis, 1744, die 2 Maji edita, Tom. 1 Bullarii inserta, qua mediante Decretalis: *De-*

mandatam Coelitus, pro Graeco-Melchitis edita, ad Ruthenos in Polonia extenditur.

Excerptum ex Decretali: *Allatae sunt*, 47, ejusdem Benedicti XIV, Tom. 4. Bullarii ejus, die 26 Julii 1755 edita.

Excerptum ex Brevibus Clementis VII et Leonis X, Pontificum, de Graecis per Latinos non molestandis.

Excerptum ex privatis Dioecesanis per Decanos indagationibus, anno 1765 subsequentis, super injuriis ac praejudiciis a Clero et Populo Ritus Latini, Ritui Graeco, Clero et Populo ejusdem Ritus factis.

94.

Leopoli, 14. I. 1774.

De statu rerum ecclesiasticarum in Ucraina.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 34, f. 14.

Eccellenza Reverendissima.

La rispettabile autorità ed efficace cooperazione di Vostra Eccellenza Reverendissima per la Santa Unione, faceva sperare l'effetto desiderato nei Palatinati di Kijovia e di Bracлавia, come appunto le violenze ed i disturbi cominciarono a sopirsi. Ma non lasciando il Vescovo di Perejaslavia di continuare la sua impresa, con i mezzi segreti fomenta il popolo, fà si che i Preti di nuovo si trattano colle violenze, le Chiese si occupano, gl'istessi Padroni dei Beni ed i loro disporatori vengono forzati a dare in iscritto le fondazioni delle Chiese, e mandarle a Perejaslavia, come l'intenderà dalla copia, che la Signora Castellana di Leopoli, la quale tiene la Starostia di Kaniovia, mi ha mandato; lo steso si pratica nei beni di Murachwa del Sig.r Podczaszy di Lituania (f. 14v). La supplico perciò umilmente dell'ulterior protezione e dell'infaticabile zelo, di voler col degnissimo Ministro Imperiale rimuovere si gran male da quelle parti; sarebbe al parer mio spediente, che il Ministro Russo volesse fortemente scrivere al Sig. Generale Szyrkow su questo punto, e che la lettera fosse indirizzata alle mie mani per potere anch'io convenirlo.

Dal Signor Abate Prymowicz mio Offiziale V.E. Rev.ma sarà già informata dell'inibizione dal mio Coadjuto, esportata contro l'esecuzione della nota concordia, e dal medesimo fatta stampare, e pubblicare, e che perciò rimangono i Parroci di nuovo sbigottiti, e per conseguenza poco si ha da sperare che il detto Offiziale, ed anco Monsignor Vescovo di Chelma possano procedere come si dovrebbe; ardisco perciò incomodare V.E. con queste umili mie preghiere, acciò si degni di far spedire le graziosamente appromesse Lettere Monitoriali a tutto il Clero di quella

Diocesi Metropolitana, ed altresì di monere Monsignor Coadjuto, e di rinforzare Monsignor di Chelma che continui pure il suo officio, ed eseguisca quanto è prescritto nell'articolo 7.mo della mentovata Concordia, affinchè il detto Coadjuto non vada in Ucraina in questa circostanza di nuove turbolenze della S. Unione.

Di quanto V.E. Rev.ma coll'ultima sua richiede intorno l'imminuzione di Feste nel nostro Rito, avrò l'onore di comunicarle quanto prima le mie informazioni, date all'Em.mo Sig.re Card. Nunzio di Vienna, ed al nostro Governator Pergen.

Mi raccomando di bel nuovo all'innata bontà e Padronanza sua riaffermandomi coll'ossequiosissimo rispetto, e venerazione

Di Vostra Ecc.za Rev.ma umil.mo, divot.mo ed obbl.mo Servitore
L. Leone Szeptycki, Vesc. di Leop., Coad. ed Amministr. Metrop.

Leopoli, 17 Gennaio 1774.

Sua E. Rev.ma Monsignor Conte Garampi, Nuntio di Polonia.

95.

Leopoli, 16. II. 1774.

De relationibus Coadiutoris cum Coadiuto Kiovensi.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 26.

Eccellenza Reverendissima.

Gli ordini di questo nostro Governo mi danno occasione di comunicarli a Vostra Eccellenza Rev.ma, mentre mi lusingo, le saranno per aver di essi notizia opportuna, di soddisfazione della mia attenzione verso la di lei riguardevolissima Persona, di cui le sperimentate e continue grazie mi sono sempre a mente.

Affidato sulla benignità ed equità di V.E. Rev.ma ardisco di accennarLe quanto si passa intorno l'accordato noto con Monsignor mio Coadiuto; egli invece di soddisfare al convenuto, previa di lei autorevole mediazione, approvata dalla S. Sede, ha incominciato di affittare i beni della Metropolia, onde sono costretto a supplicarla, perchè si degni di scrivere (f. 26v) a Monsignor Vescovo di Chelma, acciò si accinga all'esecuzione del mentovato accordo circa i suddetti beni, e senza più incomodarla collo stendermi nell'esplicarle le conseguenze della condotta di mio Coadiuto, rimettendomi alle relazioni del sudetto Vescovo di Chelma, e del Sig. Officiale Prymowicz, che ne mando al mio Procuratore Arcidiacono Lewinski, passo a raffermarmi, quale sono con ogni stima e venerazione

Di Vostra Eccellenza Rev.ma umilissimo, dev.mo ed obbl.mo Servitore
L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad. ed Ammin. Metropolit.
Leopoli, 16 Febraio 1774.

96.

Volodimiria, III. 1774.

Repraesentationes Leopolienses contra exemptionem Basiliyanorum et petitio, ut eadem aboleatur.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 348-351.

Repraesentatio contra exemptionem Monachorum S.B.M. a jurisdictione Ep.porū Excelsae Cancellariae Regnorum Galiciae et Lodomeriae, 1774 mense Martio.

Quandoquidem palam est, S. Caes R.A. M.stem in eo paeprimis studio versari, ut omnes in universum Civiles juxta ac Ecclesiasticae Personae sub ejus auspicatissimo imperio felicissimae redantur, felicitas vero a pace, et tranquilitate sit repetenda, exponendum est, quod exemptione Monachorum regulae D.B.M. ab Episcoporum jurisdictione ad hunc finem obtinendum obicem ponat.

Illi enim hac exemptione, ab annis 40 in Poloniam introducta, statim abusi sunt, Episcopos in jus vocando, fundos possesionesque Ecclesiarum Cathedralium ad se trahendo, Clerum litibus involvendo.

1mum. Hujus rei argumentum est causa adversus Episcopum Premisiensem multo tempore, motuque de bonis Strasovicae Romae agitata, sed et Episcopo Leopoliensi jam a multis annis in eadem Curia intentata lis, hodiecumque indecisa.

2dum. Quia praefati monachi inhibitiones, decreta, commissiones Episcopis praejudicias in Nunciatura Varsaviensi alias, nunc vero Romae ad malam informationem procurare non desinunt, prout proximo mense Xbri procurarunt de demolienda fabrica apud Cathedram Leopoliensem, in cuius fundo p. m. Metropolita Russiae Ecclesiam inchoaverat, modernus vero Episcopus perfecit, residentiam Episcopalem a fundamentis erexit, aedificium praeterea pro Seminario ac educatione ad sacerdotium promovendorum, hortum dejecto colle informi plantavit, aliaque oculis hominum patentia pulcherrimo ordine disposuit, splendoris et utilitatis Ecclesiae r. g. c. atque adeo majoris Dei gloriae studio.

3tum. Quia renovato nuper ad incrementum Ecclesiae ab Ep.po Leopoliensi Capitulo impedimenta Romae ponunt tam per se, quam per Ep.pos r.l., ut facilius sibi jus evincant, quod se contendunt habere ad praedia et fundum Cathedrae Leopoliensis.

4tum. Quia bona Perehinsko mensae Ep.palis propria, jam publicis in Actis in quaestionem vocare coeperunt.

5o. Abbatiam Cathedrae Leop. adjunctam, nescio quo Ecclesiae emolumento in suas partes traxerunt.

Consectaria hujus abusus sunt, quae sequuntur.

1. Quod Ep.pi suarum Ecclesiarum Cathedralium, fundorum, praediorumque nunquam securi erunt, aut saltim pacate illa possidere non poterunt, idque ob hanc rationem. Nam praefati monachi a multis saeculis ad Ecclesias Cathedrales tolerabantur, atque voluntate Ep.porum, deficiente cultiori Clero, in adjutores ac ministros sollicitudinis Pastoralis adhibebantur, ideoque nonnullis commodis per favorem gaudere pro tempore, quo Ep.pis subjecti erant, permittebantur; nunc subsecuta exemptione, male putant a fundatoribus eorum gratia ea fuisse praestita, a quibus per tolerantiam non excludebantur. Igitur manente eodem statu suaे exemptionis eadem controversia ex parte monachorum est redditura.

2. Quod Ep.pi Leopolienses relinquendi essent sine Cathedrali Ecclesia, contendentibus Basilianis, eam esse simplex monasterium, quod utique absurdum est.

3. Quod aequo jure etiam Haliciensem Chathedram sibi praefati monachi vindicare possent, cum etiam ad illam tolerantur, sicque Episcopis nil reliquum esset, nisi cura gregis Christiani, egestas atque exilium. Monachis vero clauſtro vitaque contemplativa contentis commoda sedesque Ep.pales.

4. Cogerentur ergo Ep.pi pro nova Cathedralium Ecclesiarum irectione ad Sacratissimam Majestatem recurrere, cum sine iis esse non possent.

Inconvenientiae, quae ex litibus Basilianorum enascuntur, sunt sequentes. Pecunia non mediocris pro fovenda in Urbe lite extra regnum alienatur, Ep.pus et Clerus contra injuriam sese defendens extenuatur, pax Ecclesiae, totaque Hierarchia Ruthena pertubatur, simultates, et scandala foventur, Principibus in aliis regni negotiis occupatis, ii qui se in possessione turbari sentiunt, vel inviti obstrepere coguntur, ut eos protectos velint.

Conclusio. — Igitur ut haec incommoda a Regnis Galiciae et Lodomeriae avertantur, causa eorum tollenda est, quae est exemptio Monachorum, atque adeo, ut ad jurisdictionem Episcoporum sui ritus revo-centur.

1. Quia id consuetudo Orientalis Ecclesiae postulat, quae quam antiqua et constans sit, Hungaria, Croatia, Transylvania, imo etiam (si foris argumentum assumere licet) Graecorum Schismaticorum disciplina non contemnendum praebet momentum.

2. Conservatio hujus consuetudinis est convenientissima Ecclesiae Ruthenorum. Si enim Ep.pi subjectos sibi habeant monachos, eorum opera uti commode poterunt, si et quando necessitas postulaverit ad praestanda obsequia et ministeria spiritualia fidelibus, praesertim ubi cultioris Cleri non est copia.

3. Subjectio Basiliatorum jurisdictioni Ep.porum est necessaria ad imponendum litibus finem, ad conciliandam pacem, charitatemque mutuam inter eos et Clerum. Quippe maximum earum rerum vinculum est unitas jurisdictionis, sub cuius auspiciis omnes junctis manibus ad idem bonum Ecclesiae praestandum, pro suo quisque munere tendunt.

4. Quandoquidem Ep.pi sufficiente optime regendis monachis modo, quo olim, in sua quisque respective dioecesi, opus non erit monachis multiplicare jurisdictiones, quae nunc sunt Generalis Ordinis, et Provincialium, hocque modo aemulationibus, partiumque studiis filum prae-scindetur. Quae quidem non ita pridem inter eosdem sunt observata, his penes Generalem in Polonia habitantem stantibus, aliis vero pertaesisis jurisdictionis suae indigenae, Italo-Graeco contra ac consuetudo eorum tulerat, se subdere durante regime prioris affectantibus.

5. Quia Ep.pi, qui sunt positi regere Ecclesiam Dei, sunt stricte obligati ad alienandam ab ea omnem novitatem, tuendumque praeprimis in sacris eundem tenorem, propter submovendum a populo scandalum. Quod non rarum ubique malum exulare ab Ecclesia nunquam sperandum est, si monachi clypeo exemptionis muniti, mandatorum loci Ordinariorum nullam rationem habere jure valebunt atque a visitatione eorum liberi sunt futuri. Ut igitur ab Ecclesia scandala prohibeantur, monachos jurisdictioni Ep.porum subjici necesse est.

Quia vero Basiliatorum ab hacce jurisdictione exemptio Summi Pontificis auctoritate facta est, Ep.pi r.g.c. supplices a S. Majestate ro-gant, ut suo apud Curiam Romanam Ministro, medio Excelsae Cancellariae mandata det, ut propter tollendos abusus, et alia motiva hu-cusque memorata ejusdem exemptionis revocationem, specialiter vero quod attinet Ep.pum Leopoliensem, propter evitandam omnem speciem controversialium, liberioremque pro bono cleri sui, et dioecesis dispositionem, prout illi melius visum fuerit, a Cathedralibus Ecclesiis Leopoliensi et Haliciensi eorundem Monachorum alienationem efflagitet.

Quod quidem S. M.ti non gloriosum modo, sed et augustissimo imperio convenientissimum videtur fore. Gloriosum, si Ep.pos suumque Clerum ab injuria protegat, pacem in Ecclesia manuteneat, disciplinam antiquitus in ea sanctissime servatam pro munere principis Apostolici, sine necessitate imo cum maximo incommodo remitti non sinat. At convenientissimum quoque, ut ad normam aliarum Caesarearum ditionum

in regnis etiam Galiciae et Lodomeriae eadem consuetudo retineatur, utque sub eodem principe in spiritualibus quoque omnes ejusdem ritus coalescant, neve vel diversum imperium, vel diversam aliquomodo Ecclesiam ejusdem Majestatis S.mae subditi praeseferre videantur.

Memorale ad hanc representationem acclsumum.

Ep.pi r.gr.cath. Regnum Galiciae, et Lodomeriae, experti, quanti sint abusus exemptionis Monachorum regulae D.B.M. a jurisdictione eorundem, ab annis nunc primum 40, contra consuetudinem in Orientali Ecclesia hodie ubique vigentem in Poloniā introductae, quodque haec pacem et concordiam in Hierarchia Ruthena perturbet, Clerum contra injuriam sese defendantem extenuet, disciplinae Ecclesiasticae, regnoque noceat (prout haec omnia seorsiva representatio pluribus ostendit), a S.ma M.ste supplices rogant, ut medio Cancellariae suo apud Curiam Romanam Ministro demandare clementer velit, quatenus, propter evitanda praefata incommoda, rursus eosdem monachos ad jurisdictionem sui ritus Ep.porum Sedis Ap.lcae Auctoritate revocari satagat. Quod quidem convenientissimum aequa ac gloriosum S.mae M.stis imperio fore videtur, ut nempe more aliarum ditionum, etiam in regnis Galiciae et Lodomeriae sub Apostolici Principis auspiciis eadem Ecclesiae Ruthenae disciplina obtineat, neque sine necessitate, quin potius maximo incommodo, remitti permittatur.

97.

Leopoli, 6. IV. 1774.

De negotio Archivi Metropolitani Kiovensis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 48.

Excerptum ex Literis Ill.mi Domini Episcopi Szeptycki, de die 6 Aprilis 1774. Leopoli.

Ill.mus Metropolitanus denuo me hic requisivit pro extraditione Archivi per suum Emissarium Glinski, qui etiam praesentavit Literas Gubernio huic Leopoliensi, sed talem ab eo accepit resolutionem, quam jam habuit a Domino de Pergen, anteacto Gubernatore, scilicet, ut tantum per oblatam copias authenticas sibi accipiat, jam autem originalia non praetendat. Pro certo ipse isthic coram Excell.mo Domino Nuntio conqueretur, igitur repraesentandum est Suae Excellentiae id, quod ego scribo, in casu alicuius sinistrai delationis ejusdem Ill.mi Metropolitanus, atque superaddendum, quod documenta plura jam sint deperdita per incuriam ipsius et vel maxime ideo quia stabilem non habent locum sua asservationis, sed hinc inde, plerumque sine necessitate, etiam transfreruntur, porro apud me securissime remanent remanebuntque. Etc.

98.

Leopoli, 12. IV. 1774.

Transmittit alligatas informationes de vacantibus eparchiis ruthenis.

HARASIEWICZ M. *Annales Ecclesiae Ruthenae*, pag. 581, Leopoli 1862.

Illustrissime Excellentissime Domine!

Desideratam a me Informationem de his, quae anterioribus temporibus adusquae observata fuerunt circa vacantes Archiep.patus et Ep.patus, circa promovendorum ad eosdem electiones et nominationes Regias, ac etiam de aliis Praelatis et Dignitariis Ecclesiasticis, ad singula Capita in Literis Illustrissimae Excellentiae Vestrae, sub die 3 elapsi Martii mihi proposita, cum necessaria explanatione ex variis Authographis cincinnatam una cum Summariis documentorum praesentibus adnecto, et perenni observantia persevero.

Leopoli, die 12 Aprilis 1774.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae devotissimus et obligatissimus Servus

Leo Szeptycki, Ep.pus Leop., Coad. et Adm. M. t. R.

99.

(Leopoli, 12. IV. 1774)

Informationes de promotione ad varias dignitates in Ecclesia Unita, praesertim episcopales. Nec non de Archimandriis, de Archimandritis et subiecione Religiosorum.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, 582-591, Leopoli 1862.

Responsio Informativa.

Excellentissimo Gubernio Regnorum Galiciae et Lodomeriae Sacrae Caesareo-Regiae, Apostolicae Majestatis, die 12 Aprilis 1772 porrecta ab Episcopo Rutheno Catholico Leopoliensi super sequentibus Punctis.

1. An Rd.ssimi Ordinarii in his Regnis formali Capituli Electione, an vero immediata Nominatione Regia ad Episcopatus vacantes promovebantur?

2. An quoad membrum primum Electioni Regius Commissarius assistebat? Et quid huic pro actu assistantiae subministrabatur; quae si locum non habuit, modus Nominationis Regiae explanandus. Huic autem porro expositio addenda erit, quomodo, et per quem introductio quoad Temporalia peragebatur?

3. A quo Proventus intercalares administrati, et in quem finem impensi fuerint?

4. Quae et qualis Portio haereditatis Ep.palis Ecclesiae ejusdem accessit, et qua ratione cum illa disponebatur?

Quo ad Praelatos, Abbates et alios perpetuos dignitarios, eorumque Electionem attinet, respectu horum.

a) Exactam specificationem, et numerum eorundem (in quantum dioecesi Leopolien. subjacent) mihi intromittendam cupio, cum adnexa explanatione:

b) An eorum Electioni Commissarius Regius antea deputatus fuerit, et quid huic postremo remunerationis nomine tribuere usus erat? Denique

c) Si hoc practicatum non fuit, quid circa ejusmodi Electiones respectu negotiorum Potestatem politicam respicientium observabatur?

Ad 1. Ad Eclectionem Episcoporum in Ruthena Hierarchia ex antiqua praxi intrabant non solum Capitula, sed integer coetus Ecclesiasticon tam saecularium quam regularium, necnon proceres, nobilitas et confraternitates Laicales illorum Palatinatum et Terrarum, in quibus obveniebant vacantes Sedes Episcopales. Liquet id ex binis Electionibus ultimorum duorum Illustrissimorum Episcoporum Leopoliensium, nempe Barlaami, et Athanasii Szeptycciorum, primi die 25 Januarii 1710, secundi die 10 Septembris 1715 subsecutis.¹⁰⁹ *Summar. num. 1 et 2.*

Haec praxis originem suam traxisse videtur ex antiquis Sacris Conciliorum Canonibus, videlicet Ancyranis, can. XVIII et Laodiceni, can. XVII.

In Electionibus hujusmodi praesidebant vel ipsimet Metropolitani, ut videre est cit. *Summar. Num. 1 et 2*, vel ab eis delegati, ut patet in Electione Arsenii Zeliborski. *Summar. Num. 5.*

Anterioribus saeculis post subsequutam Electionem Metropolitanus et Electores supplicabant Serenissimis Regibus pro Electi Nominatione et Praesentatione. Sed annis posterioribus Regia Praesentatio Electionem praecedebat, ut in suprafatis Illustrissimis Barlaamo, et Athanasio Szeptyccii liquet, quorum primus die 30 Octobris 1709, alter die 13 Maii 1715 Nominati et Praesentati, jam vero serius post electi fuere.

Modernus autem Illustrissimus Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Halicien, et Camenecen, Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae Coadjutor, et Actualis in Spiritualibus Administrator, sicut et alii post eum, videlicet Chelmensis, Luceoriensis, Premisliensis, Pinscensis, et Coa-

¹⁰⁹ Barlaam Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis (1710-1715), et Athanasius Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis (1715-1729) dein Metropolita Kioviensis (1730-1746).

djutor Vlodimiriensis, ad solam Nominationem et Praesentationem Regiam, sine ulla praecedente vel subsecente Electione, in Episcopos sunt consecrati, instituti, et installati.

Ad 2. Jam supra expressum, Comissarios Regios Electionibus Episcoporum, quo adusque practicabantur, non interfuisse, nec assistantiam praebuisse. Ad bona vero Episcopalia aliqui post sui in Episcopos consecrationem intromittebantur more Laicorum per proclama Praeconis cum duobus Nobilibus, allii per solam Instrumenti Consecrationis et Institutionis subditis Bonorum Episcopalium denuntiationem.

Ad 3. Antequam respondeatur, praemittitur: 1. Olim, post subjectam Russiam et Lithuania Regimini Serenissimorum Poloniae Regum, quoties contigerit vacare Metropoliam Kijoviensem, vel Haliciensem, aut aliquem Episcopatum vel Abbatiam, aut Monasterium bona immobilia habentes, Personae saeculares, mediantibus Regum Privilegiis, vacantium ejusmodi Beneficiorum non solum bona immobilia, sed etiam suppellectilem ecclesiasticam in tutelam accipiebant, et ad novi Metropolitae, Ep.pi, vel Abbatis subrogationem tenebant, ut videre placeat *Summar. num. 6.*

Praemittitur 2. Suprafatos tutores vacantium Beneficiorum, tutelis sibi concreditis, persaepe abusos fuisse, bona devastasse, subditos expilasse, Proventus quosvis in suos usus convertisse, immo etiam documenta praefatis bonis servientia et ipsam suppellectilem ecclesiasticam pretiosiorem subtraxisse. Quae vacantium Beneficiorum damna ac praejudicia cum in dies magis crevissent, Metropolita Onysiphorus Petrowicz¹¹⁰ cum aliis Episcopis, Abbatibus, Hegumenis, et toto caetu ecclesiastico supplicarunt Serenissimo Sigismundo III, Poloniae Regi, Magno Duci Lithuaniae, et Russiae ac aliarum partium Haeredi, quatenus malis, et damnis hujusmodi, velut supremus Princeps, fundator, protector et defensor obviare velit, et vacantium beneficiorum bona tam mobilia, quam immobilia saecularibus Personis amplius dare nolit, sed ea Capitulis, more Latinae Ecclesiae, comittere dignetur administranda et custodienda, usquedum ex Gratia Regia beneficium vacans alicui conferatur. Quorum supplicationi Rex memoratus, ad intercessionem omnium Regni Ordinum ad comitia Generalia congregatorum, annuit, Capitula Ruthena cum Capitulis Latinis in omnibus parificavit, et per eadem Capitula obventiona vacantia beneficia cum suis bonis privilegio suo vim legis perpetuae, utpote de consensu et ad instantiam omnium regni Ordinum anno

¹¹⁰ Agitur de Onesiphoro Divoczka, Metropolita Kiovensi (1579-1588), deposito a patriarcha Hieremia II, ob s.d. « bigamiam » interpretativam.

D.ni 1589 gratiouse collato, habente, administrari inpost mandavit. *Summ. Num. 7.*

Praemittitur 3to. Post collatum suprafatum Privilegium vim legis perpetuae habentis, cum contigisset vacare Archiep.patum Polocensem, et quidam ex saecularibus sive obtento subreptitie privilegio usitatae in ante tutelae, sive aliter per praepotentiam bona illius Archiepiscopatus occupasset, Rexque serenissimus de his rescivisset, monuit rescripto suo de data ejus Varsaviae die 10 Decembris anno Dni 1597 Capitulares Polocenses, quatenus ad obloquentiam anterioris Privilegii sui, post obitum moderni Archiep.pi Polocensis, et succedaneorum ejus bona in suam administrationem reciperent, neminique saecularium occupare permitterent. Et si quis per praepotentiam haec bona invaderet, contra talem quaerelas coram Sua Majestate exponerent. *Summ. num. 8.*

Praemittitur 4to. Quamvis bina emanaverint privilegia pro administratione per capitula vacantium bonorum Metropolitanorum, et Ep.palium, his tamen appetitum Saecularium ad vacantia ejusmodi bona spiritualia non fuisse coercitum vel exinde eruitur, quod anno 1631 per constitutionem Regni respublica huic malo obviare curaverit, et tales omnes, bona post mortem Ep.porum occupare praesumentes, pro violatoribus et invasoribus declaravit, poenaque trium millium Marcarum mulctari demandavit. *Summ. num. 9.*

Praemittitur 5to. Cum cleris saecularis Ruthenus ex antiqua consuetudine fuerit uxoratus, et religiosi aequa fuerint sub immediata Ep.porum jurisdictione ac presbyteri saeculares, placuit Illustrissimis Ep.pis Religiosos monachos ad Curias suas et ministeria adhibere. Hi itaque ad latus Ep.porum et in ministeriis dioecesanis existentes, sensim sese dilatarunt, beneficia meliora saecularia, et praesertim in quibus imagines Salvatoris, ac Beatissimae Virg. Mariae gratiis et miraculis clarentes reperiebantur, velut in dioecesi Leopoliensi Trembovliense, Vycinense et Zolkiewiense in Monastica transformari, alia Monasteriis suis incorporari de facili procurarunt: ac demum temporis successu Capitula ipsa suppresserunt, ita ut defecerint, qui vigore praerecensitorum Privilegiorum bona post obitum Ep.porum vacantia ab impetitionibus Laicorum defendissent, atque in sua administratione conservassent. Deventum itaque est, ut Illustrissimus protunc Gabriel Kolenda, Russiae Metropolitanus, cum adminiculo Patrum Basilianorum, prout expressis verbis in Narrativa Privilegii habetur, supplicavit serenissimo Joanni Casimiro, Poloniae Regi et M.D. Lithuaniae, quatenus eadem vacantia bona per Metropolitanum pro tempore administrarentur. *Summ. Num. 10.*

Praemittitur 6to. Synodus Provincialis Ruthena, Zamosciae anno Domini 1720 celebrata, insistendo suprafato Serenissimi Joannis Casi-

miri Privilegio, Titulo de Metropolitanano, § cum vacaverit, statuit, ut quoties obvenerit aliquam sedem Ep.palem vacare, Metropolitanus eam per se, vel per Ep.pum vicinorem tam in spiritualibus quam in temporatibus, ipsam vero sedem Metropolitanam Ep.pus vicinior administret. *Summ. num. 11.* His praemissis:

Ad 3tium. Bona vacantium Ep.patum vigore praecitati privilegii serenissimi Joannis Casimiri, Regis, et decreti synodalis post Capitula suppressa vel per ipsos met Metropolitanos, vel per viciniores Ep.pos ex Metropolitanorum delegatione ad usque administrabantur, et proventus ex iisdem, qualescunque fuerint, per administratores percipiebantur. Et quamvis per citatum decretum synodale cautum fuerit: *ut administrator, quicunque is fuerit, exactissimam rationem futuro Ep.po reddere teneatur,* haec tamen synodalis dispositio vix unquam in executione fuit. Eapropter aliquorum Ep.porum mens fuit, ut Capitula resuscitarentur, et capitulares ad tenorem alterememoratorum Serenissimi Sigismundi IIII privilegiorum vacantia bona administrarent, exactam futuro Ep.po suo villicationis rationem reddituri, velut Ep.po subjecti.

Ad 4tum. Si quis Ep.pus ante mortem suam testamentum condiderat, quae testamento pro sponsa sua Ecclesia, et futuro succedaneo ex mobilibus destinaverat, et Ecclesiae et succedaneo obveniebant. Si vero intestatum mori contigerit, successores sanguinis demortui omnia mobilia percipiebant.

Quo vero ad praelatos et alios perpetuos dignitarios, ad quaesita literis signata respondetur.

Ad A. Praeter Abbates et Praelatos capitulares non ita pridem anno Xti 1771, die 11 Martii, in resuscitato Capitulo Leopoliensi, Haliciensi, et Camenec. electos ac institutos, alii perpetui dignitarii in Ruthena hierarchia nostra non reperiuntur.

In dioecesi Leopoliensi duae reperiuntur Abbatiae, una Unioviensis, altera Zolkieviensis.

Prima Unioviensis Abbatia primitivo Serenissimi Sigismundi I, Poloniae Regis et magni ducis Lithuaniae ducatus, Russiae Haeredis pro erigendo Ep.patu Leopoliensi, Haliciensi, et Camenecensi ex Metropolia Haliciensi privilegio, de data ejus Cracoviae Feria quinta post Festum undecim virginum anno Dni 1539, incorporata fuit Ep.pati Leopoliensi. Ibi: cui quidem Vladicae Macario sub potestatem illius damus et conferimus omnes et singulos Spirituales Popones, eorum Ecclesias, synagogas, et monasteria in terris Russiae et Podoliae, et districtibus supranominatis Haliciensi, Leopoliensi, Camenecensi, Sniatynensi, Trembovliensi sitas, videlicet Ecclesiam Haliciensem Metropolitanam, in qua quondam Archiep.pus Metropolitanus eorum praesidebat, quae nunc

eorum lingua vulgari Krylos dicitur, *item Monasterium Unio*, quod in honorem et titulum Sanctissimae Dominae Nostrae Assumptionis Beatisimiae Virginis Mariae a praedecessoribus nostris fundatum est. Sed antecedanei Ep.pi, non constat qua de causa, praefata abbatia Unioviensi non fuerunt potiti. Ex post duo Episcopi Leopolienses, Barlaam nempe et Athanasius Szeptycki fuerunt quidem Abbates Uniovienses, sed specialibus privilegiis regiis muniti.

Secunda Zolkieviensis, anno Domini 1573 penes saecularem ab origine sua civitatensem ecclesiam erecta, quae prius per religiosos patres Basilianos tali modo fuit occupata, et a clero saeculari recepta. Regnante Joanne III, Poloniarum Rege, oppidi Zolkiew Haerede, idem Serenissimus Rex ex Valachia de Civitate Soczawa conduxit Zolkieviam lipsanas B. Martyris Joannis Soczaviensis vocitati, quas in ecclesia Civitatensi Zolkieviensi tituli Nativitatis Xti Domini collocari jussit, vivente et gubernante eam actuali Parocho presbytero saeculari. Cum his exuvii aderat quoque Metropolita Soczaviensis cum uno vel duobus Monachis, et in memorata Parochiali ad vitae suae tempora Divina una cum Parocho saeculari peragebant. Et quia ad reliquias memorati Beati Martyris Joannis Soczavien frequens erat Populi concursus, et elemosina notabilis obveniebat, post mortem dictorum Monachorum et Metropolitae Soczavien. PP. Basiliani per Illustrissimum Josephum Szumlanski, Episcopum Leopoliensem, ad regimen super clero saeculari adhibiti, et pro libitu omnia potentes, invido appetitu frequentis elemosinae ducti, id effecerunt, ut amoto ab illa ecclesia legitimo Parocho ex vera vel praetextuosa occasione, suos monachos in numero trium aliquando 4 personarum locarunt, taliterque Parochiale ecclesiam in monasticam verterunt, curam animarum ab antiquo ad eam pertinentem exercentes.

Postquam Clerus saeculares in anno 1747, accidente insinuatione Illustrissimi Domini Nuntii Apostolici, a regimine patrum Basiliatorum fuerit liberatus, et anno 1751 eosdem patres ad Illustrissimum Dominum Ordinarium modernum pro restituendis sibi ecclesiis tam Cathedralibus, quam parochialibus citaverit, processusque inchoatus ad terminos decisivos fuerit perductus, sed obvenientibus variis temporis vicissitudinibus non terminatus, dicti PP. Basiliani, ut magis sese circa suprafatam paroch. Zolkieviensem radicarent, obtulerunt per quandam P. Josaphatum Wysocki, Ordinis sui professum, et dicti praetensi Monasterioli Zolkieviensis Superiorem, p.m. Principi Radziwill supremo Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Duci, Zolkieviae Haeredi, certam quotam pecuniariam (quam dictus Religiosus Wysocki in Officio Vicarii Generalis Metropolitani in Ukraina per aliquot annos existens, ex clero Saeculari collegerat) supplicantibus, quatenus memoratus Princeps sub nomine suo oblatam sibi

summam pro Fundatione novae Abbatiae circa saepedictam Parochialem Zolkieviensem inscripsisset. Tali modo Princeps per Patres allactus et circumventus ad inscriptionem summae sibi oblatae processit, et Abbatiam fundavit, Clero saeculari quamvis contradicente, sed cum praepotenti Principe nihil efficere valente; super qua re cum Patribus lis in prima instantia finita, in secunda vero instantia, nempe in Tribunali Nunciaturae pendet adusque indecisa.

Olim Abbates in Ruthena Ecclesia eligebantur a coetu Monachorum monasterii Abbatialis, et dein per legitimum Collatorem, sive is fuerit Rex, sive alius Monasterii Fundator, praesentabatur primitus Episcopis, in quorum dioecesibus erant, et eorum Jurisdictioni aequae ac alii Monachi subjecti fuere; dein, post efformatas Provincias, Metropolitanus ad praesentatos benedicendos, instituendos, investiendos, et installandos; sed in praesentiarum hic electionis Abbatum usus jam cessavit et evanuit.

Immo cum PP. Basiliani in Provinciam redacti, in quodam suo Capitulo statuerint ad tria Religionum essentialia quartum votum non curandi Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatis, et quascunque alias dignitates sine expresso Generalis seu Proto-Archimandritae et Consultorii Ordinis consensu ac licentia, per Apostolicum Breve Benedicti XIII, anno 1728 die 15 Decembris confirmatum,¹¹¹ factum est, ut multae vacantes Abbatiae, propter negatam ejusmodi Superiorum Ordinis cuiquam licentiam, in simplicia conversa fuerint Monasteria. Super quo iniurioso facto multae fuere querelae tam coram Serenissimo Poloniae Regnante, quam coram S. Sede Apostolica, tam a Metropolitanis, quam a suppressorum Abbatiarum Patronis et Collatoribus.

Et quamvis praefatum quartum Votum de non curandis sine Ordinis Superiorum dignitatibus per Breve Benedicti XIV, incipiens: *Inlytum quidem*, anno 1753, die 12 Aprilis editum,¹¹² fuerit sublatum, memoratumque Benedicti XIII Breve revocatum, ac Serenissimus Rex et alii patroni ad libertatem nominandi et praesentandi sine ulla a Superioribus Ordinis dependentia ad vacantes dignitates ecclesiasticas Personas idoneas restituti; successive vero Abbatiae suppressae: Lavroviensis, in circulo Dominii Augustissimae Caesareo Regiae Apostolicaeque Majestatis ad praesens existens, item Vilnensis, Lavryszoviensis, Pustynensis, Torokanensis, et aliae in Magno Ducatu Lithuaniae reperibiles, per constitutionem Regni anno 1768 fuerint resuscitatae, Jusque Majestaticum redinte-

¹¹¹ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, Romae 1954, vol. II, pag. 58, nr. 670.

¹¹² Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 134, nr. 727.

gratum, Administratio vacantium Abbatiarum Metropolitano renovata, *Summ. num. 12*, et ad Abbatiam Lavroviensem Persona idonea per Serenissimum Modernum Poloniae Regem ante tres annos praesentata, tamen ad usque non est benedicta,¹¹³ nec ad bona Abbatialia occupanda per PP. Basilianos admissa.

Ad b) Regium Commissarium electionibus Abbatum quoisque practicabantur, nunquam interfuisse, per consequens nec ulla munera eidem oblata fuisse.

Ad c) Respectu suprafatarum Abbatiarum, quod respicit statum politicum, seu bona earum temporalia? Haec bona post Abbates vacantia ad tenorem supramentionati privilegii Serenissimi Joannis Casimiri, Regis Poloniae, *Summar. num. 10 exhibiti*, administrabantur vel per ipsosmet Russiae Metropolitanos, vel per alias ab eis delegatos, usquedum PP. Basiliani obtinuerint a p.m. Benedicto XIV Breve, anno Domini 1756, die 30 Martii, incipiens: *Super familiam*, Bullarii ejus tomo 4, num. 16 extensem.¹¹⁴ Quo mediante Abbates, a Serenissimo Rege vel aliis Patronis praesentati, a Metropolitanu benedicti et instituti, Dignitarii perpetui subjecti sunt immediatae Jurisdictioni Proto-archimandritae, seu Generalis Ordinis Basiliani, monacho simplici, nullam autoritatem a Rege et Republica datam sibi habenti, iidemque Abbates benedictionem et institutionem a Metropolitanu, jam vero installationem et ad bona introductionem a Proto-archimandrita Ordinis petere, et suscipere tenentur. *Sum. num. 12 Lit. A.* Cuinam autem in posterum vacantium Abbatiarum administratio competere debeat, decisio suspensa.¹¹⁵ *Eod. Summ. lit. B.*

100.

Leopoli, 18. V. 1774.

De Episcopo Chelmensi in Ucraina, de variis negotiis Metropoliae Kiovensis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 105-106.

Eccellenza Reverendissima.

EBBI la notizia dell'infortunio accaduto a Monsignor Vescovo di Chelma, in occasione della visita di Ucraina, nell'istesso tempo ch'egli ne fece il ricorso a Vostra Eccellenza Rev.ma, come valevole protettore dei nostri nelle presenti circostanze, e benigno ausiliatore presso codesta

¹¹³ Ut videtur monasterium Lavroviense non fuit ulterius provisum tamquam archimandritale.

¹¹⁴ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 161, nr. 747.

¹¹⁵ Decisio haec, ut videtur, indecisa permansit et Ordo iure suo gaudebat.

Delegazione, nel di cui Patrocinio la nostra speranza e fiducia principalmente riponiamo.

Per quanto V. Eccellenza Rev.ma mi esorta di sollevare il detto Prelato col sussidio, senza vantarmi di quello già gli somministrai, scrivo che di quello del Cattedratico di questo anno, a tenore della Concordia a me dovuto, una parte sia a lui contata, pronto di somministrargli maggior somma, quando egli si porti a fare gl'inventari dei Beni Metropolitani, come da Vostra Eccellenza gli è stato raccomandato.

Non risparmiai l'anno passato né la mia fatica, né le spese sofferte in quelle parti della Metropolia,¹¹⁶ e per i viaggi, e pure non sono state attente dal mio Monsignor Coadiuto (f. 105v), mentr'egli volle d'avere anche riscosso il Cattedratico per se medesimo, che secondo il giusto sentimento di V. Eccellenza Rev.ma toccava al suo Coadiutore, come di più sollecitato da esso Visitatore di quelle parti.

Non mancai d'esibire i registri delle entrate e delle spese sul tempo del fu Amministrazione Apostolica, di cui ero incaricato, e dopo avute, avanti i noti Giudici Compromissari, secondo la Concordia parimenti nota donde speravo per non dir qualche gratitudine al di su di ricompenso, che non è effettuato.

Nulladimeno son pronto di andarne anco in persona in quella Diocesi, come lo stima necessario il sudetto Monsignor Ryllo, per esservi coll'aiuto di Dio di consolazione di quell'ovile.

Tant'è, che ho l'onore di sottomettere alla benigna (f. 106) considerazione e giustissimo riflesso di Vostra Eccellenza Reverendissima, a cui non desisto raccomandarmi qual sono con tutta la stima, venerazione ed ossequio.

Di Vostra Eccellenza Rev.ma umilissimo, devotissimo ed obl.mo Servitore

L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad.re ad Ammin.re della Metropolia.

Leopoli, 18 Maggio 1774.
S.E. Monsignor Nuntio.

101.

Leopoli, 15. VI. 1774.

De administratione Metropoliae Kiovensis aliisque rebus.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 125-126.

¹¹⁶ Agitur de visitatione huius regionis anno 1773, mensibus maio-iulio peracta; cfr. relationem de hac re sub nr. 75.

Eccellenza Reverendissima.

Subito che ricevetti la prima pregiatissima di Vostra Eccellenza Rev.ma, in cui mi faceva menzione del Sancitum della Confederazione Generale,¹¹⁷ in vigore di cui mi si da come a Coadjutore della Metropolia di Russia l'amministrazione dei beni, io pensavo umiliarle su di esso il mio debole sentimento; ma siccome gli obblighi di Ecclesiastico si congiungono in me quelli ancora di Suddito, ho stimato dover differire fino a tanto che ricevessi un qualche avviso dalla Corte. Mi è finalmente questo giunto, e mi do l'onore di accluderlo, acciò Vostra Eccellenza medesima colla sua prudenza e saviissimo discernimento vegga, se mi conviene oppormi alle intenzioni del Sovrano, e specialmente quando sono dirette all'osservanza dei Pontifici Decreti riguardo allo Spirituale, e tendono a far cessare un'infinità di scandali e disordini, riparando altresì alla rovina dei Beni della Metropolia.

Mi lusingo, che dalla mia condotta fino ad ora tenuta abbia potuto rilevare la Santa Sede, quanto io sia figlio ossequioso ed ubbidiente della medesima; se nelle vertenze istesse di questa causa con Monsignor mio Coadjuto si fosse da ognuno mostrata la medesima ubbidienza e filiale subordinazione ai voleri del Santo Padre, già da gran tempo sarebbesi il tutto composto colla maggior scambievole tranquillità ed armonia e con quella pace, che è si necessaria per l'edificazione e vantaggio del grege a noi commesso.

Dopo tali rappresentanze, che mi do l'onore di umiliare all'Eccellenza Vostra, posso darmi altresì quello di accertarla, che ben lungi di abusare delle disposizioni prese, io le porrò in esecuzione unicamente per la dovuta osservanza alle Patrie Leggi, ma nello stesso tempo userò verso il mio Coadjuto i doveri di Ecclesiastico e di Coadiutore; non solo farò si, che tutte (f. 126) le entrate siano a lui rimesse, detrattene le spese e necessarie riparazioni, ma in quanto al suo personale, riguardandolo come un altro me stesso, farò si, che al medesimo abbiasi ogni più distinta considerazione e rispetto. Se le mie buone intenzioni avranno effetto in luogo di ritrarre dal suddetto Sancitum alcuna pena, ne rileverà all'opposto quella consolazione, di cui abbisogna nella sua età avanzata, vale a dire, di un perfetto riposo colla sicurezza di ritirare le sue entrate, senza essere più soggetto ad alcuna questione e travaglio. Per questo istesso fine perseverò io medesimo nell'idea di portarmi in quella Diocesi, e se

¹¹⁷ Textum s.d. «Sanciti» Confoederationis Regni pro exequenda concordia inter Coadiutum et Coadiutores, adhibito brachio saeculari, cfr. in documentis politicis nostrae collectionis et aliis voluminibus.

Vostra Eccellenza si degnerà in tale occasione compatirmi ancora quanche comando per maggior bene di Monsignor mio Coadjuto e della Diocesi, mi farò pregio di ubbidirla in conferma della venerazione ed ossequio, con cui ho l'onore di essere

Di Vostra Eccellenza Rev.ma umilissimo, divot.mo ed obblig.mo Servitore

L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coadiutore ed Amm.re
Metropolitano.

Leopoli, 15 Giugno 1774.

S.E. Monsignor Nunzio.

(f. 126v)

P.S. Ricevo dal Principe Maresciallo della Confederazione un nuovo e forte impulso di eseguire il Sancito con minaccie di conseguenza assoluta, che parimenti aggiungo, e mi inchino profondamente di nuovo.

102.

Leopoli, 17. VII. 1774.

Instantia Episcopi Leopoliensis de non transitu ad ritum latinum, et conservatione ritus rutheni et de conaminibus Latinorum contrariis, ad Imperatricem Mariam Theresiam.

MALINOWSKI M., *Sie Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 304-306.

*Copia instantiae Imperatrici porrectae, die 17 Julii 1774, in audience
(per Joannem Gutz)*

Sacraستisima Majestas!

Inde ab eo tempore, a quo ex divina clementia indignus licet vastas Episcopatus Haliciensis et Leopoliensis dioeceses regendas suscepit, Patrem gratiarum incessantibus precibus nunquam exorare intermisit, ut S. Unio per regna Galiciae et Londomeriae feliciter propagata magis in dies magisque confirmetur, Dei gloria et animarum ritui graeco-catholico addictarum salus promoveatur, impedimenta vero quaevis, quae undecunque imminere possent, removeantur. Interim maximo animi cum moerore mei experire cogor, his meis sollicitis curis per eos ipsos, qui maxime mihi adstipulari deberent, latinum (Polonicum) quippe clerum gravissima in dies poni obstacula adeo quidem, ut nisi Majestas Vestra diversos abusus, qui hac in parte facto latinorum irrepunt, clementissime sustulerit, impossibile videam, ut aut S. Unio efflorescat, aut plurimae animae ab aeterna perditione serventur, aut ingentia scandala praefocentur. Haec reverentia, qua erga clerum lat. (Polonorum) ferror et quotidiana moniti illius evangelici, ut fratrum meorum peccata, donec reme-

dium expectari potest, subticeantur, consideratio me quidem non sinit, ut specificos cleri latini (Pol.) in S. Unionem commissos et utcumque connotatos excessus M.V. detegam, sed in genere solum gravamina quae-dam, quae contra eundem clerum latinum subversantur, omni cum humilitate proponere ac beneficium remedium exorare praesumam.

Primum illud est, quod clerus latinus ac ipsi etiam Religiosi quandoque contra tot ac tantas Summorum Pontificum constitutiones personas graeco-catholico ritui addictas ad latinum ritum variis ac saepe illicitis modis pertrahere nitantur ac soleant. Unde facto calculo comperitur, ab anno 1758 usque ad annum 1765 mille ducentas et amplius personas melioris sortis hoc modo inductas sine dispesatione Apost. ad lat. ritum, cum ingenti omnium Unitorum scandalo descivisse. Alterum est, quod non modo Parochi, sed ipsi etiam Religiosi, quod plus, ipsi Canonici latini (Polonici) clerum mei ritus variis ac indignis modis tractare, vexare, irridere, contemnere, quinimo gravissimis injuriis afficere, et sic suis oculis despectum contemptumque reddere non exhorrescant, Ruthenos canes, fidem vero, quam profitemur, *caninam* appellant, optimos mei ritus sacerdotes per contemptum *schismaticos*, Ecclesias *synagogas*, Presbyteros Popos vocant. Ipsi Religiosi (polonici) meos parochos inter cadavera mortuorum sepulchro includere, iidemque eos, quin etiam ipsi Praelati Latini vestibus nudare et verberare praesumpserunt. Eveniunt casus, ubi Religiosi catholicos tantum ideo sepelire post mortem nolebant, quia mei ritus sacerdotibus confessi fuissent, quodque autem omnes extreme angit mei ritus sacerdotes, illud est, quod eorundem filii villissime tractentur, oneribusque rusticani subjiciantur, universim autem graeco-catholici a quibusvis publicis officiis ac muniis imo et contuberniis artificum arceantur, utut et nobilitate et dotibus complures reperiantur conspicui.

Tertio, quod idem clerus latinus liberum Graeci ritus exercitium et jurisdictionem ecclesiasticam variis ac incredibilibus modis impedire satagat. Frequenter accedit, ut dum festa Paschatis cum Latinis in eandem diem non coincidunt, campanas in Ecclesiis ruthenis pulsari non admittant, jejunia porro nostro ritui communia non modo suadeant, sed cogant etiam per homines graeco-catholicos violari. Quod si, quarto, eveniat, ut censurae excommunicationis ab Ordinaria graeco-catholica jurisdictione ferantur, eas latini ecclesiastici villipendere non exhorrent. Fuerunt exempla, ubi Latini Ecclesiastici graeco-catholicos legitimis ac in sacris conciliis aut constitutionibus Summorum Pontificum fundatis ex rationibus excommunicatos ad suam Ecclesiam suscipere, copulare, sepelire imo hoc sub praetextu, quasi transitus ab uno rito catholico ad alium excommunications tollerent, multos ad ritum latinum pertrahere

nihil pensi duxerunt; neque satis horum, sed, quinto, censuras etiam interdicti ab ordinaria jurisdictione ruthena super exercitiis sui ritus, justis de causis in jure canonico fundatis latae, Latini non raro violant. Complures casus, si necessum foret, M.V. in specifico detegere possem, ubi ipsi Dominicanii in Ecclesiis, interdicto subjectis, non curata irregularitate, via facti Missas celebrare haud veriti sunt.

Demum, sexto, tam Ecclesiastici, quam horum exemplo saeculares domini terrestres per suos subditos graeco-catholicum ritum sequentes festa de pracepto non modo impune violare permittunt, sed ut violent, auctoritate etiam dominicali cogunt. Ultimum est, non satis esse Latinis, praefatis modis ritum meum undeaque constrictum tenere, quid etiam piissimum, Ecclesiae utilitati et splendori peropportunum, atque incitando clero meo ad bene merendum de Ecclesia aptissimum quid a nostris graeco-catholicis intendatur, omni conatu impedire admittuntur. Quam primum enim 1771, divini Numinis inspiratione ejusque adjuvante gratia, Capitulum Leopoliense, temporum injuria lapsum, inito cum clero consilio restaurarem, illico Latinorum Capitula sese opponere, apud Romanam Curam conqueri, Clerum meum personas viles et agro tantum colendo idoneas ibidem repraesentare non erubuerunt, quo fit, ut confirmatio Apostolica Capituli a me restaurati hodiecum non habeatur.

Haec et innumera alia, quae singillatim deduci possent, in Divinam Majestatem peccata, Sacratissima Majestas! die nocteque pectus meum torquent ac continuo moerore implent, ne Divina Majestas tam horrenda sclera, quae partim ex odio, partim vero ex indiscreto et impudenti zelo non secus acsi impium quoddam projectum de extinguendo ritu graeco in Polonia efformatum ac undique disseminatum pro scopo sibi praefixissent, commituntur, puniat, neve S. Unio tantis curis laboribusque imo sanguine fuso maxima cum difficultate procurata, dum undique oppugnata jactatur, opprimatur, tandem iterum cum ingenti Religionis catholicae detrimento dissipetur, aut vulnus certe insanabile accipiat. Haec autem omnia quemadmodum vere ac genuine per me, vi juratae obligationis meae coram M.V. exposita sunt, adeo quidem, ut singula, quae adduxi, particularibus casibus, ipsas etiam personas denominando, necessitate sic ferente comprobare possim, ita parte ex alia et id confiteri debo, me dum justa haec gravamina contra Clerum Latinum (pol.) humillime propono, eo cultu et reverentia in eundem clerum latinum ferri, ut facta solum improbem, personas autem omnium in Christo complector. Imo et id agnosco, haec demissa mea gravamina ad omnes non extendi, cum multi sint probae ac integerrimae vitae, quive ipsi confratrum suorum acta et facta prout merentur, si non publice, vi conscientiae suae certe improbant. Quibus humillime expositis aliud non restat,

quam ut M.V. profundissima cum submissione exorem, quatenus Apostolicum zelum, quem omnes M.V. felici regimini subjecti Graeci-Catholici depraedicant, ad nos quoque novellos suos subditos conferre, abusus omnes tollere, Clerum gr. ritus catholicum iisdem immunitatibus ac juribus juxta Constitutiones Pont. singulariter pro Graeco-Catholicis Regni Poloniae emanatas, quibus latini ritus Clerus gaudet, providere, meque tandem cum universo clero ac populo sacris suis advolutum pedibus gratia et clementia Caesareo-Regia complecti non dedignetur, qui perenni in submissione emorior

M.V. Sacratissimae humilimus perpetuoque fidelis subditus et cancellanus.

Leo Szeptycki, Ep.pus Graeci ritus Catholicorum Haliciensis et Leopoliensis.

103.

Leopoli, 6. VIII. 1774.

De Episcopo Chelmensi visitante Ucrainam et de aliis negotiis connexis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 173-176.

Eccellenza Reverendissima.

Monsignor Ryllo,¹¹⁸ tutto premuroso di rivedere l'amato suo ovile, mi fa continue istanze, che lo liberi dal peso della visita d'Ucraina, peso che mi dice maggiore delle deboli sue forze, e sotto cui teme di soccombere, conforme consta da varie sue lettere, le quali trasmetto al mio Abb. Lewinski; in vista di ciò io passerei giustamente agli occhi di V.ra Eccellenza Rev.ma per indiscreto ed irragionevole, se col prolungargli le facoltà mie, dessi al medesimo il motivo di perdervi la salute, che per mille capi mi è si cara; siccome però egli stesso stima opportuno per il bene di quella Diocesi la presenza mia, e me ne dà un forte stimolo, così in adempimento del debito mio son pronto di portarmi in quelle contrade, per far l'offizio di buon Pastore.

A tenore dell'istromento, ultimamente dal suo Tribunale emanato, ho spedito l'Abb. Zoltowski da Monsignor Vescovo di Luceoria,¹¹⁹ Commissario, cui ha in tutto egli ordine di riferirsi, mentre l'Abb. Bielanski, nominato da me (f. 173v) antecedentemente Commissario, sta impedito per la sua malattia, che soffre attualmente.

¹¹⁸ Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmensis (1759-1784), dein Peremyssiensis (1785-1793). Hic ali quod tempus in Ucraina permanxit, visitationis canonicae causa.

¹¹⁹ Sylvester Rudnyckyj, Episcopus Luceoriensis (1752-1777) qui fuit Iudex Compromissorialis in causa Coadiutoriae, praesertim respectu bonorum.

Mi perdonerà Vostra Eccellenza, se sono stato sensibile alla Deputazione di Monsignor Ryllo in depositario del Cattedratico collettivo dai miei Ufficiali, per il cattivo uso, che ne può fare Monsignor Metropolitano e le creature sue, danno questi ad intendere che non sia per esser io Amministratore della Metropolia, giacchè altri, non io, son quelli che faccio la collezione del Cattedratico, cui in virtù della Concordia ed amministrazione mia conviene. Piuttosto Monsignor Ryllo faceva meglio se lo riceveva da quei di Monsignor Metropolitano, che l'avevano riscosso per il medesimo. Non posso poi capire, come Monsignor Ryllo non mi abbia sinora fatto pervenire in mano quel denaro, di cui mi è dovuta per l'annuo mio assegnamento la somma di quindici mila, ed il soprappiù devo io deporre in mani terze.

Riguardo il terzo articolo, per non tediare Vostra Eccellenza col ripetere il medesimo, mi rimetto a quanto ho avuto l'onore di presentarle su questo proposito antecedentemente.

Passo ora a raffermarmi con la dovuta stima e venerazione

Di Vostra Ecc.za Rev.ma umilissimo, devot.mo ed obblig.mo Servitore
L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad.re ed Amministratore
Metrop. di t. la Russia

Leopoli, 6 Agosto 1774.
S.E. Monsignor Nunzio.

104.

Leopoli, 17. VIII. 1774.

De negotiis Metropoliae Kiovensis administratae a Coadiutore.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 92, fol. 179.

Eccellenza Reverendissima.

Avendo Monsignor Vescovo di Luceoria¹²⁰ assegnato due Commissari per far gl'inventari dei Beni Metropolitani, a causa della distanza di uni dagli altri, l'Abb. Zukowski farà l'Officio suo in Volinia, e l'altro Commissario Abb. Zukowski, secondo l'ordine di Vostra Eccellenza Rev.ma mando in questi giorni da Monsignor Vescovo di Chelma, affinché colla di lui direzione faccia l'inventario dei Beni in Ukraina. Io pure sto per andarvi in quella diocesi per levare la fatica a Monsignor Ryllo, che anco presentamente mi scrive di voler tornare al suo ovile; se egli si è lamentato con Vostra Eccellenza Rev.ma di esser abbandonato dai miei ufficiali, lo so che l'hanno assistito e servito quanto potevano farlo, era loro quasi impossibile di essere seco lui di continuo, mentre dovevano atten-

¹²⁰ Cfr. notam 119.

dere agl'interessi del loro officio, ed anche ai propri, dove hanno la loro residenza. Non mi rimane altro per ora che raccomandarmi alle sperimentate grazie di V.E. Rev.ma, a cui confessando il mio sempre più obbligato ossequio, ho l'onore di raffermarmi con ogni stima e venerazione

Di Vostra Ecc.za Rev.ma umil.mo, div.mo ed obblig.mo servitore
L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad. Amm.re Metrop. t. R.

Leopoli, 17 Agosto 1774.
S.E. Mons. Nunzio di Polonia.

105.

Leopoli, 17. VIII. 1774.

De visitatione Ucrainae aliisque negotiis Metropoliae.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 183.

Leo in Szeptyce Szeptycki etc.

Omnibus spiritualibus et populo Orthodoxo Metropolitanae Dioecesis per Palatinatus Kijoviensis et Bracaviensis dilatatae. Benevola Ill.mi et Rev.mi Feliciani Wolodkowicz Archi-Episcopi Metropolitanus Kijoviensi et totius Russiae, Coadjuti nostri, conventione, Decreto S. Sedis Apostolicae confirmata, in Administrationem et regimen spirituale nostrum nobis traditae.

Dilectis nobis in Christo pacem et benedictionem. Inter alias muneras nostris administratorialis sollicitudines haec est maxima et primaria visitare vos in persona, solari variis molestiis afflictos, desideriis quantum fieri potest consulere, prout etiam nostra Pastorali vobis non prius detulimus et certificavimus.¹²¹ Nunc vero fortiores ad hoc exequendum sentiendo stimulus, siquidem majores ex minentibus circumstantiis perspicimus necessitatis, et vel maxime, *quod Ill.mus et Rev.mus Dominus Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmensis et Belzensis, expeditus a nobis in hujatis mea Diaecesi ad exequenda loco nostri munia salutifera vigilans et zelosus Pastor, determinatus ad taediosas oves suae Diaecesis redire.* Nos vero relictis omnibus negotiis nostris ad vos, dilectissimi Filii mei, properando, et de adventu nostro immutabili omnes vos certificando, vos praecipue A.RR. Decanos Foraneos hac mea epistola denuntiativa invitamus et in virtute s. obedientiae praecipimus, quatenus ad Radomysl pro die 7ma Septembris V.S. sine mora compareatis, vocem Pastoris, quam ad vos habebimus, audientes, desideria RR. Parochorum

¹²¹ Cfr. de hoc negotio opus J. CHOMA, *Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmensis et Peremysliensis (1759-1793)*, Romae 1953, pag. 15-26; Ryllo tantummodo die 15 novembris 1774 in suam Eparchiam rediit.

in Decanatibus Vestris et propria in scriptis nobis exhibentes, utrum omnes S. Chrisma, et a quo hoc anno recepistis, in operibus, curam animarum respicientibus, quam gerant diligentiam juratam obedientiam ipsi et ipsorum populus constanter adimplent, censem mensae secundum consuetudinem pro praeterito et praesenti (exsolvant), et utrum plene importarunt, indubitanter nos certos reddant, dipartimenta Decanatum et quietationes exhibeant. Nos autem vobis in Spiritu S., Dilectissimi Filii, ad omnia juvante... Gratia in qualibet demonstratione ad solatum Vestrum consilium et dispensationem efficacissima proponere non intermittemus, et interim ab Omnipotenti Providentia, cui vos semper ardenter committimus, omnia temporalia et coelestia Bona vobis optando, hunc denuntiativum Processum typo evulgare commissum et solita cursoria ad omnes Decanos expedite demandavimus. ...

Datum Leopoli, die 17 mensis Augusti VS., anno 1774.

Leo, Episcopus (L.S.)
Daniel Werchratski (mp).

106.

Radomislia, 17. IX. 1774.

De commoratione Episcopi Leopoliensis in Ucraina.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 34, f. 312.

Eccellenza Reverendissima.

Ho l'onore di darne parte a Vostra Eccellenza Reverendissima del mio arrivo in questa mia diocesi amministrionale, e di quanto sono per operare.

Ho anticipato le lettere ai decani e clero convocandoli a Radomisł, al fine di consolarli colla mia presenza Pastorale, e di saper precisamente dai medesimi quanto di pregiudizio si è fatto alla Santa Unione, e quante violenze colla surrezione delle Chiese si sono pratticate, per avere indi un'informazione necessaria da rapportarsi nella Commissione, che si ha da disputare da Codesta General Confederazione, di cui mi ha avvisato Monsignore Gran Cancelliere¹²² coll'avvertirmi, in qual maniera debba io comportarmi nelle moderne circostanze; con tutto ciò stimo mio dovere di pregare V.E. Rev.ma dei più maggiori lumi per la preparazione opportuna alla Commissione suddetta, e bramando il pregio dei suoi veneratissimi comandi, mi raccomando alle innate sue grazie, qual con ogni stima ed ossequio sono

¹²² Andreas Mlodziejowski, magnus Cancellarius Poloniae (1767-1780).

Di V.ra Ecc.za Rev.ma umil.mo, divot.mo ed obblig.mo Servitore
L. Leo Szeptycki, Vesc. di Leopoli, Coad.re ed Amministr. Metrop.
di tutta la Russia

Radomisl, 17 Settembre 1774.
S.E. Monsignore Nunzio di Polonia.

107.

Radomislia, 29. IX. 1774.

De distinctione cuiusdam sacerdotis benemeriti et persecuti in Ucraina.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 98, fol. 75-76.

Illustrissime, Excellentissime ac Reverendissime Domine, Domine
Protector Gratosissime.

Gregorius Akrahantensis de Suchovola Suchowolski, Decanus Kor-
sunensis, limitaneorum Smilanscen., Czeherinen. ac Moszenensis Deca-
natuum Ukrainensium delegatus visitator, eorumque cum futura suc-
cessione Administrator, Praepositus Vodzianicensis, talentis scientiarum
ornatus, illo autem multis in negotiis Spiritualibus Consistorium Nostrum
Administratoriale Metropolitanum Kijoviense usurpans, probavit eum
doctrina, auctoritate, peritia, vita sua exemplari, bonis moribus, et
operum recto, alios excellere ac superare, praecipuum decus ac arna-
mentum Cleri; ejus vero matura ac spetiosa in Unione fidei Sanctae per-
severantia, majori ex parte Clerus Spiritualis Dioecesis Notrae Kijovien-
sis sustentatus fundatur, tam vigilanter et attente, quod et Populus hujus
orae affabilem et exemplarem ejus remonstrationem pie audiens, ala-
criter inchoaverat se Unioni Sanctae convertere, quibus ejus salutaribus
operibus volentes impedire Disuniti, Militibus in eum Moschoviticis de-
ductis, tam graviter eorum crudelibus, persecutoriis, ac rapacibus mani-
bus raptus et tyrannice tortatus, vulneratus, ractibus immisericorditer
legatus, astricis gelis nudatus, jam fere periculosa (f. 75v) salutis et
vitae in gravissimis soleis ligneis, per varios locos vectatus, cavillatus,
et irrite vexatus, vix prope in eorum manibus animam suam non inhia-
ret, in quo Carcere a die 7 Januarii usque ad diem 18 Iunii in adstricto
ac impracticato mancipio tenebatur, a quibus persecutoribus quamvis
non parum injurias, afflictiones, et dolores intrinsecos toleravit, attamen
in Unione Sancta firmiter perseverans, uti immota columna, non permi-
serit se eis vincere, de Apostasia autem seorsim tentatus fuerat, pro qui-
bus ejus tam laudabilibus virtutibus, plerisque de convertenda ac pro-
paganda Unione Sancta, non sine lucro omnibus viribus, susceptis labo-
ribus, actis operibus, toleratis a Persecutoribus tyrannicis crudelitatibus, et
ingratis custodiis, dignaretur particeps Prothonotariatus Apostolici, una

cum facultate ferendi in pectoribus suis Crucem Triumphantem, cum Catenula, ab Ill.ma ac Reverendissima Excellentia ei beate concessa. Quem ex informatione dignorum Praelatorum Archidioecesis Nostrae Metropolitanae Kijoviensis reccomendo suae Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae, humiliter suam Excellentiam supplicans, et ei in praecibus meis, gratia suae Ill.mae Excellentiae non amovearetur, et instrumentum pro supradictis Officiis ex Cancellaria ejus traderetur, ut et alteri de hoc accepto exemplo in similibus virtutibus se affirmantes exerceantur. In qua mea intercessione effect... concupiscentem fastidiose expectans, una cum illo clementiae ejus Pastorali me commendo, manens debita cum abservantia.

Datum Radomysliae, 29 Septembris 1774 Anno.

Ill.mae ac Rev.mae Excellentiae humillimus et obedientissimus Servus
Leo, Ep.pus Leop. et Adm. M. t. R.

108.

Radomislia, 1. X. 1774.

De quibusdam bonis Mensae Metropolitanae recuperandis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 210rv.

Eccellenza Reverendissima.

Essendo avvisato dell'attuale trattato nella Delegazione della Starostia di Bialacerkiew, cui sono confini i Beni Metropolitani di Barachty, stimo il mio dovere di accennarne a Vostra Eccellenza Rev.ma, qualmente i medesimi meramente Ecclesiastici, dal mio Coadjuto allorché era ancora Coadjutore della Metropolia, furono ceduti al Sig.r Mniszech, moderno Castellano di Cracovia con un patto «ad vitae tempora» di questi, di poi il medesimo a me ha commesso di ricuperarli, ed infatti ne ho istituito il processo con il detto Possessore, e ne ho già ottenuto un Decreto favorevole nel Tribunale del Regno, nulladimeno pretendevasi dalla Dieta del 1768 di unirli alla detta Starostia, dal che con gran stento li ho difesi, finalmente il medesimo Metropolitano me li ha ceduti per la Concordia, al n. 10, ora temendo, che non vi si inviluppino essi di nuovo colla sopradetta Starostia, avanzo le mie umilissime preghiere a V.E. Rev.ma perchè si degni ordinare al mio Abb. Lewinski, che ne informi (f. 210v) pienamente dello stato dei medesimi, che sottometto alla valevole attenzione sua, ed ho l'onore di vantarmi indesinenteamente pieno di stima, venerazione e rispetto

Di Vostra Eccellenza Rev.ma umilissimo, devot.mo ed obblig.mo
Servitore

L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad. ed Amm.re di tutta
la Russia

Radomysl, 1 Ottobre 1774.

S.E. Monsignor Nunzio.

109.

Leopoli, 14. XII. 1774.

De quibusdam negotiis post redditum Leopolim tractandis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 259.

Illustrissimo Signore, Signore Patronne Colendissimo.

In avvicinarsi le Feste del S. Natale e del nuovo anno, antipro i miei voti a V. S.ría Ill.ma augurandole dal Cielo ogni prosperità in tutte le sue brame, acciò goda di continua contentezza per la lunga serie dei ferventissimi anni: ciò che di cuore le desidero in testimonianza della mia attenzione verso i suoi meriti, e le sperimentate grazie, delle quali ho il pregio di vantarmi.

Poco è, che tornato a questa mia residenza, ho visto una faragine della scrittura stampata in causa vertente con Monsignore mio Coadiuto, alla quale rispondere con tutto il candore non mi è facile, senza vedere tutto il sommario dei documenti ivi citati, onde vengo a supplicare V.S. Ill.ma di voler comandare la comunicazione di tutto il detto sommario, perchè lo possa rivedere, e soddisfare colla risposta (f. 259v) a tutte le richieste della Parte avversa; spero nella sua bontà e giustizia, che mi accorderà questa grazia.

Mi vien detto dal Rev.mo Padre Prefetto di questo Collegio Pontificio¹²³ della graziosa istanza di V.S. Ill.ma a favore del mio Abb. Lewinski; ho perciò l'onore di attestarle la mia prontezza in conformarmi ai suoi veneratissimi voleri, ne mando il richiesto consenso di accettare il Cancellariato nel Capitolo di Vladimiria, ed altresì ho piacere, che egli continui i suoi ossequi a V.S. Ill.ma ancora in Vienna.¹²⁴

La ringrazio dei suoi favori, in cui n'ha il mio Clero e la prego della

¹²³ Agitur de P. Ignatio Rosetti, Praefecto Collegii Pontificii Theatinorum Leopoli (1760-1784).

¹²⁴ Agitur de Stephano Levynskyj, Canonico Leopoliensi, dein Cancellario Capituli Volodimiriensis, Procuratore causarum Ecclesiae Unitae Varsaviae, dein Archimandrita Comendatario Suprasliensi, Episcopo titulari Thegeano et demum Episcopo Luceoriensi. Magna gaudebat confidentia tum Nuntii Apostolici tum Episcopi Leopoliensis.

continuazione delle sue grazie per il medesimo ed altrettanto mi dia occasioni di comprovarle la mia stima e rispetto, con cui sono.

Leopoli, 14 Dicembre 1774.

Di V. Signoria Ill.ma devotissimo ed obligatissimo Servitore
L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coad.re ed Amm.re Metrop.
di tutta la Russia.

L'ILL.mo Sig.re Conte Caleppi, Uditore.

110.

Leopoli, 14. XII. 1774.

Enumeratio, descriptio et collocatio ecclesiarum ritus rutheni in civitate Leopoliensi.

PETRUSEVYČ A., *Svodnaja halycko-ruskaja letopysj, ann. 1772-1800*, vol. II, pag. 66-70, Leopoli 1889.

Ecclesiae ritus graeci cath. Leopoli reperibles.

1-ma. S. Georgii Martyris extra muros, per Sigismundum I Poloniae Regem anno Ch. 1539 in cathedralem Leopoliensem designata, et successive per alios serenissimos Reges pro tali confirmata. Patres Basiliani cathedralitatem hujus ecclesiae ab annis circiter 24 moverunt in quaestionem, evincere conantes eam sicut et alias duas, videlicet Haliciensem in Kryłos, tituli Assumptionis in coelum Beatissimae V. Mariae, et Camenecensem tituli SS.mae Trinitatis non esse cathedrales, sed suas proprias monachales; causaque haec ad urbem jam est evocata, sed non definita.

2-da. Assumptionis in coelum B.V. Mariae intra moenia civitatis, Confraternitatis ab jurisdictione Ordinarii quoad temporale regimen exceptae, et sub protectione S. Congregationis de Propaganda fide existentis. In praesentiarum habet praepositum, vicarios tres, mansionarium unum, diaconum unum, et clericum unum ad obsequia ecclesiastica, praeter alios cantores necessarios, quibus omnibus in annum solvere tenetur flor. polon. 600. Sed ab anno et ultra nec hos, quamvis pro tot personis nimis exiguos, persolvit, quia et ipsa in suis proventibus, quos ex typographia sclavonica, olim etiam graeca notabiles habebat, partim ob non exactam eorum administrationem, partim propter litem cum loci Ordinario ad effectum procurandae exemptionis Romae motam, partim propter erectam similem in monasterio P.P. Basiliianorum Poczajoviensi typographiam, magnum patitur damnum.

3-tia. S. Nicolai, ex latere cocto, in suburbio Cracoviensi dicto, ex-

structa. Haec habuit juridicam in vicinitate sui, usque ad portam civitatis protensam, per principes haeredes privilegiatam, tum etiam fundos amplissimos versus suburbium Glinianense vocitatum, et villam Zniesienie dictam, in quibus modo locata est villa Krzywczyce nuncupata. Sed haec juridica pridem per praepotentiam capitaneorum Leopoliensium, in maxima quantitate est diminuta, ita ut paucissimi reicti ecclesiae censitae, vix in annum pro luminibus, vino, reparationibus et aliis ejusdem necessitatibus floren. Pol. 50 vel 60 contribuant. Amplissimi vero fundi, super quibus villa Krzywczyce locata est ab annis circiter centum, per praepotentiam saecularis potestatis, adusque ignotum quo iure sunt ab ecclesia praerecensita avulsi.

4-ta. S. Parascevae, pariter murata, in eodem suburbio existens. Haec ex fundatione habet particulam agri et foenificium ibidem versus iuridicam Tarnawka vocitamat, et in coemeterio eidem contiguo pomarium. Hi fundi pro stipendio parocho sunt assignati, quos aliis colendos conducere solitos in annum pro flor. pol. 40. Pomarium autem, quo anno fructificat, venditur pomatoribus juxta fructuum copiam, aliquando flor. pol. 100, 120, 130, 150, et quandoque 200, sed raro; haecque pecunia vertitur in reparationem et alias ecclesiae necessitates.

5-ta. Resurrectionis Christi Domini, lignea, in eodem suburbio, circa cemeterium decem censitas, qui in annum eidem ecclesiae solvere fuerunt soliti flor. pol... pro necessitatibus ejusdem expendendos. Parochus ejus habet hortulum cum pomario et versus suburbium ad Zniesienie agrum aratilem et foenificium, quae in annum conducuntur flor. polon. 50.

6-ta. S. Theodori Tyronis, in suburbio Cracoviensi, versus synagogam Iudeorum, inter cerdones sita, lignea. Haec habet aliquot censitas, qui censem eidem pro cera, sevo, et aliis necessitatibus solvunt, efficiendum in annum plus minus flor. pol. 50. Habet item foenificium prope villam Zniesienie, quod conducere solet in annum flor. pol. circiter 20. Parochus ejus habet aliud foenificium Biłohorszcza nuncupatum, versus villem Rzęsną polską situm, quod pratum in annum rusticis conducere solet flor. pol. 120, 130, et ultra juxta fertilitatem graminis. De reliquo vivit ex providentia Dei, eleemosyna Christi fidelium.

7-ma. Nativitatis B.V. Mariae, lignea, pariter in eodem suburbio, versus arcem superiorem in Tarnawka sita. Haec praeter unicum cemeterium nec pro se, nec pro parocho quidquam fixum habet. Sed parochiani propria industria et expensis eam satis in compto decore sustinent. Parochus vero tam dictorum parochianorum suorum, quam etiam extraneorum eleemosyna miseram sicut et alii dicit vitam.

8-va. Transfigurationis Christi Domini, similiter lignea, quae ob sui

vetustatem ab annis circiter 26 vacat desolata. Olim habuit parochianos permultos mercatores pelliones ditissimos, sed modo nullum, et ideo ruinam passa. Paucus autem ager et foenificium, quibus parochi illius ecclesiae utebantur, sunt applicata ecclesiae S. Parascevae pro usu parochi ejus.

9-na. Exaltationis S. Crucis, lignea. Habet pro usu parochi hortulum et modicum agri pro unius diei aratura. Parochiani provident quaeque necessaria eidem partim de proprio, partim ex eleemosynis fidelium.

10-ma. Epiphaniarum, lignea, in suburbio Haliciensi, versus conventum P.P. Carmelitarum calceatorum sita. Haec praeter pomarium in cemeterio et quatuor incolas in eodem locatos nihil plus habet. Inhabitatores solvunt annum censem flor. pol... qui pro cera, vino et aliis ejusdem ecclesiae necessitatibus convertuntur, reliqua suppeditant parochiani. Parochus eius sola populi eleemosyna vivit.

11-ma. Annuntiationis B.V.M., lignea, in suburbio Cracoviensi, ex opposito coenobii monialium S. Brygittae sita, ob vetustatem ruinae proxima. Haec praeter pomarium cemeterio contiguum et duos censitas, qui annum censem pro necessitatibus ejus flor. pol... solvunt, nullos alios habet fundos et proventus stabiles. Parochus ejus pariter praeter flor. pol. 30 ex pomario, nullos fixos habet redditus, sed sola vivit eleemosina.

Hae decem ecclesiae numerosissimos et oppulentos olim habuerant parochianos, et parochi earum copiosam eleemosynam, iidemque simul fuerant Capitulares capituli Rutheni Leopoliensis, sclavonico idiomate kryłoszani vocitati. Sed temporis successu, perversa gente Hebraeorum multiplicata, eadem gens artibus suis Christianos Ruthenos expilavit, fundos domosque fidelium occupavit, ita ut in praesentiarum paucissimi reperiantur; immo, circa ecclesias S. Parascevae et Resurrectionis Christi Domini vix quinque aut sex patres familias, et hi pauperimi numerentur. Successive autem etiam Capitulum studio monachorum in Officiis consistorialibus et curialibus episcoporum tunc existentium abolitum fuit. Circa cuius per me in anno 1771 resuscitationem praeter id quod ego statui conferre, repertae sunt nonnullae personae quae de peculio suo, tam pro sustentatione Capitularium, quam pro manutentione praefatarum depauperatarum ecclesiarum in Praestimoniales ab antiquo destinatarum obtulerunt notabilem summam. Sed videntes adversarios in Urbe confirmationi hujusce Capituli per me resuscitati inficiari, effectuationem pietissimae oblationis suae adusque retardant. Immo subaudio, quod timentes ne summa oblata, negata confirmatione apostolica, de facili pereat, hanc salutarem intentionem suam velint immutare et appromissas summas suas in alios usus destinare.

Praeter supra specificatas urbanam et suburbanas ecclesias capitulares, adsunt adhuc duae aliae in vicinis civitati huic villis ecclesiae, quae similiter pro capituloibus fuerant designatae, videlicet in villa Hołowsko, tituli Protectionis B.V. Mariae, murata, et in villa Zniesienie, tituli Ascensionis in coelum Christi Domini. Hae ambae pro sustentatione parochorum habent agros aratiles et prata, quibus utuntur. De luminibus autem reparationibus et aliis ecclesiarum ipsarum necessitatibus provident Parochiani. Haec de ecclesiis Leopoli existentibus. Nunc sequuntur ecclesiae per oppida pagos et villas reperibiles, et quidem in decanatu Leopoliensi.

Tu moim zdaniem pisac tylko wsie y miasteczka w których są cerkwie. A gdzie znaydować się będzie dwie, trzy i więcej, tam exprimere etiam titulos ecclesiarum dla dystynkcyi. Po wypisanym całym dekanacie dopiero na koncu generice wyrazic po wiele cwiertci mają plus minus gruntów i sianożęci parochowie dla sustentacyi swoiey. Także gdzie są awulta znaczne, v.g.w Stradczu, w dekanacie Szczerzeckim, w Brodkach, te specificie wyrazic. Informacya zas tam quantitatis agrorum, pratorum, quam avulsorum petenda z wizyty X. Szadurskiego. Jak zas będą wypisywane dekanaty Podgórskie, w których kapłani na sustentacyę po kilka dni orania i po kilka kosarzów mają pola i sianożęci, w tych dekanatach na koncu wyrażać dni orania y kosarzów koszenia. Na zbiecie impressyi wielkich prowentów dla biskupa z katedryku, można będzie po opisaniu wszystkich dekanatów nakoniec przydac in modum similem: Et quia episcopatus non habet nisi tres villas vide-licet: Perehynsk, Kryłos, et Podgrodzie, quae duae posteriores sunt parvae, villa autem Perehynsk licet originaliter in 16 laneis fuit locata, ad praesens dntaxat in sex laneis consistit, decem autem lanei per vim et potentiam haeredum contiguorum bonorum Roźniatów avulsi, et quamvis ego in tribunali regni obtainuerim decretum et adjudicationem primivae granicie, eidem villa competentes, tamen executionem ejus rebelli oppositioni impediverunt, et adusque dictos avulso fundos usurpative possident; ideo de praescripto sacrorum canonum, ex antiquissima consuetudine pro condigna episcopali sustentatione supramentionati parochi (capituloibus ab antiquo exceptis) subsidium charitativum sive cathedralicum annuatim pendere solent. Quod cum olim ad libitum episcoporum fuerit taxari consuetum, in Synodo provinciali anno domini 1720 Zamosciae, sub praesidentia Ill.mi Nuncii Apostolici celebrato, reductum est, ut in optimo beneficio florenos pol. 16 non excedat. Tenuiorum autem beneficiorum habendus respectus est commendatus. Itaque praedecessor meus, qui memoratae Synodo interfuit, pro suo facilitiori computo statuit, ab uno quoque beneficio florenos polonicales duodecim numerandos, ita ut qui habet beneficium melius, tribuat florenos ad sum-

mum 16, qui vero habent tenuiora solvant per flor. 12, 10, 9, 8, 7, et miserabiliora etiam sex aut 5.

Datum Leopoli, die 14 Decembris 1774.

Leo Szeptycki, episcopus Leopoliensis, coadjutor et
administrator M. t. R.

111.

(In Russia, an. 1774)

Gratias agit de concessa administratione Metropoliae suumque promittit laborem et operam.

APF, *Scritt. rif. n.. Congregazioni Generali*, vol. 821, f. 213rv.

Eminentissimi Reverendissimi Domini, Domini Patroni Colendissimi.

Assumpti ab aliquot annis, Sancta Apostolica Sede consentiente et approbante, Coadjutores cum successione ab Illustrissimo Reverendissimo Domino Feliciano Wolodkowicz, Metropolita totius Russiae atque una Uladimirensi Episcopo, cum in praesentiarum a supralaudato Domino Coadjuto Nostro ad Curam respectivarum ejus Dioecesum cum titulo Vicariorum Generalium vocati simus, praecipuam debiti Officii Nostri partem censemus eam, ut Eminentiarum Vestrarum, quarum arbitrio et supremae auctoritati Roxolana Ecclesia subjectam se esse gaudet, et gloriatur, hoc difficillimo periculorum pleno tempore validissimam Protectionem imploremus, qua freti, et Sanctam Catholicae Ecclesiae (f. 213v) Unitatem, quae sub felicissimis hujus Sacrae Congregationis auspiciis mirifice in Russia crevit, atque insigni incremento aucta est, vitae etiam dispendio propugnemus, et Disciplinae Ecclesiasticae sacerdetae et conservandae integritati debitae pro viribus studia impendamus. Deus Optimus Maximus Eminentias Vestras ad Orthodoxae Religionis in Universo Orbe augmentum et tutelam incolumes diutissime servet, Nos autem ea sorte beatos efficiat, ut et munere Nobis commisso diligenter et viriliter perfungamur et obtemperantissima ad omnia mandata voluntate summa cum devotione esse comprobemur.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, obs.mi et oblig.mi Servitores

Leo Szeptycki, Ep. Leop., Coad. Metrop. totius Russiae.

A. Mlodouski, Ep. Bresten., Coadiutor Vladimiriensis (mp).

112.

Leopoli, 15. II. 1775.

De rebus Ucrainae et praesertim de statu lamentabili Unionis.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 34, fol. 367-368.

Eccellenza Reverendissima.

Ben fondato sull'innata bontà di V.E. Rev.ma e del suo inalterabile zelo per la S. Unione, ne do parte della notizia funesta, che ricevo dal mio Offiziale di Bracłavia, cioè a dire, che di nuovo i Protopopi disuniti sotto protesta, e coll'occasione del passaggio delle Truppe Rossiache da Valachia in quelle parti, hanno rincominciato a far delle violenze agli Uniti, ed occupare le loro chiese, principalmente un certo chiamato Nalewayko, nel Decanato di Komargrod, che con la forza di quindici uomini insolenti ha fatto delle invasioni in molti luoghi; un'altro chiamato Stefanowicz, nel Decanato di Raszkow; il terzo vocitato Luca Romanowski, nel decanato di Czeczelnik, ed oltre di questi, li Neo-ordinati Plebei dal Vescovo di Perejaslaw. Ho ordinato al detto mio Offiziale, che si riferisca al Signor General Szyrkow, a cui ho io stesso scritto; (f. 367v) per altro indirizzo l'affare alla valevole protezione di V.E. Rev.ma perchè voglia informarsi pienamente dal Sig. Abbate Lewinski, ed unitamente, se le parerà così, con S.E. il Signor Ministro Imperiale trattare con quello di Moscovia, acciocchè dia precisi ordini di reprimere la temerità e le violenze dei disuniti sudditi, ma si osservi la di lui ministeriale dichiarazione, data tempo fà; e perciò tutti i nuovi attentati si levano e si risarciscano le violenze, ed invasioni; per questo fine ne mando le lettere del suddetto Offiziale al detto Abbate Lewinski, che ne darà pure a V.E. Rev.ma, quando gli domanderà, la nota delle specifiche violenze, e della presa delle Chiese, come anche della seduzione degli Uniti, dei quali ne ho ricevuto il racconto a questo tempo; di quello in avvenire mi sarà riferito, non tarderò di comunicarne a V.E. Rev.ma, come pure le risposte, che spero d'avere dal Signor Generale (f. 268) Szyrkow, e dal Signor Feldmaresciallo Romansow, cui posteriormente ho scritto, ed ad esso ho inviato il mio Offiziale di Caminietz, subito che ho sentito del suo arrivo verso Mohilow; tutto ciò credo le sarà d'informazione utile e necessario; intanto supplicandola umilmente del suo patrocinio circa il sopra espresso, ed altrettanto della continuazione della sua stimatissima grazia, della quale mi vanto pieno di stima, venerazione, e rispetto.

Leopoli, 15 Febbraio 1775.

Di Vostra Eccellenza Rev.ma umil.mo, divotissimo ed obbligat.mo Servitore

L. Leone Szeptycki, Vesc. di Leopoli, Coadiut. ed Amministr.
di tutta la Russia

S.E. Monsignor Nunzio di Polonia.

113.

Leopoli, 15. III. 1775.

Auguria onomastica Nuntio Ap. et de projecto erigendi eparchiam non unitam Braclavensem.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 34, f. 371.

Eccellenza Reverendissima.¹²⁵

Mi reputerai mancante nell'obbligo che professo a Vostra Eccellenza Rev.ma se in occasione della Festa del suo Tutelare, S. Giuseppe, stessi in silenzio, mi permetta adunque, che le palesi i miei attestati della mia viva intenzione nel desiderarle ogni prosperità, singolarmente per l'intercessione presso l'Altissimo di detto Santo Tutelare, che prego di secondare i miei voti, affinchè ella sia colmata d'ogni sorte in tutte le sue brame coll'innalzamento più spettabile ed adorevole nella S. Chiesa, in compenso immortale dei suoi meriti, e del'indefesso zelo per la medesima.

Con sommo mio giubilo ricevo l'annunzio dell'innalzamento al Soglio Pontificio di Pio VI, colle ordinazioni di V.E. Rev.ma, in esecuzione di che farò subito estendere l'universale per quella Diocesi Metropolitana in Ucraina, che purtroppo è afflitta dal mischiarsi il Vescovo di Perejasлавia; ma quel che sento di peggio, che si tratta dell'erezione del (f. 371v) Vescovado disunito di Bracлавia, mi sta nel cuore, perciò ricorro supplichevole all'innata bontà e sperimentato zelo di V.E. Rev.ma acciò coll'autorevole sua cooperazione non permetta lasciar perire in un Regno e sotto il Sovrano Cattolico la S. Fede, per la pretesa creazione d'un Vescovo nonunito. Scrivo pure a S.E. il Sig. Barone Rewitcki sopra il medesimo punto, che secondo le istruzioni delle loro Maestà Imperiali in iscritto ed in voce dategli, difenda la Religione Cattolica; ora che Iddio ci ha dato il Capo della S. Chiesa, spero che con maggiore efficacia e protezione di queste due Potenze venga difesa la S. Fede.

Torno a raccomandare quella gregge di Ucraina alla benigna sua protezione, professandole la dovuta stima, rispetto e venerazione.

Leopoli, 15 Marzo 1775.

Di Vostra Ecc.za Rev.ma umil.mo, devot.mo ed obblig.mo Servitore L. Leone Szeptycki, Vesc. di Leopoli, Coad. ed Amminist. Metropolit. di tutta la Russia.

S.E. Monsignor Conte Garampi, Nunzio di Polonia.

¹²⁵ Nuntio Apostolico Varsaviensi, Josepho Garampi (1772-1775).

114.

*Leopoli, 19. IV. 1775.**De sua controversia cum Metr. Volodkovyc eiusque actionibus.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 12, fol. 268-269.Em.me et R.me D.ne, D.ne Patrone Colendissime.¹²⁶

Veneratissimis Eminentiae Vestrae literis, adhuc sub die 18 Ianuarii ad me datis,¹²⁷ at non prius, quam ultimis diebus elapsi Martii mihi allatis, cum ea, qua par est, humilitate responsurus, imprimis fateor ingenue, me quo ardenter semper exoptasse gratiam, benevolentiam ac protectionem Vestrae Eminentiae, Sacraeque Congregationis promereri, eo acerbiori animi sensu excipere quandam in me indignationem eiusdem, verum tamen non despero me in integrum restitutum iri, statim ac ea, quae contra me pro parte D.ni Metropolitanae totius Russiae, mei Coadiuti isthic delata sunt, meram calumniam praeseferre, ac subsistere nunquam posse probavero.

Atque primo intellexi me esse accusatum, ac si Sancitum regium contra ecclesiasticam immunitatem extorserim.¹²⁸ Hoc itaque in puncto accusationis pro vera sinceraque mei iustificatione adfirmare mihi sufficiat, ipsummet D.num Metropolitanum fuisse auctorem Sanciti huiusmodi, illudque provocasse suo ad confoederatos Regni ordines recursu, fine nos Coadiutores suos exuendi permisso ab Exc.mo D.no Nuntio Apostolico extraordinario brachii saecularis remedio nostram integritatem pro tuentis, tali namque suo passu nos traxit ad exponentias confoederatis Statibus Reipublicae nostras iniurias ac pericula similia, ut iam stante priori administratione a Sancta Sede Apostolica nobis commissa satis experti fuimus, qui non expectata in iurisdictione spirituali ac temporali legitima sui reintegratione, cum assistentia militis Moschovitici, in bona Mensae metropolitanae irruit, eaque occupavit, dispositores nonnullos fugavit, nonnullos deprehensos gravissime verberari, ministros spirituales captivare, captivatos in squallidos carceres detrudere iussit, et tali carceratione (fol. 268v) uni, nimirum R.do Wackiewicz, mortem causavit, quae nobis et nostris ministris etiam in praesentiarum procul dubio imminebat, utpote qui id unicum desiderabamus, ut D.nus Metropolitanus

¹²⁶ Praefecto S.C. de Propaganda Fide, Josepho Maria Castelli (1763-1780).¹²⁷ Litterae hae desunt in nostra Collectione *Litterarum S.C. de Prop. Fide*, vol. V, per inadvertentiam omissae. Scriptae fuerunt ad instantiam Metropolitanae Feliciani Wolodkovycz, qui suos Coadiutores de procurato interventu potestatis civilis accusavit.¹²⁸ Cfr. de hoc «Sancito» in respectivis Documentis nostrae Collectionis: *Documenta Principum historiam Ucrainae illustrantia*.

pacis conditiones in concordia per S. Sedem Apostolicam approbata prae scriptas adimpleat et bona nobiscum fide procedat.

Quod spectat aliud caput, obiectae mihi ac si durae executionis regiae iussionis, id puram calumniam dicere non vereor; quomodo enim ille quidquam grave in sui personam attentatum asserere potest, siquidem licet Sancitum confoederatae Reipublicae in Maio adhuc anno praeterito 1774 emanatum, et nobis cum seorsivis iussionibus regiis ac Reipublicae in ordine eiusdem quantotius exequendi intimatum in manibus meis fuisset, tamen omni aequanimitate cum eodem procedendo, modos et media rem istam accordandi quaesiveram, ad bona Radomysl Mensae metropolitanae Kijoviensis, ubi ipsem prae sens iurisdictionem spiritualem exercueram, eundem Ill. mum Coadiutum meum per eius ministros ac amicos invitaveram, et postquam ibidem advenerit, per aliquot septimanas tractando cum omni civitate novum accordatum super temporalium regimine ineundum suaseram, et ad id suadendum Ill. mi D. ni Maximiliani Ryllo, Episcopi Chelmensis, tunc etiam ibidem comprae sentis, aliorumque eius familiarium et amicorum ope utebar; omnium tamen spretis consiliis, et rebus infectis relictis, duntaxat perceptis ex bonis proventibus, item rebus variis in frumentis, legumenis, aliisque etiam localibus pro re oeconomica ac praediorum conservandorum exigentia necessariis, ad ducentos fere currus et vecturas, in Volhyniam expeditis, ac pecudibus abactis, ipsem cum indignatione ac fervore rursus ad bona Kupieczow, Mensae episcopalnis Vlodimiriensis abscessit, tunc itaque eo iam absente non tam libenter, quam reverenter, dictarum iusionum et iteratorum mandatorum, iam ultimis mensis Novembris eiusdem anni, executio admissa.

Quomodo prae sumit affirmare se per summam iniuriam possessione praediorum omnium esse spoliatum, qui hucusque pacifice absque interruptione bona mensae metropolitanae in Magno Ducatu Lithuaniae sita, notabiles pro ventus importantia eodem Sancito Reipublicae meae administrationi commissa, possidet, et pro ventus omnes percipit? An ne non temere conqueratur denegari sibi commoda, et ad vitam sustentandam requisita, cui praeter pro ventus considerabiles, quos ex dictis bonis Mensae metropolitanae in magno ducatu Lithuaniae existentibus percipit, omnia, quaecunque demandat, ex reliquis bonis in Regno sitis meae ad prae sens administrationis, omnia necessaria, ac etiam pecunia a me sub ministratur? Quomodo pauperis et egeni personam prae sentare non erubescit, qui recentissime, id est in mense Ianuario, anni prae sentis, a principe Radzivilio pro trecentis millibus florenorum Polonicalium bona Cuman dicta emit? Asserta denique omnia tam de coniectione in carceres oeconomorum administratorumque reddituum Mensae metropolita-

nae, quam de mancipatione servorum vernaculorum (fol. 269) sicuti crassam falsitatem redolent, ita honestatem bonamque fidem D.ni Metropolitae totius Russiae in agendo scribendoque comprobant, nam administratores et oeconomi praeter unicum, uti damnificatorem bonorum, ab obsequiis expeditum, omnes reliqui in suis locis conservantur.

Unioni Sanctae plusne ille utilitatis quam nocimenti attulerit? Inter insigniora zeli eius documenta, vix non praecipuo loco recensendum venit, quod cum ille anno 1764 deputasset in Vicarium suum in spirituallibus generalem sacerdotem quandam Gregorium Mokrzycki nuncupatum, cupiditate et astutia famosum, qui Cosacis ex bonis metropolitanis aliisque militibus sibi adscitis, cum parochos ditiores schismati addictos invaderet, armentis, pecudibus et pecuniis supellectilique praetiosiori eos spoliaret, monasteriola schismaticorum in Ukraina impetendo quandam ex non unitis distinctiorem Ecclesiasticum, Melchisedek cognominatum,¹²⁹ captum carceri monasterii Dermanensis includeret; talibus procedendi modis cum non Unitis, spirituales ad implorandam protectionem Aulae Metropolitanae, tum imperium Rossiacum ad extollendas contra Polonam Rempublicam querelas, iam autem plebem Ukrainianensem ad excidium catholicorum concitatavit.¹³⁰ Unde quae et quanta Sanctae Unionis detimenta, quamque deplorabiles eventus in diocesim metropolitanam per palatinatus Kijoviae et Bracławiae extensam (D.no Metropolitanu tacente, et forte propter datam sibi a Moschis assistantiam ad occupanda bona Mensae suae, durante adhuc prima administratione apostolica connivente, ut documentum super eo Exc.mo D.no Nuntio Regni Poloniae praesentatum fuit) redundarunt. Notum est Sacrae Congregationi, et Vestra Eminentia exploratum habet. Atque his tum pro plena debitaque literis Vestrae Eminentiae responsione, quam pro mea ingenua iustificatione humillime expositis, cum non dubito fore, ut ea omnia, quibus me Dominus Coadiutus meus denigratum accusatumque voluit, et Vestra Eminentia et S. Congregatio pro summa sua aequitate ac iustitia meram calumniam praeseferre, et nunquam probanda reputent iudicentque, tum etiam confido me non amissurum eam gratiam, benevolentiam ac protectionem, cui et quibus me pro semper enixissime commendatum cupiens, cum osculo sacrae purpurae profundissima veneratione me profiteor.

Leopoli, die 19 aprilis 1775.

¹²⁹ Melchisedek Znaczko-Javorskyj; cfr. supra, in relatione sub nr. 75.

¹³⁰ Agitur de motu populari «hajdamačyna» cognominato, annis 1765-1768. Cfr. supra relationem sub nr. 75.

Vestrae Eminentiae R.mae devotissimus, obligatissimus et humilimus servus

L. Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Coadiutor et Administrator
Metropoliae totius Russiae.

115.

*Leopoli, 19. IV. 1775.**De modis succurrendi fidelibus unitis in Ucraina.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 34, fol. 404-405.

Eccellenza Reverendissima.

In adempimento delle mie promissioni anteriori, date col mio di-spaccio intorno ai miei passi per soccorrere nostri Uniti esistenti in Ucraina, qualmente ho procurato di sollevarli collo scrivere e mandare i miei Emissari al Signor Feldmaresciallo Romanzoff ed al Signor Generale Szyrkow, ne mando le aggiunte informazioni dell'effetto, delle quali con il suo benignissimo volere troverà in qualche modo ben fatto. Pure per il mio obbligo di Pastore non devo lasciare quello si pratica, e perciò le ne avanzo i seguenti punti: Primieramente, che (f. 404v) ho ottenuto la risposta piuttosto favorevole della Commenda Rossiaca. Secondariamente, per non dir accusare gli stessi Signori Polacchi contro il nostro Rito Greco Cattolico, specialmente in queste circostanze, raccomandando il medesimo alla di lei innata bontà e zelo per la S. Fede. Perchè nei Beni Czornobyl, del Signor Conte Chodkiewicz, Starosta di Samogitia ereditari, colla sua permissione si fondano gli Eretici Filipowce chiamati e presentati dal Sinodo di Zamoscia e dalla Sede Apostolica condannati sotto il tit. de Fid. Cath., fol. 57.

Torno adunque di bel nuovo a supplicare V.E. acciocchè colla sua autorità faccia far confermare le risposte Rossiache, ove stima; secondo, di procurare presso Sua Maestà Serenissima, Mio Signore Clementissimo, perchè il mio Clero non sia oppresso colle contribuzioni assegnate dai Commissari Polacchi contro il medesimo dalle quali sono liberi i Preti Disuniti. Circa il terzo punto, la prego devotamente di far sì, che dal Sig. Conte Chodkiewicz, introdotta eresia in quel Paese, come pregiudiziosa e scandalosa al Cattolicesimo con suoi fondati monasteri e dai medesimi intenzionati nuovamente di aumentarli, si levi e s'inibisca, non attento (f. 405v) in questo punto, che sotto il Governo del mio Coadijuto, non so in che maniera, fu tolerata e permessa. Onde rimetto questo affare alla sperimentata Grazia di V.E.R. mentre mi sono note le vivissime operazioni, ed il singolarissimo zelo promuovere la Santa Unione,

come sono professandole la giustizia in ogni tempo ed in ogni circostanza, qual degnissimo e valevolissimo Protettore e Promotore della S. Fede. Per fine mi glorio d'essere con distintissima stima, venerazione e rispetto

Di Vostra Eccellenza Rev.ma umil.mo, devot.mo ed obblig.mo Servitore

L. Leone Szyptycki, Vescovo di Leopoli, Coad.re ed Amministratore della Metrop. di tutta la Russia

Leopoli, 19 Aprile 1775.

S.E. Monsignor Nunzio di Polonia.

116.

Varsavia, 25. IV. 1775.

Instantia in favorem sacerdotum unitorum ucrainensium.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 34, f. 395, f. 397 (alia copia).

Copia Memorialis nomine Ill.mi Episcopi Leopolensis, Coadjutoris et Administratoris Metropoliae totius Russiae, Excellentissimo Regni Cancellario 1775 anno, die 25 Aprilis dati.

Infrascriptus confidatus in sinceritate ante conspectum Illustrissimi D. Supremi Regni Cancellarii molestum sibi esse adeo frequentibus supplicationibus incommodare S.E., praesertim in uno semper eodemque infelici negotio labentis Sanctae Unionis atque incessantis persecutionis miserorum Presbyterorum Unitorum Catholicorum. Verum si unquam, hodie profecto idem infrascriptus, cum summo ardore, ac vehementissimo cum studio adimplet voluntatem Illustrissimi Coadjutoris Metropoliae, Pastoris sui, per representationem humillimam intollerabilissimae oppressionis memoratorum Presbyterorum Unitorum in Palatinatu Bracławiensi existentium, quam oppressionem non jam a non Unitis et apostatis, sed a Catholicis ipsis perpeti coguntur, prout adjunctum, sub *Litera A*, sufficientius demonstrat.

Quare idem infrascriptus, cum videat unicam spem levaminis, auxilii atque consolationis propter oppressos Presbyteros in magna protectione Excellentissimi D. Supremi Regni Cancellarii, tum audet supplicare S.E. pro Litteris Ministerialibus ad DD. Biedrzycki et Barczewski, Thesaurarium Bracławiensem, qua Commissarios ejusdem Palatinatus, quatenus consideratis incessantibus hucusque ex parte non-Unitorum et Apostatarum persecutionibus; considerata constantia, perseverantiaque dictorum Presbyterorum in Fide Sancta Catholica; considerata denique eorundem extrema paupertate, et nonnullorum exilio, ac criticis admodum modernis temporibus, nolint exponere eosdem majori in

dies persecutioni ex parte Militum Russicorum, per extraditionem assignationum, vulgo *Palety* dictarum (f. 395), iisdem Militibus fine exigendae avenae et foeni, seu pro avena et foeno quota pecuniae, hoc namque onus cum non-Unitis non sit commune, tum Unitis est intollerabilissimum.

Datum Varsaviae, die 25 Aprilis 1775.

R. Stephanus Lewinski, Cancellarius Cath. Vlad., Agens Ill.mi Coadjutoris Metropoliae.

117.

Leopoli, 9. V. 1775.

Commendat negotia Unitorum et condolet de morbo Nuntii Apost.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 34, f. 408-409.

Illustrissimo Signore, Signore, Padrone Colendissimo.

Dalla sua gentilissima con gran rammarico ricevo la notizia dell'incomodo che soffre S.E. Monsignor Nunzio mio Padrone Colendissimo, prego il Signore che lo liberi da questa febbre, e gli restituiscia la più robusta sanità, tanto necessaria, quanto sperimentata per la Chiesa Unita nei tutti di essa bisogni, come anche in tempo di questa di lui malattia leggo le sue intercessioni fatte a S.E. Monsignor Gran Cancelliere per liberare quei Parochi dalle note tribolazioni, e di aver egli scritto (f. 408v) al Sig. Palatino di Cracovia,¹³¹ Parente del Signor Starosta di Samogizia, circa l'eresia dei Filipowce, io come Pastore da parte mia non cesserò giammai con le mie defensioni e quei modi, che il mio uffizio richiede di far i passi necessari ed opportuni di riferirne. Prego V.E. Ill.ma di palesarne al medesimo i miei più vivi ringraziamenti ed obbligazioni per i di lui benignissimi favori, cui professo più che mai i miei distintissimi rispetti dei quali mene glorio.

A V.E. Ill.ma pure per la sua bontà in cooperare negli stessi affari non devo tralasciare di render giustizia al di lei merito che le professo, essendo sempre (f. 409) compartito della sua benevolenza, si per me, che per il mio Clero; il ciò non dubito in appresso continuerà la sua assistenza in ogni occasione, qualmente da un perito e rispettabile Uditore della Curia a lei confidata; assicurandolo della mia sincera addizione, nel mentre mi dico con il devoto rispetto ed osservanza

Di Vostra Signoria Ill.ma devot.mo ed obblig.mo Servitore

¹³¹ Palatinus Cracoviensis tunc temporis erat princeps Antonius Lubomirski (1771-1780).

L. Leone Szeptycki, Ep.pus Leopol., Coad.re et Amm.re Metrop.
di tutta la Russia
Leopoli, 9 Maggio 1775.
Ill.mo Signor Conte Caleppi, Uditore della Nunziatura di Polonia.

118.

Leopoli, 29. V. 1775.

*De non concedenda erectione eparchiae non unitae et de negotio diminutio-
nis dierum festorum in Ecclesia Unita.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 89, fol. 219.

Eccellenza Reverendissima.

Ho rilevato dalla lettera del Sig. Abbate Lewinski che Vostra Eccellenza Reverendissima ha anticipate le sue autorevoli istanze presso la Generale Confederazione e la Corte Serenissima per non permettere pretesa creazione di un Vescovo non Unito in Palatinato di Bracavia, perciò come questo effetto proviene dalla Sua protezzione e zelo per la Religione Santa, sono in obbligo infinito di ringraziare di tutto quanto in questo punto ci ha mostrato, e la tutta Gerarchia le professerà eterne obligazioni.

Vostra Eccellenza Reverendissima voglia aver benignità (f. 219v) di continuare i suoi favori in qualunque occorrenza del Rito Nostro Cattolico fedele alla S. Sede.

Essendo richiesto il mio Procuratore, Signor Abbate Lewinski, Arcidiacono, dal suo degnissimo Uditore sopra la materia della imminuzione in questi parti delle Feste, sopra di quanto ne ho avuto l'onore di umiliare a Vostra Eccellenza Reverendissima la nota, mi prendo l'obbligo di manifestarle qualmente fin'adesso non ho avuto alcuna disposizione ne di Roma ne di Vienna per capite del medesimo Rito, come infatti nella mia Diocesi si osserva Canlendario antico, nel mentre fo questa relazione mi glorio d'esser con ogni stima, venerazione e rispetto

Di Vostra Eccellenza Reverendissima umillissimo, divotissimo ed obligatissimo Servitore

L. Leone Szeptycki, Vescovo di Leopoli, Coadjutore ed
Amministratore Metropolitano di tutta la Russia.

Leopoli, 29 Maggio 1775.

119.

Leopoli, 19. VIII. 1775.

*Instantiae ut iuvenes rutheni ex Regno Galiciae admittantur ad Collegium
s.d. « Barbareum » Viennae.*

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...*, Leopoli 1861, pag. 353.

*Promemoria ad Praelatum Dorotheum, Confessarium Suae Majestatis, data
19 Augusti 1775.*

Infrascriptus porrexit humillimam instantiam Aug. Imperatrici supplicando, ut ad fundationem Imperialem, ad quam his diebus decem juvenes nobiles ritus latini venerunt ex Galicia, pluresque adhuc venturi sint, juvenes quoque ritus graeci cath., nobili aequo loco nati, ex Gratia Caes. reg. admittantur, idque sequentibus ex motivis.¹⁸²

1. Sacratissima Majestas obtinebit aequo finem sibi propositum, formandi nempe idoneos ad Sua obsequia subditos eosque ad statum civilem felici successu applicandi.

2. Quia Nobilitas rit. gr. in Galicia est frequentissima, quae tamen, exceptis tribus vel quatuor familiis, quae mediocres habent opes, suos liberos, uti conditio postularet, educare non valet. Et quod praeterea

3. Loquendo in genere numerus incolarum ritus graeci comparati ad incolas rit. latini ad duas tertias ascendit. Tanta ergo multitudo subditorum hoc beneficio erga suum ritum excitata ulteriores gratias magis magisque mereri conabitur. Quin denique

4. Schismatici etiam Galiciae vicini, ubi viderint, quod Sacratissima Majestas depresso ritum graecum ad meliorem statum erigat, sub imperium tam dulce et tam religiosum confluent, ut ad unionem cum Romana Ecclesia redeant.

Idem igitur infrascriptus fretus Summa benevolentia Ill.mi ac Reverendissimi Domini Praelati, ea qua par est reverentia rogat, ut pro singulari sua humanitate et probato erga religionem zelo praefatae petitionis apud augustissimam Dominam patronum agere non gravetur.

120.

Leopoli, 25. X. 1775.

De causa renovati Capituli Cathedralis Leopoliensis varias proponit quæstiones.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 92, fol. 301-302.

Illustrissime, Excellentissime ac Reverendissime Domine,
Domine Patrone Colendissime.

Optabam vehementer ante exitum mei personaliter valedicere Illu-

¹⁸² Agitur de studio s.d. « Barbareum », penes ecclesiam S. Barbarae, Vindobonae. Cfr. documentum infra positum sub nr. 123, ubi conqueritur de expensis, gratia concessa.

strissimae, Excellentissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae, sed absentia Sua hoc me privavit honore.

Quod titulus renovati Capituli mei Capitulariumque Praelatorum sit immutandus causam prorsus ignoro. Nam cum a temporibus Concilii Florentini per plura Serenissimorum Vladislai, Alexandri, Sigismundi I, Sigismundi Augusti, Sigismundi III, Ioannis III, Augusti II ac Augusti III, Poloniae Regum, Privilegia Clerus Ruthenus in omnibus Dignitatibus, Praerogativis, libertatibus, et exemptionibus cum Clero Latino sit coaequatus, et parificatus, injuriosum non minus ac dispectuosum foret, ut iisdem Titulis, quibus Latinus potitur, non mereatur guadere.

Nomen Capitulorum non est in Ruthena Ecclesia novitas, quae Latinos debeat offendere, cum illud per Serenissimum Sigismundum III, in Privilegiis 1589, 1595 anno datis, tum in plurimis variis Transactionibus Castrenibus et Decretis Tribunalitiis, nec non in Constitutione Regni anni 1631, tit. De Bonis Episcopalibus et Ecclesiasticis, per expressum fuerit adhibitum.

Pariter nomen Praelatorum Capitularium non a Latina, sed a Graeca Constantinopolitana Ecclesia specifice, in qua, Balsamone et Goario Testibus, plurimi fuerunt Praelati, est mutuatum.

Sola Venerabilis Capituli Latini Leopoliensis moderni adversus renovata Capitula mea malevolentia est sinceram amicitiam, mutuamque confidentiam rumpens, bono Universalis Ecclesiae Catholicae summe nociva, et iis qui ad verum Ovile Christi reddituri sperantur multum scandalosa, et a Fide Catholica eversiva. Felix profecto est Capitulum Ritus mei Vlodimiriense, quod sine ulla a quopiam contradictione per Decreta Sacrae Congregationis de Propaganda Fidei, sub diebus 28 Aprilis 1766 et 7 mensis ejusdem 1767 judicatum fuit Brevi Pontificio approbandum, ut annexum folium melius Excellentiam Vestram informabit.¹³³

Felix pariter Capitulum Luceoriente per Ill. mum Rudnicki,¹³⁴ modicum Ordinarium renovatum, quod ipsamet Excellentia Vestra Literis suis ad eum ultimis Februarii 1773 collaudare est dignata.

Mea sola sunt infelicia, quibus cum robur perpetuae firmitatis per S. Sedem Apostolicam apponendum exorasse, tantum adversus trascendent contradictione (f. 301v). Scio quidem fontem hujus mali a PP. Basilianis promanasse, qui ad Ministeria Dioecesana super Clero saeculari per me non adhibiti, aliunde Hyerarchiae Ruthenae praedominari sumopere cupientes, non solum resuscitatis Capitulis inficiantur, sed me

¹³³ Cfr. *Litterae S.C. de Propaganda Fide*, vol. V, Romae 1957, pag. 127, nr. 2235.

¹³⁴ Sylvester Rudnyckyj, Episcopus Luceoriensis (1752-1777).

quoque ex Cathedralibus meis exturbare satagunt. Hi primi fuerunt, qui ad Archiepiscopum Latinum Leopoliensem, virum sat zelorum, plium singularibusque virtutibus praeditum, Clero tamen meo, ignoro prorsus qua de causa, nimis infensum recursum fecerunt, protectionem ejus implorantes. Is, occasionem nactus, non solum suum, sed etiam aliena Capitula, et Ill. mos Antistites contra me, Capitulumque meum ad oppositionem concitavit.

Demirari non possum, qui in erectione Capituli dictorum Patrum, in eoque Provincialium, Proto-Consultorum, Consultorum, Secretariorum creatione (quae vere novitas est in Orientali Ecclesia non solum impracticata, sed nec unquam audita) horumque titulorum a Religionibus Latinis mutuatione, nemo fuit, qui contradixisset. Imo Sancta Sedes Apostolica, absque ulla haesitatione, totum id, quod noviter statuerunt, approbavit, et in antiquae rei meae renovatione tantas admittit difficultates.

Approbatio ecclesiae Collegiatae S. Mariae della Catholica dicta in Sicilia sine ulla Latinae invidia subsequente, de quo Excellentia Vestra mihi innuere est dignata, si ea sit, cuius Breve incipit: *Romana Ecclesia*, et est Bullarii tom. I, num. 81, anno 1743, die 10 Martii edita. Ecclesia haec cum sit Collegiata, et in ea quamvis lingua graeca Divina Officia et Missarum Sacrificia, sed tamen ritu, in azymo, et apparatu Latino perficiuntur soliusque Protopapalis Dignitatis sit mentio, non videtur habere similitudinem cum tribus meis Cathedralibus simul junctis, quae cum ex natura Cathedrales sint, Collegiatae esse nequeunt, nisi Episcopatus tollatur.

Deinde in Oris Regni hujus Clerus Ruthenus proprios habens Episcopos Pastores suos, Legibus Sicilicis, aut Calabritis servandis minime ligatur. Quare Illustrissima Excellentissima ac Reverendissima Dominatio Vestra plenissime sit informata resuscitationem Capitulorum meorum non esse ullam novitatem (ut ab adverso opponitur), sed rem antiquam in Ruthena Hyerarchia usitatam, a Graeca derivatam, in decus ac ornamentum Ecclesiae, Clerique mei, ad meliorem studia capessenda incitamentum eorum, qui cuncti exoticis vicini sunt stabilimentum factam; supplex eandem humillime exoro, ut dato pro iustitia favorabili voto suo apud S. Sedem Apostolicam (quae equali lance Ecclesiae Graecae, ac Latinae Ritum Catholicum sustinet) pro praeventiva confirmatione saepedictorum Capitulorum meorum nemini damnosorum instare non gravetur.

Quoad Punctum Administrationis Bonorum Mensae Metropolitanae, credo non latere Illustrissimam Excellentiam Vestram, in quibus circumstantiis hoc negotium positum est, et ex quibus motivis ita per Serenissimam Rempublicam decisum. Ego quidem in hac rerum turbulentia

antequam ad ea sequenda, quae mihi mandata fuerunt, devenerim, cum gravissimis viris rerum ecclesiasticarum, et Regni gnaris consilia communicaveram, ab iis fortissimis permotus rationibus non libenter, sed reverenter, ne Patrimonium hoc Christi in manus saecularium, prout iam in projectis erat, tradatur, obedientiam quam Patriae meae Legebis debeo adimplevi, prout iam gestorum, et meae innocentiae tum S. Congregationi de Propaganda Fide, quam Ill.mae Excellentiae Vestrae habui honorem explicationem exhibere. Et hoc etiam pro parte mea, quod adusque ab apprehensione Bonorum Mensae ejusdem, in Magno Ducatu Lithuaniae existentium, abstineo, liberam eorum Dispositionem Excellentissimo Coadjuto meo, quamvis in maximum eorum detrimentum plus certe vergentem, non impedio, paratam pecuniam pro ejus sustentatione designatam colligo, ac reddo. Ipse quoque maxima onera, et labores in defensione Bonorum a me administratorum gratis sustinere debeo suffragari spero, profitendo me, uti S. Sedi ad decursum vitae meae obedientissimum esse Filium, ejusque Gratiam ac Protectionem mereri semper cupiens, ita cum debita propensione maneo

Ill.mae, Excellentissimae ac Rev.mae Dom.nis V.ae dev.mus, obbligat.mus, humillimus servus

L. Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis,
Coad. et Admin. Metropoliae.

Die 25 Octobris 1775, Leopoli.

121.

Leopoli, 5. VI. 1776.

De persecutione catholicorum ritus graeci rutheni in civitate Human.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 12, fol. 505rv.

Traductio literarum Ill.mi D.ni Szeptycki, Coadiutoris et Administratoris Metropoliae, ad Exc.mum D.num Mlodziejowski, Episcopum Posnaniensem, supremum Regni Cancellarium, sub die 5 iunii 1776, Leopoli.

Excellentissime Domine.

Ut primum horribilis illa in Human secuta historia ad meam pervenit notitiam, illico id, quod Vestra Excellentia gratiose mihi insinuare dignatur, mea praeveni dispositione, committendo R.do Lubinski, Officiali meo Bracławiensi, quatenus eductis prius inquisitionibus, poenis exemplaribus reos afficiat ita, ut adversis etiam eaedem innotescant. Repetam adhuc mandata, ut quantocius id fiat. De omnibus vero Vestrarum Excellentiarum certiorem reddere non omittam. Interea correspon-

dentiam meam cum D.no Generali Szyrkow, ad quem hac in circumstantia scripsi, praesentabit Excellentiae Vestrae R.dus Lewinski. Quod vero plurimum me angit est, quod pluribus Serenissimi Regis, Domini mei Clementissimi, pro bono et tranquillitate Regni sollicitis curis hic infelix casus cumulum adiecit, ad quem (f. 505v) multas pro more suo adversarii sinistras superaddent repraesentationes, qui etiam simile de recenti perpetrarunt homicidium, prout retulit mihi R.dus Officialis meus Kioviensis. Quod denuntiando, ac gratiis me suis commendando, debita cum veneratione me subscribo.

Leo Szeptycki, E.L., Coadiutor et Administrator M.t.R.

122.

Leopoli, 20. I. 1777.

Informatio Episcopi Leopoliensis de provisionibus et fundis Capituli Leopoliensis a se renovati.

PETRUSEVYČ A., *Svodnaja halycko-ruskaja letopysj, ann. 1772-1800*, vol. II, pag. 86-90, Leopoli 1889.

ASV, *Arch. Nunz. di Vienna*, vol. 76, fol. 191-192.

Illustrissimo ac Rev.mo Domino Leoni Szeptycki, episcopo Leopoliensi, ritus graeci uniti et coadjutori Metropoliae Kiioviensis.

Illustrissime ac Rev.me Domine!

Cum Sacratissima Majestas ad supplicem libellum Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae intuitu erectionis Capituli porrectum, mediantibus litteris eum in finem ad me clementissime datis, pronam voluntatem ad praedicti Capituli erectionem clementissime iudicare sit dignata, atque ideo totius hujus Capituli schema eidem altefactae Majestati praevie sit submittendum, ea propter benegnissimam hanc Augustissimae Principis intentionem Ill.mae ac Rev.mae Dominationi Vestrae pro suo solatio significare, eandemque simul interpellare constitui, ut sequentes mihi quam primum communicare noticias non gravetur et quidem:

1-mo. Institutum seu Ordinationem Capituli una cum officiis eiusdem Capitulo competentibus et functionibus ab illo peragendis.

2-do. Specificam totius substantiae foundationalis consignationem, adjecta super securitate elocationis ejusdem substantiae explicatione.

3-tio. Quid Illustrissima ac Rev.ma Dominatio Vestra fundatoris vel restauratoris nomine pro nunc aut pro quo tempore ex propriis conferre, et quo pacto assecurare cogitet.

4-to. Quantum tota substantia foundationalis securae provisionis nomine a quinque per centum importet, et quantum ex illa cuilibet Ca-

pitularium pro diversitate dignitatis sua sit obventurum, non computato tamen nunc temporis alio possesso beneficio.

5-to. An capitulares in Communione, vel seorsive sint habitatur? an denique

6-to ad quem jus nominandi seu praesentandi spectare debeat? quidque intuitu subjectorum praesentandorum observare oporteat?

Quorum omnium adaequatam, exactam dilucidationem quam primum expectans singulari aestimatione persevero. Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis vestrae obligatissimus servus

H.S. ab Aversperg, manu propria.

Leopoli, die decima septima Decembris, 1776.

Excellentissimo ac Illustrissimo Domino Sacri Romani Imperii Comiti ab Aversperg, regnorum Galiciae et Lodomeriae Gubernatori.

Excellentissime ac Illustrissime Domine!

Sacratissimae Majestati, Domine meae Clementissimae, perennem debo gratitudinem, quod publicis plurimorum Dominiorum a Supremo universi Moderatore augustissimo regimini suo concreditorum negotiis occupata, mei quoque particularis intuitu confirmationis Capituli clementissime non obliviscatur. Schema hujus Capituli mei summarumque capitularium ante discessum Varsaviam habui honorem communicandi Excellentiae Vestrae Illustrissime. Cum ad praesens denuo supra iisdem punctatim sim requisitus, ad cuncta distinctim respondeo, et quidem ad

1-mum. Institutum ordinationemque Capituli ad inrotulationem causae cum Patribus Basilianis in originali porrectam hic copiatim adnecto. Ad

2-dum. Summae huic Capitulo oblatae sunt sequentes:

1-o. Apud Illustrissimam Dominam Starzynska et successores, ad binas assecrations, actis castrenibus die decima sexta Januarii 1765 et terrestribus die 14 Januarii 1769 Leopoliensibus roboratas, cum censu 117.795 flor.

2-do Apud Celsissimum principem Adamum Czartoryski, ad scriptum anno 1775 actis castrenibus Leopoliensibus roboratum, cum censu 58.000 flor.

3-tio apud Illustrissimum Wieniawski, Generalem, ad scriptum anno Domini 1775 actis terrestribus Leopoliensibus roboratum, 50.000 flor.

4-to apud Illustrissimum Borzecki, subdapiferum Regni Poloniae, ad scriptum die 4 Augusti, anno Dom. 1766 actis castrenibus Leopoliensibus roboratum, 23.328 flor.

5-to apud Magnificum Gasparum Sierakowski, ad scriptum manuale die 25 Januarii 1772 datum, 6.000 flor.

6-to apud Dominum Stephanum Dziokowski, ad scriptum datum 1772, in residuo 10.700 flor.

7-o apud Perillustrem Lipnicki, praepositnm Zarwanicensem, ad scriptum die 9 Januarii 1776, 30.000 flor.

8-o. Super lapidea Filipowiczowska, in circulo civitatis hujus, Reverendi olim Petri Prymowicz, ad scriptum 1765, 7.000 flor.

9-o. Super eadem lapidea Filipowiczowska, per decretum consulaire die 15 Novembris 1769 evicta et in superiori contignatione possessa, 8.766 flor.

10-o apud Magnificum Horodyski, ad scriptum Leopoli die 12 Januarii 1773 anno, 9.611 flor.

11-o apud Magnificum Komorowski, capitaneum Ochocensem, ad scriptum die 21 Januarii 1777 actis Leopoliensibus roboratum, 10.000 flor.

12-o apud Illustrem magnificum Gadomski, succamerarium Socha-czoviensem, ad scriptum, 20.000 flor.

13-o apud Nobilem Reinhold, scabinum Leopoliensem, ad scriptum manuale, 2.000 flor.

14-o apud Magnificum Draminski, ad scriptum manuale hic Leopoli ultinis Augusti anno elapso 1776, quadringenti aurei scilicet 6.800 flor. — In summa 360.000 flor.

Ex praefatis summis super summa florenorum viginti millium silenti manu per magnificam Jastrzembska Capitulo meo pro perpetuis quatuor in singulas hebdomadas Missarum sacrificiis ante quinque annos data, a qua obligationes quotannis adimplentur, per successores anno elapso in supremo Justitiae Tribunali lis suborta, ab hac tamen summa uti libere et sponte ex propria collectione titulo eleemosinae pro perpetuis suffragiis oblata, justitia suadente, Capitulum meum non spero abjudicandum fore. Ad

3-m. Ego pro tenuitate mea his capituloibus summis adjicio summam quadraginta millium florenorum polonicalium, quam in bonis meis haereditariis assecurabo, vel postquam capitulares summas suas apud varios habitas in unam congregabunt massam, et simul super aliquibus Bonis mundis et liberis hypothecabunt, iisdem summis suis adjungam. Ad

4-m. Ex praefatis quadringentis millibus florenorum polonicalium summis proventus annuos, numerando per quinque a quovis cento, efficit viginti millia florenos Polonicales. Ex quo proventu 5.000 flor. polonicalium, juxta mentem offerentium, pro praeposito et septem vica-

riis ecclesiae civitatensis Capitulum obligatum est solvere; quae ecclesia pro prima praebenda Capitularium assignata, cuius praepositus erit membrum Capituli. Reliquum proventum, ad obloquentiam Ordinationis sub numero septimo, ex assensu ipsorummet offerentium inter se aequaliter sunt divisuri. Quod si tamen Augustissimae Majestati aequalis haec inter septem Praelatos, videlicet Archipresbyterum, Praepositum, Archidiaconum, Custodem, Scholasticum, Primicerium, Cancelarium et quinque Canonicos proventuum distributio non esset placitura, ipsa Sacratissima Princeps pro suprema sua Auctoritate clementissime dignabitur disponere.

5-m. Mens mea est, ut hi omnes tam Praelati, quam Canonici insimul circa cathedralem habitarent et communem mensam haberent, quae et honesta et minus pro omnibus simul quam pro singulis divisim expensiva esset. Verum cum praesens proventus quinquedecem millium florinorum Polonicalium pro honesto victu et amictu eorum non sufficeret, ideo ad simultaneam penes cathedralm habitationem nisi quatuor, juxta ordinationis punctum quintum, sunt determinati, et hi plus pro victu percipient; alii vero penes ecclesias suburbanas antiquo in praebendas Capitulares designatas sunt habitaturi, et ex proventibus capitularibus ad portionem participaturi. Ad

6-m. Ego, vi oblatae pro tenuitate mea summae, jus nominandi seu praesentandi ad vacantem in futurum Praelaturam Chartophylacis seu Cancellarii, mihi et fratri meo germano reservo, dein succedaneis meis episcopis Leopoliensibus. Iam vero ad reliquas Praelaturas et canonicatus vacantia quounque modo obveniente, juxta ordinationis punctum tertium, summas suas offerentes ipsimet capitularibus reliquerunt. In reliquo si Augustissimae Principi placeret pro decorando Capitulo meo sibi Augustissimisque successoribus suis jus aliquorum Praelatorum praesentandi clementissime reservare, tenuesque modernos proventus pro benegnissima sua munificentia adaugere, idem Capitulum una mecum, succedaneisque meis episcopis perennaturam maxime gratitudinis haberet obligationem.¹³⁵

Haec ad puncta proposita. Quod superest Ill.mam Excellentiam Vestram humillime statui exorandum, ut validissimam interpositionem Suam ad Augustissimam Majestatem non gravetur addere, quatenus Sacratissima Princeps, Domina mea Clementissima, beneplacitum suum

¹³⁵ Capitula cathedralia Leopoliense et Peremysliense tantummodo die 12.VII. 1867 a Sede Apostolica approbata fuerunt. In ipso Brevi approbationis eorundem historia breviter tangitur et instantiae Leonis Szeptyckyj memorantur. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, Romae 1954, pag. 407, nr. 951.

gratiouse indulgere dignetur pro dispartitarum summarum in unam summam coadunatarum super bonis aliquibus mundis et liberis intra regna haec Galiciae et Lodomeriae hypothecatione vel pro iisdem summis bonorum aliquorum jure haereditario pro Capitulo ob majorem earundem summarum securitatem emptione. Hoc etiam venit considerandum, quod cum ad praesens census a summis quibusvis multum (ut hactenus in usu fuit) sit diminutus, si capitulares ex Clementissimae Augustissimae Principis gratia bona coempta haberent, successu temporis ex industriali bonorum hereditariorum oeconomia fructus pro sul commodo augere possent. Pro impetranda itaque beneplaciti ejusmodi summe necessarii ab Augustissima Majestate Domina mea Clementissima gratia efficacissimam Excellentiae Vestrae Illustrissimae interpositionem iterum iterumque exorans cum omnimoda veneratione maneo.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae devotissimus et obligatissimus servus

L. Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Coadjutor administrator Metropoliae totius Russiae, manu propria

Die 20 Ianuarii 1777.

Ex protocollo actorum curiae episcopalnis Leopoliensis extractum et sigillo Ill., Excell. ac Rev.mi Domini Leonis in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Leopoliensis, Haliciensis et Cameneensis, coadjutoris et administratoris Metropoliae Kijoviensis et totius Russiae cum Archimandria Kijovopieczarensi, Abbatis Commendatoris Mielecensis, ordinum aquilae albae et S. Stanislai communitum.

L. S.

Daniel Verchratski, actorum episcopalnis Leopoliensis Notarius.

123.

Leopoli, 14. III. 1777.

De alumnis ex eparchia Leopoliensi in Collegio Viennensis apud ecclesiam S. Barbarae admittendis deque eius conditionibus et modis.

MALINOWSKI M., *Die Kirchen und Staats-Satzungen...,* Leopoli 1861, pag. 376-379.

Cogitanti mihi, quid ad intimatum responderem,¹³⁶ primum in mentem venit Caes. Reg. decretum de die 18 Januarii anni praesentis, quod praecise ad sinistram eorum informationem emanare debuisse, quibus

¹³⁶ Agitur de quadam dispositione regio-caesarea in hac materia, quam sibi nocivam Episcopus considerabat. Cfr. instantiam eius ad Confessarium imperiale, sub nr. 119.

cordi est, pacem et tranquilitatem Ecclesiae turbare, Hierarchiam Rutheno-catholicam convellere, quive clerum saecularem miserum in eodem semper abiectionis statu sereno vultu videre, atque in ejus ruinis aedificari desiderant. Ad quod credendum sequentibus adducor motivis et quidem.

1. Non ignoro quam ardens sit Sacratissimae Majestatis D.N. Clem. in sacrosanctae religionis incrementum Apostolicus zelus pietasque, quam eonspicua et aeternum duratura erga S. Unionem promovendam extent monumenta, quae summa ubique Majestatis Sacratissimae liberalitate ac munificentia steterunt, quaeque in me eam identidem cognitionem excitant, quantum nos Ep.pi, quantum clerus, quantum Rutheno-catholica Ecclesia, quantum denique ego in particulari Majestati Sacratissimae obstrictus esse debeam, ex cuius Dioecesi sex de clero saeculari juvenes ad Collegium S. Barbarae Viennense mittendos et ex gratia Caes. Reg. alendos educandosque Majestas Sacratissima mandaverit.¹³⁷

2. Quantum ex clementissimis mandatis colligere licuit, eamque semper augustissimae principis intentionem fuisse et esse intellexi, ut nos Ep.pos in regno Galiciae clerumque respective dioecesanum ad nihil in educationem alumnorum pendendum teneri voluerit. Quippe benignissima princeps pro suo sapientissimo imperio et consuetudine nos de hoc onere eodem ipso clementissimo decreto certe monuisset, quo mittendos alumnos demandaverat, nostramque humillimam opinionem procul dubio requisivisset, quot alumnos in laudato Collegio uniuscujusque dioecesis opes alendos permitterent. Porro, praeter sex alumnorum exmissionem neque mihi neque Premisiensi ritus mei Ep.po de pecunia ad Collegium praefatum pendenda quidpiam intimatum fuisse, nemini magis quam Excellentiae Vestrae constare scio. Insuper

3. Nec illud me latet, quod in dicto Collegio Viennensi aliarum etiam Dioecesium R.G.C. ecclesiastica juventus educetur, quin tamen Ep.pi Munkaciensis, Fogarasiensis, Swidnicensis, Magnovaradiensis ad quidpiam eo titulo pendendum caes. reg. decretis adstringantur. Neque igitur fas sit diversum quoad Galiciae et Lodomeriae r. gr. Ep.pos aequo ut alios fideles subditos de suprema Sacratissimae Majestatis voluntate supponere, praesertim cum clerus r. g. in Hungaria eique adnexit provinciis, quemadmodum ego notitiam accepi, longe melius meo subsistat, signanter vero, qui in Transylvania Croatiaque degit. Nam in dioe-

¹³⁷ Collegium Viennense s.d. «Barbareum» usque ad finem saeculi XIX perduravit in usu iuventutis ruthenae, donec anno 1897 erectum fuit Romae Collegium Ruthenum, etiam contributione imperiali.

